Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

En damus tibi christianissime lector, Commentaria Bibliorum et illa brevia quidem ac catholica, eruditissimi simul ac pijssimi uiri Chuonradi Pellicani Rubeaquensis, qui & Vulgatam commentarijs inseruit aeditionem, sed ad Hebraicam lectionem accurate emendatam. Habes autem in hoc opere quicquid syncerae theologiae est. Ideoque si sapis ex ipso potius Sacrorum fonte, quàm riuulis Religionem ueram imbibe.

https://hdl.handle.net/1874/399574



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**


108
Pl. 5 N°. 12



Index

25.

f.



In quacũq; die inuocauero. hoc
scio quia deus meus es.
In dõ laudabo uerbũ in dño
predicabo sermonẽ in deo
speraui non timebo q̃d
faciat mihi homo.
In me sunt ds̃ uota tua. ut
reddã gratiarũ actiones tibi
Quia liberasti animã meam
de morte. & pedes meos
de lapsu ut ambulem
coram dõ in luce
uiuentium. Lvi. Pro uicto-
ria ut non disperdas dauid
humilem et simplicem
quando fugit a facie
saul in spelunca

MISERERE MEI DEVS
miserere mei. q̃m in te
sperat anima mea.
Et in umbra alarũ tuarũ
sperabo. donec transeat insidię
Inuocabo dm̃ altissimum.
dm̃ ultorem meum

SEMPER

Mittet de cęlo & saluabit me.
exprobrauit conculcantes me.
Mittet ds̃ misericordiam suã & ueri
tatem suã anima mea in

In quacumq; die inuocauero te.
ecce cognoui q̃m ds̃ m̃s es.
In dõ laudabo uerbũ in dño
laudabo sermonẽ. in deo
speraui non timebo quid
faciat mihi homo.
In me sunt ds̃ ✠ uota tua. quę
reddam laudationis tibi.
Q̃m eripuisti animã meã de
morte. & pedes meos de
lapsu. ut placeã coram
dõ in lumine
uiuentium.
Lvi. In finem ne disperda
dauid In tituli inscription
cum fugeret a facie
saul in spelunca

MISERERE MEI DS̃
miserere mei. q̃m in te
confidit anima mea.
Et in umbra alarũ tuarũ spera-
bo. donec transeat iniq̃tas.
Clamabo ad dm̃ altissimum.
dm̃ qui benefecit mihi.

DIAPSALMA

Misit de cęlo & liberauit me dedit
in obprobriũ conculcantes me.
Misit ds̃ misericordiam suã & ueri
tatẽ suã ÷ & : eripuit animã

In quacumq; die inuocauero te.
ecce cognoui q̃m ds̃ meus es tu
In dõ laudabo uerbũ in dño
laudabo sermonem in dõ
speraui non timebo quid
faciat mihi homo.
In me sunt ds̃. quae
reddam laudationis tibi.
Q̃m eripuisti animã meã de
morte. ✠ oculos meos a lacri
mis: & pedes meos de lapsu. ut
placeã corã dõ in lumine
uiuentium.
Lvi In finem ne disperdas
dauid In tituli inscriptio
nem cum fugeret a facie
saul in spelunca

MISERERE MEI DEVS
miserere mei. q̃m in te
confidit anima mea.
Et in umbra alarũ tuarũ sperabo.
donec transeat iniquitas.
Clamabo ad dm̃ altissimũ.
dm̃ qui benefecit mihi.

DIAPSALMA

Misit de cęlo & liberauit me dedit
in obprobriũ conculcantes me.
Misit ds̃ misericordiam suã & ueri
tatem suã. animã meã eripuit

Biblia et interpretes
Folio nº 141.

tatem suā anima mea in

tatē suā ÷ &: eripuit animā

tatem suā · animā meā eripuit

N.° 37. 9.

INDEX BIBLIORVM

AVTHORE D. CHVONRADO PELLICANO RVBEAQVENSE.

OPVS OMNIBVS STVDIOSIS SACRARUM literarum, Concionatoribusq́ Ecclesiasticis, apprimè necessarium & utile, cuius consilium, usum, utilitatemq́ uerso folio in Præfatione intelliges.



Ex Donatione Hub. à Bürchel.

TIGVRI IN OFFICINA FROSCHOVIANA MENSE Augusto, Anno Domini M. D. XXXVII.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA



DE CONSILIO VSV ET VTILITATE HVIVS OPERIS,

H. BVLLINGERI AD LECTOrem Præfatio.



SCRIPSIT Indicem Bibliorum D. Chuonradus Pellicanus, uir uitæ integritate & morum sanctimonia clarus, sanctisq; ministerijs de pietate & literis optime meritus. Quo autem animi consilio Commentarios in Testamentum Vetus & in historiam euangelicam apostolicamq; ædidit, eodem hunc quoq; laborem suum ecclesiæ communicat, prouehendæ uidelicet pietatis ergò. Quod si quidã ab initio protinus de authoris instituto mirantur & hunc existimant post authorem Maioris Concordantiæ actam rem agere, mirari desinent rectiusq; iudicare discent, ubi uel paulum in ipso opere fuerint uersati, quod certò comperient, absit uerbo inuidia, utilius esse ac absolutius. Non hoc dico quod honorifica laude dignos optimi illius scriptoris labores eleuem, sed quod necessario & hunc senem honorabilem & pulchrum eius institutum defendam. Habet sanè quædam hic author nouus cum illo prisco communia, uerum multo plura interim obtinet peculiaria, quæ apud hunc nusquam inuenias.

Quod enim usum utilitatemq; attinet huius operis, ut inter alios multos pauculos hosce numerem, principio conducit hoc opus memoria debilitatis atq; afflictis. His uero usui erit, si locum aliquem scripturæ, quo ab authore profectus sit, aut quoto extet capite, nesciant, teneant autem eius uel uerbum, id uero in hoc indagent Indice, tum ueluti manu ducentur ad authorem ac caput quod uoluere. Hinc frequentissime simplices uoces ab authore ascriptæ sunt, quæ aliâs neq; sub propria hominum aut locorum nomina ueniunt, neq; ad locos communes referri possunt. Cuius quidem generis illæ mox à principio uoces sunt, Alpha, Abba, Abies, Abortiuus, & infinitæ his pares. Hoc autem commune habet cum authore Maioris Concordantiæ: quanquam ne hoc quidem hic noster spectauerit peculiariter: unde isti nihilo minus sua authoritas suusq; usus illibatus per hunc apud studiosos ac curiosos harum rerum indagatores, manet. Sequentur nunc utiliora & huic nostro magis peculiaria. Conducet itaq; hic Index plurimum ad explicandas scripturas. Occurrit enim in his uerbum aliquod insolens, obscurum, ambiguum, deniq; & sententia aliqua difficilior, cuius sensum, uim & usum non statim uides, hic Indice hoc perduceris per collationem uerborum & sententiarum in genuinum uel uocis insuetæ uel sententiæ dubiæ sensum. Excellit autem in hoc opere illud maxime, quod omnes eiusdem generis dictiones & sententiæ per uniuersam scripturam dispersæ, hic sub unum collectæ titulum, semel omnem uim suam ac naturam ceu in tabula spectandam proponunt, ut breui Indicis compendio, & uocum & sententiarum uarietatem ac similitudinem æstimare, atq; adeo his ueluti Commentarijs scripturæ uti liceat. Id autem exemplis aliquot iam commonstrarem, nisi ipse Index planè satis omnia illa in manus ultrò ingereret. Præterea occurrunt uersantibus in sacris literis nomina frequenter & locorum & uirorum propria, aliquando etiam polysema. At Index hic interim consultus declarabit quam in partem quamlibet quoquo in loco accipias, præsertim si eius loci circumstantias quo de agitur excutias diligenter. Iam alius quispiam cupit semel & in compendio uidere quid scriptura sacra passim, hoc est, in diuina historia, in carminibus sacris, & prophetarum sermonibus tradiderit de homine quopiam insigni & claro: exempli gratia, de Abrahã, de Mose, de Pharaone, de rege Dauide, aut alio uiro celebri, sancto uel prophano: mox suppeditabit huic etiam hic Index historiam omnem, in quam uidebit congestum quicquid de hoc memorabile per uniuersam extat scripturam. Ad hæc si quis petat locos Theologiæ communes de Scriptura, de Deo, Homine, Euangelio, Christo, Lege, Peccato, de Pœnitentia, Fide, Iustitia, de Remissione peccatorum, de Operibus iustitiæ ac Virtutibus, Vitijsúe, præclare ex hoc quoq; Indice colliget & titulos & collectam reperiet materiam in omnem partem pro quolibet tempore & loco paratam, ut porrò non nisi segnes & abiecti ingenij homines difficultatem scripturæ caussari, aut rationem discendi sibi incognitam possint conqueri. Tantum autem beneficium debemus optimo uiro D. Pellicano, uos uideritis studiosi ne optimo abutamini opere. Plures ego profecto huius operis utilitates numerare possem, sed sit hic modus. Satius est pauca polliceri & copiosa præstare, quàm magnifice res prædicare, at hac ratione uana spe lactare auidum Lectoris animum. Plura, opinor, inuenies quàm prædicarim hactenus.

Hic uero non nescio quid male feriati quidam obiecturi sint, hac ratione desidibus & inertibus aperiri fenestram præberiq; occasionem maioris ignauiæ. Neq; enim melius his consuli, quàm illis sit consultum, quibus superiori sæculo exhibebantur libri uel ex ipso titulo stolidi, Paratus, Gemma prædicantium, & Dormi secure. Cæterum ut quotidiana experientia docti scimus nullum opus quantumuis eruditum & utile prodire posse, quod non aspergant talibus maculis linguæ quorundam uirulentæ, funestæ ac maledicæ, quæ hoc nomine apud æquiores auditores haud pluris fiunt quàm rabidi canis latratus: ita non ignoramus illud uulgi Diuerbium, Inertibus semper feriæ. Quisquis autem hoc opere usus fuerit legitime, sentiet se operari non otiari. Neq; uero inertibus hæc scripsit author diligentißimus, sed industrijs, quibus occasionem dedit materiamq; proposuit assidue sese in sacris exercitandi. Neq; est quod inertes ex hoc quicquam sperent utilitatis. Multa enim relinquuntur sedulo expendenda ordinandaq; Lectori. Author hic rudem modo proposuit materiam, eamq; copiosißimam & in locos certos dispositam, ne uidelicet indigesta moles & materia confusa absterreret Lectorem sedulum. Requiritur ergo iudicium à tractatoribus, relinquitur ipsis & delectus & aptatio, ne uidelicet quibuslibet ubiq; utantur, sed optimis tantum & suo in loco & tempore. Verißimum enim est, Verbum in loco & tempore productũ non uerbum esse, sed gemmam. Habebit & collatio locorum inter sese laborem suum. Erit tum quoq; & ipsa scriptura subinde consulenda, uersanda ac expendenda. Quare ad scripturas affigentur studiosi, non auellentur. Vnde non est quod delicatuli quidam metuant huiusmodi libris breui theologiæ candidatos à scripturis abducendos fore. Metuant isti sibijpsis potius, ne iudicio suo & affectibus corrupto & nimiũ securo, grauiter impingant aliquando. Vas electionis Paulus dixit, Spiritum ne extinguatis, prophetias ne aspernemini, Omnia probate, quod bonum fuerit tenete. Porrò si quis alius hoc ipsum institutum melius tractauerit, non inuidebit hic author noster, scio. Neq; ipse existimat sese hoc negotium ita tractasse, ut nihil desit, aut nemo id melius tractare possit. Prodeat agè cui desit nihil. Certe hic noster tibi prodesse uoluit, & magnum citra controuersiam beneficium nobis omnibus dedit, unde apud omnes merito gratiam meretur, præcipue in huiusmodi instituto atq; opere, quod ut magno labore multisq; paratum est uigilijs & sudoribus, ita facilius quoq; est calumniari quàm meliora aut etiam paria facere.

EPITOME HISTO-
RIARVM SACRARVM, ET LO
CORVM COMMVNIVM CVM PRO-
prijs, utriuſq; Inſtrumenti.



Aaron, Leuita, ſacerdos, pontifex, electus, conſecratus, induit, orat, offert, ſacra edit, peccat, punitur, ſepelitur.
Abdias, propheta, aulicus, ſanctus, periclitat.
Abel, paſtor, religioſus, à fratre occiſus, clamat in cœlum.
Abia, rex Iuda, pius, ſapiẽs, fortis, uincit.
Abiathar, ſacerdos, fidelis, conſiliarius, periclitatur in aula, abijcitur.
Abigail, pulchra, prudens, eloquens, hoſpitalis, maritum ſeruat, uxor Dauidis.
Abimelech, rex gentilis, iuſtus, liberalis, pacificus. Alter Abimelech, Iſraelita, rex, ambitioſus, parricida, ſacrilegus, pugnax, à fœmina occiſus.
Abiſai, amicitiæ tenax, fortiter pugnat, religioſus, pro fidelibus.
Abner, aulicus, ambitioſus, iracundus, impatiens, perfidus, fortis, occiſus, plangitur.
Abominatio, dei, Iſraelis, fidelium, idolorum, gentium, Aegyptiorum, uictimarum.
Abraham, electus, obediens, patiẽs, pius, peregrinus, benedictus, diues, hoſpitalis, circunciditur, credit, pugnat, ſacrificat, decimat, iuſtificatur, filio proſpicit, pater fidelium, moritur, ſepelit à filijs.
Abſalom, pulcher, ſupbus, parricida, ambitioſus, inuadit regnum, patrem confundit, corrũpit matres, impie regnat, titulũ erigit, occiſus lapidatur, plangit.
Abſcindere, palmitem, lapidem, manum, homines.
Abſcondere, dei faciem, peccatores, ſapientiam, ſacramentum.
Abſinthiũ, cibus, potus, impiorũ, ſtella.
Abſtergere lachrymam.
Abſtinentia, Moſis, Eliæ, à cibis, peccatis, idolis. Vide Ieiunium.
Abundare, ſenſu, ſapientia, diuitijs, cibo, potu. Vide Diuitias.
Abyſſus, diuinitatis, ſapientiæ, cordis, tenebrarum, aquarum. Vide Profundũ.
Accaron, Iudæ, Palæſthinæ, eradicanda.
Accedere ad deum, in montem.
Accipere dei iudicium, perſonatum, deo gratum, dona. Vide Perſona.
Aceruus, teſtimonij, lapidum, fructuum. Vide Galaad.
Accuſare, prælatos, ſanctos, fratres.
Acetum, Chriſto, Ruth, dentibus.
Achab, rex Iſrael, idololatra, prophetas ſanctos perſequitur, Baaliſtas fouet, pugnat feliciter obediens, infeliciter contemnens, Nabath occidit, continuo peior occiditur cum filijs.
Achas, rex Iuda, ſacrilegus, idololatra, dei contemptor, uincitur.
Achimelech, ſacerdos, fidelis, occiditur à Saul.
Achimaas, ſacerdos, nuncius, fidelis.
Achior Ammonita, fidelis, martyr, fidei confeſſor.
Achis, rex Geth, Dauid diligit, Iudæos odit, rapax.
Achitob, ſacerdos, familia. Multi huius nominis.
Achitophel, conſiliarius, callidiſſimus, iniquiſſimus, aulicus.
Adad, Edomita, Salomonis hoſtis, & Iſraelis.
Adam, homo primus, à deo, de terra, dominus orbis, peccat poſt Euam, paradiſum amittit, mortem introducit, filios generat, forma futuri. Vide Homo.
Adamas, durus, cor.
Adeps, frumenti, ſacrificij, ſacerdotis, animalium. Vide Pinguedo, Butyrum.
Adinuentiones, hominum, malæ, deo notæ. Vide Operari, Cogitatio.
Adiurare, ſeruum, populum, ſacerdotes, Chriſtum, Eccleſiam, filias Ieruſalem.
Adiutorijũ, homini, gaudij, à deo, Pauli, uxor. Vide Auxilium, Brachium.

Adoleſcens, adoleſcentia, non contemnenda, deo grata, in bono, ſubditus. Vide Iuuenis, Puer.

Adonias, Dauidis filius, pulcher, ambitioſus, prohibetur, occiditur.

Adonibeſec, tyrannus, crudelis, talionē capit.

Adoptare, filium, populum, deo.

Adorare, deum, Chriſtum, idola, homines, angelum, diabolum, regem, in ſpiritu, in monte, Hieroſolymis, ante tabernaculum.

Aduena, iuuandus, diligendus, non triſtandus, uocandus ad religionem, lætificādus, à domino cuſtoditur. Vide Peregrinus, Alienigena.

Aduentus, Chriſti, qualis, quādo, ſigna, fructus, duplex.

Adulatio, uerbis, facto.

Adulterium, corporale, ſpirituale, pernicioſum, graue crimen, filios polluit, examinatur, lapidatur. Vide Fornicatio, Idololatria.

Aduerſari, deo, ſpiritui, carni, diabolo, fidelibus. Vide Hoſtis, Inimicus, Satan.

Aegyptus, ſuperſtitioſa, crudelis, exilium piorum, blaſphema, perfida, ſuperba, ignominioſa, percuſſa, conuertenda, ſananda, calamitoſa, plangenda.

Aethiopia, Chus, proxima Arabiæ, Libyæ, pugnax, capienda.

Affligere, afflictio, Agar, Leæ, Iacob, animarum, impiorum, iuſtorum, Aegypti, gentium. Vide Anguſtia, Calamitas, Tribulatio.

Agag, rex pinguis, captus, occiſus.

Agar, ancilla Aegyptia, dominā ſpernit, affligitur, exulat, cōſolatur, Iſmaelis mater, obedit, religioſa, orans, auditur, ſeruit cum filiis, ſynagoga, Agareni.

Ager, ſpeluncę, benedictus, robuſtorum, fullonum, exercendus, mundus, ſanguinis, non lædendus, emptus. Vide Campus.

Agricola, Cain, Eliſeus, laudatus, confuſus, perfidus, homicida, Eccleſiæ, deus. Vide Colonus.

Aggæus, propheta, tempore Darij, nuncius Iudæorum.

Agnus, ſacrificium, paſchalis, Chriſtus, manſuetudo, occiſus, ueſtit, librum aperit, peccata tollit, in nuptijs.

Agrippa, rex, doctus, fautor Iudæorum, pro Paulo.

Ahias, propheta, Silonites, durꝰ nūcius.

Ala, quatuor animalium, Emanuel, uelamenti. Vide Volucer, Aues, Penna.

Alcimus, pontifex, impius, proditor, ſimoniacus, ambitioſus, hoſtis legis, paralifi occiditur.

Alleluia, laus dei, contrà Babel canitur, à 24. ſenioribus.

Alexander, Philippi, ſuperbus, regnat. Item Antiochi filius & Iudæus.

Alexādria, ditiſſima, capiēda, diſſipanda.

Alieni, felices, diuites, obedient, humiliabuntur.

Alienigenæ, in domo Abrahæ, ſancta nō edent, non offerent, credent, orantes exaudientur, auertunt à fide. Vide Aduena, Peregrinus.

Altare, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moſis, Gedeonis, Samuelis, Saul, Dauidis, Ieroboam, Ioſiæ, Zorobabel, Ezechielis, Galgal, Rubenitarum, æneum, aureum, lapideum, holocauſti, incenſi, dedicādum, mundandū, Chriſtus, crux. Vide Ara Idolorum, Baal.

Alta, diluuij aqua, non quærenda, non ſapienda, abominabilia.

Altiſſimus, deus, patiēs, odit peccatores.

Amalech, hoſtes, principium gentis, fugati, delendi, percuſſi, à Saul, à Dauid.

Aman, impius, crudelis, delator, ſuperbus, exaltatus, humiliatus, ſuſpenſus cum filijs.

Amare deum, Chriſtum, animam, filios, amicum, inimicos. Vide Diligere.

Amicus, deus, Chriſtus, proximus, dei, ſponſi, ſponſæ, fidelium, gentilium, ſæculi, menſæ, diuitiarum, fidus, pfidus, nominetenus, nouus, incomparabilis, perpetuus, in calamitate, ſubſannator, ſalutandus, attendendus, non timendus, non irritandus, non dimittendus. Vide Charitas, Dilectio.

Amor, Rachelis, Liæ, Chriſti, dei, ordinatus, inordinatus, inæqualis, inſanus, puellaris, ſponſi, ſponſæ, in Chriſtum, in fideles. Vide Charitas, Dilectio.

Amaritudo, pœna, reatus, malitia, abundans, abſit.

Amaſa, Saruiæ, Ioab, militię dux, occiſus.

Amaſias, ſacerdos Bethel, rex Iuda, bonus,

nus, peccans. Qui & Amazias uariata orthographia. Plures eiusdē nominis.
Ambulare, cum deo, ex aduerso deo, in lege, in carne, in Christo, in latitudine, simpliciter, caute, inordinate. Vide Transire.
Amigdalum, Iacob, Aaronis, Ecclesiastæ.
Amnon primogenitus Dauid, stuprator ororis, nimium dilectus à patre, à fratre occiditur.
Amon, pater Iosiæ, impius, à seruis occiditur. Et alij.
Ammon, Amonitæ, regio, uastatores humiliantur, sepe, perduntur tandem, frustra admoniti, hostes Israelis.
Amorrhæi, superbi, iudicādi, delendi, tolerantur, eijciuntur.
Amos, propheta, molestus, armentarius.
Amphora, talenti, leuata, portata.
Amplexari, sermonem, sapientiam, stercora.
Amri, Samariæ rex, pater Achab & Athaliæ.
Anna, Samuelis, orat, uouet, reddit, contemnitur, consolatur, deum laudat, Tobiæ altera, & prophetissa euangelica, speculum uiduarum.
Annas, sacerdotum princeps, impius.
Ananias, propheta, falsus, auarus, discipulus, pōtifex impius, Pauli instructor.
Anathoth, Ieremiæ patria, exilium Abiathar, ciues mali.
Anathema, Iericho, Achan, Paulus pro Christo, non fidelis. Vide Excommunicatio.
Ancilla, Saræ, Rachelis, Liæ.
Andreas, Petri frater, uocatus à Christo.
Angelus, nuncius dei, Sodomitas subuertit, pios eripit, in scala Iacob, luctat, benedicit, de Aegypto educit, percutit primogenitos, resistit Balaam, apparet in Galgalis, Gedeoni, Manue, Dauidi, Ierusalem percutit, Eliam cōsolatur, percutit Assyrios, præest regnis, in fornace cum tribus, inter myrtheta, Christus dicitur, & Baptista, ægrotum curat, uirginem salutat, Ioseph alloquitur, testis natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, Christi, Baptistæ nuncius, miracula ædit, loquitur apostolis, gentibus, minor Christo, administratorius, iudicia dei exequitur, sanctos signat, ante deum & agnum, tuba canit, exit templum, non uult adorari.
Angustia, Ioseph, piorum, utilis, ferenda. Vide Afflictio, Calamitas.
Anima, homo dicitur, à deo producta, in sanguine, non polluenda, afflicta, deficit, saturatur, tristis, liquescit, sanatur, repletur bonis & malis, benedicit deo, immortalis, marcescit, esurit, tentatur, saluatur, migrat, à deo suscipitur, plus q̄ esca, perdenda ob Christum, redempta per Christum, odiēda pro Christo, ponitur à Christo, pro proximo, cibatur à Christo, ad deū clamat, regnabit cum Christo. Vide Spiritus.
Animus, fortis, gaudens, duplex. Vide Cor, Mens.
Animal, à deo, dē terra, homini subiectū, cibus, sacrificium, mundum, immundum, figura, cum rotis, à deo nutritur, pœna hominis, contra spiritum. Vide Iumentum, Pecus, Bestia.
Antichristus, multi, semper, seductor, uagus, ex Christianis ortus.
Antiochus, obses, sacrilegus, idololatra, perfidus, inuadit Ierusalem, Aegyptū, sanctos, Antichristi typus, morbo grauatur, uane pœnitet, infeliciter moriť, homicida. Hoc nomine & alij.
Antiochia, Pisidiæ, Syriæ, prophetas habet, & doctores, & apostolos, Christianorum schola, capitur, eruditur.
Antiquus, plasmator, dierum, terminus. Vide Vetus, Senes, Presbyter.
Annus, luminarium, uitæ, festorū, quietis, Iubilei, miseriæ, reddendus pro die, apud deum, breuis, acceptus, ut aranea.
Annunciare ab exordio, uitam, ueritatē, deum, Christum. Vide Euangelium, Prædicare.
Anus, parit, habitu sancto, docetur.
Aod, iudex, ambidexter, uincit Moab, regem interficit.
Apparere, deum, arcum, Abrahæ, Isaac, Iacob, Mosi, Salomoni, fidelibus, cum tonitru, in nube, in Silo, in gloria, gratia, Christum.
Aperire, os, oculos, manus.
Apis, mel, hostis, examen.
Apollonius, hostis, homicida, belligerat, occiditur.
Apollo, Alexandrinus, doctor, spiritu ple

nus, docetur, pijs proficit, scripturis reuincit Iudæos.

Apostoli, eliguntur, officium, confitent, infirmi, peccant, ministri, testes, docent gentes, Iudæos, ædunt miracula, patiuntur, residui Israelis, gaudent cæsi, disperguntur, glorificãt deũ, decernunt, serui dei. Pseudapostoli.

Aqua, elemẽtum, uiua, mare, uersa in sanguinem, diluuij, Cades, Meron, solis, Iercon, Maggedo, Iordanis, mortua, Iericho, Edom, Siloe, Nemrim, baptismi, saluatoris, rubri maris, Bethleem, lambitur, hauritur, bibitur, effunditur, cribratur, duratur, deum uidet, ædit uocẽ, fugit, sanat, danda sitienti sine argento, spiritus sancti, templi, sapientiæ, tribulationis, doctrinæ, populus, munda, à sede dei, furtiua, contradictionis, expiationis, amarissimæ.

Aquila, auis, uelox, rapax, grandis, immunda, rupium, sanguinem lambit, renouatur, alata, ubi corpus, uæ clamat, discipulus Christi.

Aquilo, dei, uentus, frigidus, hostilis, nocet, impietas, ira, limes. (tare.

Ara, Baal, dei, gẽtium, inscripta. Vide Al-

Arabia, Cedar, Aethiopiæ uicina, sub Iosaphat, Ozia, fidelis, reliquiæ, calicem bibit, à Paulo docetur, ubi mons Sina.

Arare, gratis, in spe, feliciter, dei donum, impietatem, ubi, quibus.

Aratra, concidenda, non deserendum.

Arbor, lignum, pulchra, scientiæ, Nabuchodonosor, mala, bona, fructus, cognoscitur, plantatur, succiditur, comburitur.

Arca, Noe, diluuij, saluat, dei, Mosis, fœderis, propitiatorium, in solitudine, in tabernaculo, circum Iericho, in Silo, castris Palæsthinis, plaustro, Bethsamis, Cariathiarim, domo Obededõ, Sion, templo, oraculo, sub cherubim, scabellum, non requirenda olim, quæ contineat, præcedit, transit, percutit, deus dicitur, arca collectarum.

Area, Booz, Ornan, iustorum, Christi, purgatur.

Areuna, Iebusæi, area pro tẽplo, data pecunia, gentilitatis mysterium, orat pro Dauid.

Argentum, dei, Abrahæ, Achan, Salomonis, Esdræ, apostolorum, reprobum, inutile, abijciendum, probatum, pretium sanguinis.

Arguit, deus, frater, æqualis, se, mundũ, æqualem, bonum, peccantem, illusorẽ. Vide Correptio.

Arida, terra, gentilitas, palmes.

Ariel, Sion, Ierusalem, obsessa, tristis.

Ariolus, nõ suscitandus, auferendus. Vide Augurium, Diuinus, Maleficus.

Aries, pro Isaac, consecrationis, oblatus, rex, holocaustum.

Arma, dei, regum, militum, spiritualia, apostolica.

Armus sacrificiorum, sacerdotalis, Sauli. Vide Brachium.

Arnon, excelsum, torrens, ciuitas, terminus, uallis.

Aromata, Galaad, Saba, mortuorum.

Arrogantia, abominanda, punienda. Vide Superbia.

Aroer, urbs, regio, terminus, in Gad.

Artaxerxes, Persa, pro & contra Iudæos.

Artifex, honoratus, necessarius, cõfusus. Vide Faber.

Asa, rex Iuda, religiosus, pacificus, uictoriosus, ædificat multa, imperfectus, dolet pedes.

Asael, Saruiæ, cursor, ptinax, occiditur.

Asaph, Leuita, cantor, cum filijs.

Ascalon, urbs Palæsthinæ, patitur multa.

Ascendere dei, ecclesiæ, Christi, de Aegypto, ad festum.

Aser, tribus, maritima, cum urbibus, benedicta.

Asia, fidelibus dura.

Asidæi, fideles, decepti.

Asinus, Balaam, Saulis, Christi, editur, loquitur.

Asiongaber, Edom maritima.

Asor, urbs, campus, non una, patitur.

Aspicere, colores, Christum, piorum.

Astaroth, urbs, idolum.

Assuerus, monarcha, mulierosus.

Assur, Assyria, Aram, uirga iræ, cremanda, contraria pijs, crudelis, forte regnũ, superbum, fertilis, percutitur.

Athalia, regina, impia, crudelis, occidit. Prouinciæ nomen.

Athenæ, Paulus, prædicat contra idola, uana.

Atrium, tabernaculi, templi, interius, exterius,

terius, medium, ſacerdotum, Leuitarũ.
Auaritia, Laban, Nabal, diuitum, phariſæorum, ſacerdotum, principum, Chriſtianorum, omnium, infelix.
Audacia, ſtulta, fugienda, in bono, confundit.
Audire, dominum, uxorem, pactum, legem, Chriſtum, ſapientem, ſine intellectu, fruſtra, utiliter, tutum, & facere. Vide Obedientia.
Augurium, piorum, impiorum, non credendum, eius pœna. Vide Ariolus, Diuinatio, Maleficium.
Aues, creatæ, benedictæ, ſacrificatæ, mundæ, immundæ, deo curæ, exempla. Vide Volatile, Volucres.
Auris, dei, credentium, obedientium, diſciplinatorum, ſeruorum, inſipientiũ, timentium, audiunt, probant, obturantur.
Aurum, Ophir, Salomonis, templi, idolorum, optimum, mundum, ſanctificatum, obſcuratum, probatum, amatum, oblatum, perditio.
Auſter, uentus, locus.
Auxilium, deus, fidelium, proximo. Vide Adiutorium.
Azarias, rex, ſacerdos, propheta, Leuita, Babylonius, & alij.
Azyma in paſchate, Gedeonis, Ezechiæ, Chriſti, Petri, azymorum dies.
Azotus, urbs, Enacim, Iuda, capitur, demolitur.

B

Baal, Gedeonis, altaria, ædes, uaſa, ſacerdotes, cultores, templum, in Ennom.
Baalim, coluntur, inuocantur, uiſitãtur, auferuntur, ſurdi. Vide Idola, Dij.
Babel, Babylon, turris, regnũ, filia Chaldæorũ, hoſtis Hieroſolymæ, peccatrix, diuinatrix, fornicatrix, ſuperba, Lucifer, peſtifera, malefica, uidua, decepta, capit, capitur, ſtupet, ſubuertitur, deletur, confunditur, ridetur, deſeritur, ſubmergitur, comburitur, domina terrarum, exilium piorum, fugienda, calix, prædatores. Vide Chaldæa.
Baculus, Iacob, Tobiæ, Dauidis.
Bachides, cõtrarius legi, Hieroſolymæ, Iudæis, reconciliatur.
Bala, ancilla, mater, uxor, locus.
Balaã, Ammonites, ariolus, auarus, peruerſus, ſcandaloſus, aſinam alloquitur, audit, deo obedit, benedicit, prophetat, conſilium dat, occiditur, nomen loci.
Balac, rex Moab pugnat execrationibus & donis.
Balſaſar rex, Baltaſſar Daniel.
Banaias, dux, fortis, auricularius, ſacerdos, cantor.
Baptiſmus, Chriſti, Ioannis, aquæ, ignis, ſpiritus, credentium, uirorum, mulierum, familiarium, publicanorũ, de cœlo, pœnitentiæ, Iordanis, doctrinæ, Pauli, patrum, unionis, paſſionis, uaſorum, ſepulturæ, Cornelij, Lydiæ, conſcientiæ.
Barrabas, latro, ſeditioſus, Iudæorum Meſſias.
Barac, dux, ſeruator, fœminæ, deuotus.
Barachias, nomen multorum.
Barba, Nazaræorum, leproſa, dimidia.
Barbarus, lingua, ſenſu, moribus.
Barnabas, comes Pauli, ſanctus, fidelis, laborioſus, imperfectus.
Baruch, propheta, Ieremiæ diſcipulus, ſcriba, lector, patitur, exul.
Baſan, uia, urbs, regio, mons, regnum.
Baſes, ſanctuarij, concharum, columnarum.
Beati, pij, ſperantes, eruditi, electi, ſapientes, pauperes, diuites, uerbum dei audientes, credentes, dantes, tentati, mortui, reſurgentes, martyres, legis factores, Chriſtiani. Vide Sanctus.
Behemoth, ſatan, beſtia, corpus, ſquamę, ſternutatio, rex ſuperbiæ. Vide Satan, Diabolus.
Bel, idolum, uorax, admirandum, probatur, occiditur.
Beelphegor, idolum, peccatum.
Beelzebub, idolum, ſatanas.
Bellum, domini, Abrahæ, Ioſue, Deboræ, Dauidis, gentium, qui adeant, quare, quibus ſumptibus, cum uitijs. Vide Certare.
Belial, ſatanas, dæmon.
Benadad, rex Syriæ, pugnax, ſuperbus, temulentus, perit.
Bene, eſſe, agere, ambulare.

Benedicere, dei, Christi, Isaac, Iacob, Melchisedec, Balaam, Dauidis, fidelium, animæ, proximo, Tobiæ, maledicere.
Benedictus, deus, Sem, Adam, Christus, Maria.
Benedictio, munus, eleemosyna, diei, Abrahæ, Rebeccæ, Iacob, Ioseph, Leuitarum, sacerdotalis, Mosis, Salomonis, Tobiæ, Christi, coniugiorum, mulierum, terræ.
Bñfacere, dei, hoim, hostibus, egentib⁹.
Beneficium, dei, in sanctos, necessarium, uetus, ex fide, cum gratitudine, meritũ, memorandum, cõmunicatio. Vide Eleemosyna, Misericordia.
Beneplacitum, deo, hominibus.
Benignus, deus, Christus, spiritus, pius, amans. Vide Clementia, Misericordia.
Beniamin, Beniamitæ, quot, ubi, peccantes, pugnantes, occisi, regnant, ciues Ierusalem, porta, Leuites.
Bersabee, ciuitas, puteus, nemus, Iudæ, Simeon.
Berzellai, senex, Galaadites, liberalis, officiosus, fidelis.
Bethania, Christi hospitium, Marthæ, Simonis.
Bethel urbs, Luza, porta cœli, idolum, capta, uitulus, altare, propheta, inutilis, munita.
Bethoron, superior, inferior, ascensus, descensus.
Bethlehem, Iudæ, Zabulon, Ephrata, eximia, paruula, Christi patria.
Bethsabee, Vriæ, Salomonis mater.
Bethsames, in Iuda, Nephthali, ubi arca, plaga, capta, in Issachar.
Bethsan, urbs Saulis, in Manasse.
Bethsur, in Iuda, munita, præsidiũ, capta.
Bethulia, ciuitas, in monte, patria Iudith.
Bestia, homini subiecta, cibus, deum benedicit, magna, mystica, cõtra impios, cornuta, portentosa, loquens, cum charactere, bellum gerens, adorata in sede. Vide Animal.
Beseleel, artifex, de Iuda.
Bibliotheca, Cyri, Babylonica, Neemiæ.
Bibere, uinum, flumen, de silice, calicem, in cœlo, aquam uiuam, potũ spirituale.
Bini, anni, apostoli, animalia.
Byssus, mulieris fortis, uxoris, agni, iustificationes.
Blanditur, Ioseph, uxor Samsonis, amicus fictus.
Blasphemia, impiorum, Aegypti, Syrorum, Sennacherib, Israelitarum, Iudæorum, in Christum, in spiritum sanctũ, in apostolos, doctrinam Pauli.
Bonum, dei opus, deus solus, omnia, coniugium, uita, nemo facit, discendum, faciendum, semen, merces, bonis, non nasci, thesaurus, sic esse, uoluntarium.
Boues, crassi, tenues, occidendi, offerendi, cornupeti, mũdi, reducẽdi, deo curę.
Booz, opulentus, castus, beneficus, sapiens, columna.
Bosor, uir, ciuitas, in Ruben.
Bosra, in Edom, in Manasse, in Moab.
Brachium, fortitudo, saluans, peccatorũ, sanctum, dei. Vide Adiutorium.
Breues, dies, anni, languores.
Buccella, Abrahę, Iob, Salomonis, Iudæ.
Buccina, sacerdotum, festorum, hostium.
Butyrum, Abrahæ, Israelis, Iob, Ioelis, Emanuelis.

C

CAath, familia Leuitica, eius onera, officia, possessiones, urbes.
Cadauer, hominis, crucifixi, prophetæ, idololatrarum, in sacrificijs, immundum, animalium.
Cades, in Pharan, urbs, fons, in Galilæa.
Cain, agricola, inuidus, iracundus, fratricida, uagus, urbium author.
Caiphas, pontifex, impius, prophetat, Christum damnat.
Calamitas, diei, repentina, in portis, ex multis. Vide Angustia, Tribulatio, Afflictio.
Calamus, aluei, mensura, aromata.
Calceamentum, Mosis, perfidi in fratrẽ, Gabaonitarum, paschalia, Christi, apostolorum, Euangelistarum, soluendũ.
Calcalus, Seraphim, Isaiæ, inscriptus.
Calumnia, pauperum, in mundo, deprecanda, turbat, prohibita, puteus. Vide Iniuria.
Caligo, diuinitatis, nubis, uitiorum.
Caluus, homo, mundus, Eliseus, in mœrore.
Callidus, serpens, sapiens, in bonum & malum.
Calix, iræ, uini, soporis, mœroris, domini, aureus, salutis, passionis, Christi, apostolorum,

ſtolorum,miſericordię,participationis.
Caleb,pius, ſtrenuus, in Hebron, ſenex, felix.
Chaldæa,contra Iudæam,idololatra, ſuperba, prædatrix, mater ſuperſtitionis, crudelis,triumphans, iudicanda. Vide Babylon,Nabuchodonoſor.
Camelus, immundũ animal, in eccleſia, ornatus.
Chamos,idolum Moab,captum.
Campus,Sennaar,oſſium,uber,gaudẽs.
Chananæi,decem gentes,peccant,opprimendi,fortes, ſtupent,doloſi,inſipientes,tributarij,eĩciendi,occidendi,bellaces, hoſtes Iſraelis, immũdi,maledicti, impœnitentes,filiæ impiæ, terra bona.
Cana,ciuitas, uallis.
Candelabrũ,aureũ,ductile, ornatũ, cum uaſis, lucernis,in tabernaculo,templo.
Canis, immundum animal,impudẽs,impatiens,fidele.Vide Catelli.
Canere,domino,uineæ,Iſraeli, in cordibus,in templo,uaſis.Canticum,Moſis, Deboræ,Mariæ,Dauidis, perpetuum. Cantores,Dauidis,Salomonis,Leuitici,Aſaph.Vide Pſallere.
Cani,ſenum,honorabiles,ad inferos.
Capharnaum,Galilææ, habitaculũ Chriſti,ingrata. (ciis.
Caper, emiſſari⁹, trima capra, in ſacrifi-
Caprea,munda,dilectus.
Capilli,uelamen mulieri,numerati,mundicies,Abſalom,dilecti, amicæ.
Captiuus, populus domini, orans,Ioachas, Sedechias, in Babylonem, reducendus.
Caput,ſerpẽtis,agni,canum, aſpidis,languidum,raſum,propheta, plangens, dilecti,amicæ,humile,Baptiſtæ, uelandũ, Eccleſiæ Chriſtus, beſtiæ,draconis.
Carbones,dei,animalium,iracundi,uindictæ.
Carcer, Ioſeph, Chriſti,apoſtolorum.
Cariatharbe,in Iuda, Hebron, Dauidis, Abſolom.
Cariathbaal, Cariathiarim,arca.
Cariathaim,in Rubẽ, Moab, Nephthali.
Cariathiarim, Cariathbaal,Gabaõ, arca.
Cariathſepher,Dabir, Caleb, literarum, poſſeſſio.
Carmelus,in Iuda, Aſer, ſucciſus, deſertus,infirmatus,exiccatus,exultans.
Carmen,Moſis,canticum,pſalmus, multorum.
Carnaim,in Galaad, cum phano.
Caro,homo,ſubdenda,cibus,circunciſa, paſchalis,Aegypti,immunda,piſcium, leproſa,ſuilla,promiſſa,coturnicum,ſacrificiorum,fœnum, Chriſti, ſanctorũ, filiorum,non ſpiritus, propinquus, uxor,uita animæ,cibus fidelium, & ſanguis,carnales,corpus,genius, infirma, concupiſcens,opus.Vide Corpus.
Caracter,beſtiæ.
Charan, Abrahæ, Tobiæ.
Charmi,familia.Multi huius nominis.
Charitas,dei,piorum,Chriſti,deus,diffuſa,frigida,fraternitatis, filiorum, perfectio,continua,qualis,quanta, radix,finis,in opere,perfecta,abundans, prior. Vide Amicitia,Dilectio, Concordia.
Caſtellum,Marthæ, aſinorum.
Caſtigat, deus, Paulus. Vide Corrigere, Diſciplinare.
Caſtra,Iſraelis, angelorum, ſanctorum, Palæſthinorum, urbs Manahim.
Caſtitas,ad ſe,donum,Saræ, Ioſeph, Iudith,Suſannæ,coniugalis, uirgo. Vide Virgo, Continentia.
Cathedra,ſcribarum,ſynagogæ,uendentium,impiorum.Vide, Sedes.
Catelli,canes.
Catena,Petri,peccatorum, uinculum.
Cauda,ſacrificij,uulpium, draconis.
Cauſa,iudicanda,inquirenda,non deeſt, piorum,Chriſti.
Cæcus,Iſrael,non offendendus,illuſtrandus,Chriſtum cõfitetur,phariſæi,dux, à natiuitate,libidinoſus,Sodomita.
Cedar,Arabia,fidelis,percuſſa,
Cedes,in Iuda,in Nephthali, in Galilæa, in Iſachar.
Cedrus,Libani,ſucciſa.
Cedron,Dauid,Ioſias, Chriſtus, tranſeunt,Ieruſalem,urbs, torrens.
Cœlum,firmamentum, ornatus, aër, æther,creatum, clauſum, audit, teſtatur, punit,immundum, ſolidum, concentus,aſcendens,laudat,habitaculum dei, thronus,gaudet,opertorium,aqueum, obtenebratum,uidendum,nouum,rorat, ſtupet, ſigna ædit, impleſ, aperitur, mouetur,gyrat, peribit, docet, Chriſtũ ſuſcipit, ueteraſcit,ardebit.

Cœleſtis, militia, uocatio, hoſtia, exẽplar.
Ceila, liberata, prodit ſeruatorẽ, in Iuda.
Cœnaculum, arcæ, Chriſti, apoſtolorũ.
Cœna, Lot, Chriſti, diuitum, pauperũ, magna, plena, Marthæ, infidelium, dominica. Vide Conuiuium.
Cenſus, Cæſaris, numiſma.
Cenereth, mare, lacus, planicies, urbs, Nephthalim.
Centum, anni, agni, libræ, cadi, cori, cubiti, alieni, oues, uiri, præputia, ligaturæ, pecuniæ, fructus, mercedes.
Centurio, fidelis, Moſis, dignus, amicus, iuxta crucem.
Cephas, Petrus, reprehẽſibilis, Cephæi.
Ceremoniæ, in fœderibus, legis, peccatorum, ſine fide.
Certare, certamen, bonum, coniugum, in agone. Vide Bellum, Prælium.
Ceruus, emiſſarius, mundus, montium, ad fontes, in umbra, parturiens, conceptus, partus.
Ceruix, Iſraelis, dura, confracta.
Cherub, cherubim, paradiſi, propitiatorij, alati, eleuati, cum rotis gloriæ, in oraculo, duo, ſedes dei, apud Chobar.
Cæſaris, imago, Auguſtus, tributum, cenſus, amicus, domus, Tiberius.
Cæſarea, Philippi, Palæſthinæ, Pauli.
Cete, grandia, maris, occidenda.
Cibus, animalium, hominis, uitę, militũ, angelorum, immundus, itineris, Samſonis, Ruth, Manue, anguſtiæ, impiorum, ſpiritualis, uerbum dei, uitæ æternæ, fidelium, purus, ſanctus, perfectorum, cum ſcandalo. Vide Panis, Euchariſtia.
Cidaris, capitis, pontificalis.
Cilicia, Nabuchodonoſor, Holofernes, Paulus, ſynagoga.
Cilicium, regis, pœnitentium.
Cinæi, amici Iſraelis, Moſis, Heber, Saul, Rechab.
Cinis, uaccæ rufæ, nihilum, Thamar, Iudith, Eſther.
Cypri, botrus, Romani, Soſtratus, Ioſeph, Saulus.
Cyrene, Damaſci, Syriæ, Romani, Ieruſalem.
Cyrus, Chriſtus, paſtor, uictor, uocatus, deo gratus, fidelis, Perſa, ædificat, remittit, diues.
Circunciſio, ſignũ, fœdus, Abrahæ, præputij, octauo die, doloroſa, cordis, Ioſue, Moſis, ſecunda, in ſabbato, Timothei, laudata, inutilis, carnis, labiorum.
Cis, Saul, alij quoq;.
Ciſterna, Ioſeph, iumenti, frigida, Bethleem. Vide Lacus, Fouea, Puteus.
Cithara, Saulis, Iubal, Iob, Dauidis.
Ciuitas, prima, Babel, parua, magna refugij, Leuitica, impugnanda, iuſtitiæ, Ieruſalem, munita, Iſraelitica, ſanctorum, derelicta, populoſa, ſanguinum, impiorum, glorioſa, cuſtodita, exaltata, fortium, ſponſæ, Dauid, impœnitens, ſuper montem.
Clamor, in cœlum, Sodomorum, oppreſſorum, Iſraelitarum, Samuelis, Samſonis, Palæſthinorum, tubarum, nocturnus, operariorum. Vide Vox.
Claritas, dei, Chriſti, ſolis, ſuper terram, ab hominibus, nominis Chriſti.
Claudere, cœlum, regnum dei, domum.
Claues regni, ſcientiæ, mortis, Dauid.
Claudus, Iacob, ſaliet, robuſtus, ſanatus, ambulat. (xi.
Clauus, Siſaræ Cananæi, Chriſti crucifi-
Clementia dei, uita. Vide Miſericordia, Benignus.
Clypeus, Ioſue, Iſraelis, fortium, Saul, ſalutis.
Cogitatio, humana, peruerſa, utilis, inutilis, cordis, impiorum, uaria, robuſti, ſenſati, maligna, præſcientiæ, phariſæorum, timida, carnalis, pudica. Vide Imaginatio, Adinuentio, Opera.
Cognoſcere, deum, Chriſtum, uxorem, oues, cauſam, ex parte, oĩa. Vide Scire.
Coitus, per imaginationẽ, illicitus, cum iumento. Vide Fornicatio.
Coinquinatio, hominum, infidelium. Vide Immundus.
Collectio, ſanctorum, eleemoſynæ, feſtorum, Eccleſiarum, in ſabbato, Pauli.
Collis, Saul, mendax, mũdi, iræ Reñon.
Colonus, Abraham, Chriſtus, impius. Vide Agricola.
Collum, extentum, ſponſæ.
Color, uarius, idolorum.
Coluber, in uirgam, Dan, tortuoſus. Vide Serpens, Leuiathan.
Columba, Noe, fœderis, Ephraim, ſponſa, ſacrificium, ſpiritus ſanctus, templi.

Vide

Vide Turtur.
Columna, nubis, ignis, atrij, templi, basis, cœli, argentea, pedes, ecclesiæ.
Colossensium, fides, epistola.
Coma, attonsa, nutrita, capitis, mulieris, sponsæ. Vide Crines.
Comburere, hircum, urbes, Hai, Iericho, turrim, filiam, anathema, Zambri, aras, libros, filios, homines. Vide Ignis.
Comedere, dei, de ligno, angelorum, bestias, sacrificia, quo loco, quæ animalia, in montibus, bonum, cum lætitia, domos uiduarum.
Commendare, deo, seipsum, epistolis, bonum, charitatem.
Commonere, ad sacra, frequenter.
Cõmodare, deo, fratri, Israel, iuxta legẽ. Vide Dare, Donare.
Communicare, donare, commune esse, impurum esse in cibo.
Concilium, sacerdotum, pontificũ, apostolorum, seniorum. Vide Ecclesia.
Conceptus, filiorum, animalium, mulierum. Vide Coire.
Concordia, fidelium, coniugum, fratrũ. Vide Charitas, Amicitia.
Concubina, Abraæ, Leuitæ, Dauidis, Salomonis.
Concupiscere, mala, bona, carnes, lac, agros. Vide Desiderare.
Concupiscentia, carnis, animæ, contra legem, membrorum. Vide Desiderium.
Condemnatio, hominum, electorum, Iudæorum. Vide Damnare.
Confiteri, domino, laudem, peccata, ecclesiæ, proximo, coram hominibus, alterutrum, per orationem, iustitiam, gloriam, errorem, per spem, ante mortem.
Cõfidere, in domino, homine, principe, iustitia, carne, Christo. Vide Fidere & Fides.
Confirmari, consolari, in Christo, pœnitentia.
Conflatile, idolum, statua.
Confortatur, Eglon, Iosue, Gedeon, Dauid, in domino, gratia, Israel, Paulus. Vide Fortitudo.
Confusio, linguarum, patrum, Ieremiæ, impiorũ, bona, mala, de Christo, Pauli.
Congregare, aquas, seniores, sanctos, Ierusalem.
Coniugium, duorum, sanctorum, cum oratione, honestum, ob filios, hæredes, religiosum, in literis, orationibus, Mariæ, sine fraude. Vide Matrimonium, Connubium.
Connubium, infaustum, nepharium, honorabile. Vide Coniugium.
Coniuratio, contra Saul, Absolom, Zamri, Iudæorum.
Conscientia, bona, tuta, dubia, perturbata, tranquilla, læta, rea, aliena, cauteriata, emundata.
Consecratio, primogenitorum, Aaronis, legalis, Nazaræorum, polluta, reconcilianda, ritus, si redimenda. Vide Nazaræus.
Consilium, Ioseph, Iudæ, Roboam, Achitophel, dei, sine deo, peruersum, ludentium, malignantium, stultum, salubre, sapiens, audiendum, astutorum, contra deum, secretum, stabile, necessarium, circumspectum, probum, contra Christũ, pontificum, pharisæorum, de uirginibus, dissoluendum.
Consolatio, Agar, Isaac, Iacob, Dauid, à deo, fidelis, populi dei, animæ, Sion, Israelis, in tribulatione, humilium, mutua, æterna.
Constantia, Iudith, apostolorum.
Consuetudo, sapientum, fastidiosa, impiorum, Iudæorum.
Consummatio, abbreuiata, à domino, fidelium, omniũ rerum. Vide Perfectus.
Contemnere, contemptus, contemptor.
Contentio, pro puteis, magnanimorum, cum deo, uana, turpis, cum impijs, diuinitibus, discipulorum, de nominibus, fugienda, circa legem. Vide Zelus, Lis, Dissensio, Aemulatio, Bellum.
Contritio, malorum, humilium, superborum.
Cõtradicere, factori, populis, potentib⁹.
Contristari, ad bonum, per epistolas.
Conturbare, ad iudiciũ, animam, impiũ.
Conuentio, ecclesiæ, cum Belial.
Conuersatio, in simplicitate, in gratia, timore, bona, cœlestis, Pauli.
Conuersio, dei, Israelis, filiorum, peccatorum, ad pœnitentiam, ab idololatria, ad uitam, ad fidem, ad deum, ab errore, hominum, non tardanda.
Continentia, animæ, à luxu, à deo datur. Vide Castitas, Virginitas.

Conuiuium, ablactationis, fœderum, nuptiarum, natalitium, prophanum, Ioseph, Samsonis, domini, Iob, potantiũ, iustorum, Asueri, fœminarum, pharisæorum, sacrum. Vide Cœna, Epulæ.

Cor, ad dominum, hominis, in medio, Ierusalem, bonum, rectum, simplex, exultans, obediens, perfectum, deo notum, nouum, unum, sanum, uigilans, mundum, iustum, sapiens, probatum, deuotum, paratum, immaculatum, secretũ, iucundum, sanctum, splendidum, credens, ardens, irreprehensibile, malum, durum, stupidum, prauum, lapideum, superbum, stultum, peruersum, iniquũ, insipiens, nequam, malignum, incrassatum, coinquinatum, obcæcatum, impudicum, dolosum, profundum, inclinatum, timidum, carneum, scissum, seruandum, delectatum, uigilans, mœstũ, meditabundum, liquescẽs, contritum, duplex, dissolutum, depressum, suscitatum, turbatum. Vide Animus, Mens.

Corinthiorũ, eleemosyna, fides, doctor, Paulus, diuitiæ, contentiones, pietas, carnalitas, laudes, cœna, imbecillitas, indigena, epistola, charitas, uitia, tentationes.

Cornelius, cẽturio, pius, fidelis, obediẽs.

Cornu, arietis, exaltatio, radius, bestiæ, loquens, modicum, magnificatum, uentilans, stibĩ, unicornis, grande, hirci.

Corona, Iesu filij Iosedech, in tẽplo, gloriæ, iudicij, capitis, sapientum, Christi, spinea, iustitiæ, uitæ, uictoriæ, stellarũ.

Corpus, mortuum, ualidum, non curandum, lucidum, ubi aquilæ, sanctorum, tenebrosum, pollutum, sacrum, unum, dicatũ, seruile, fideliũ, & sanguis Christi, participatio, multorum, membrorum, ecclesia, mortis, exercitium, cœleste, terrestre, seminatur, surgit, animale, gesta, peregrinationis, auctum, crematum, sine spiritu, testium. Vide Caro.

Core, Leuita, seditiosus, ambitiosus, inuidus, complices, familia, cantores.

Chorus, uirginum, cantorum.

Correctio, prudentis, impij, iudicandorum, contumelioſi, in Creta. Vide Arguere.

Correptio, dei, beatum facit, dilecti bona, cum gratia, contempta, sapientis, mendax, proximi, amici, odiosa, iusti, inquieti. Vide Arguere, Correctio.

Coruus, in arca, cibatus, cibans, cum pullis, immundus.

Corruptio, terræ, morum, carnis, corporis, impiorum. Vide Malitia.

Coturnix, deserti, in castris, siccata, in signum.

Crabrones, hostes, Chananæorum.

Crastini, opus, solicitudo.

Creatio, mundi à deo, omnium simul, p Christum.

Creator, cogitandus, agnoscendus, Christus, fabricator.

Credere, ad iustitiam, fides, securitas, permanere, Israelis, loqui, deo, Christo, manducare, sermoni, reguli, propter opera, sanari, filium dei, ex corde, Iudæorum, ex auditu, accedere deo, spiritui, cĩto, crucifixum, uita æterna, uiuere, ne confundatur, non uisa, tepide, propter signa, non omnium, manere in Christo, confiteri, prædestinatorum, saluari, deus operatur, tardius, scripturę, Mosi.

Crescere, animalia, homines, scientia.

Crines, Samsonis, fœminarũ, Absolom.

Crystallus, frigus, aquilo.

Christus, uitæ lignũ, dæmonis calcator, semen Abrahæ, benedictio & expectatio gentium, rex, sacerdos, unctus domini, derelictus, confossus, illusus, uermis, testa, peccatum factus, minoratus, speciosus, bellator, magnificatus, eminentissimus, fidelium gloria, filius dei, iudex, imperator, deus fortis, filius Dauid, spiritu plenus, uerbo occidens, inspector cordium, uiuificans, membratim descriptus, seruus propter hoĩes, stupendus regibus, adorandus, sine specie, peccata tulit, ut leprosus, uulneratus, medicus, oblatus, ab æterno, innocens, pater credentiũ, iustificator, spõte mortuus, saluator, rubricatus, uenturus post 70. hebdomadas, rex Ierusalẽ, occidendus, umbra gentium, coniunctio populorum, dux, pax, natus, paruulus, nõ cõtentiosus, fluctibus imperãs, fabri filius, filius dei uiui, multi dicunt, adoratur, semper præsens, uentilator, admirabilis, baptisatus, deus & homo, captus, crucifixus, lux mundi, uerbum dei, maior magnis, ignotus unde, dat spiritum,

ſpiritũ, facit miracula, à Galilæa, à Bethlehem, æternus, teſtamentarius, reſuſcitatus, prædeſtinatus, propitiator, mediator, ad dextram patris, æternum myſterium, fidelium, Iudæorum & gentiũ, paſcha noſtrũ, petra, ſuper omnia, imago dei, pauper, ſine peccato, maledictio pro nobis, caput eccleſię, omnium princeps, ſuper omnia, aſcendit, deſcendit, in forma dei, omnia in omnibus, iudex uiuorum et mortuorum, bonorum thesaurus, diaboli uictor, ſup angelos, ſub angelis, omnia ſub ſe, frater fideliũ, particeps noſter, ſimilis fratribus, pontifex, ſupra Moſen, Apoſtolus, ſupplicator, conſummatus, in fidelibus patitur, ſecundo uenturus, cœlum ingreſſus, hoſtia pro peccatis, audiendus, diligẽdus, præcognitus, imitandus, uenturus in nubibus. Vide Meſſias, Ieſus, ſaluator.

Chriſtiani, ſacerdotes, pauperes, deum orant, quibus non communicent, iudicãt, ſanctificati. Vide Fideles, Credẽtes.

Cubile, populus dei, draconũ, in excelſo.

Curare, greges, languidos, deũ, ſomnia, ſuos. Curioſus, Curioſitas.

Cultus, dei, temporum, ornatus.

Currere, leuiter, cum peditibus, uiam legis, uiuere, uelociter, Pauli, in ſtadio.

Currus, Chananæorum, Achab, Eliæ, equitum decem millium.

Crura, dilecti, crucifixorum.

Crux, Chriſti, ferenda, ſtultitia, ſcandalũ, ſtigmata glorioſa, perſequutio, cum chirographo.

Crucifixus, maledictus, ſepeliendus, blaſphematus, ſpoliatus, prope Ieruſalem, in caluaria, prædicandus, Galatis.

Cupiditas, radix mali, filiquorum, acquirendi.

Cuſtodire, fratrem, à peccato, legem, uias dei, diligentes deum, mãdata, Chriſtũ. Cuſtodia, Cuſtos.

D

DAbir, urbs, Hebron, Caleb, Cariathſenna, Cariathſepher.

Dagon, idolum, Palæſthinorum, truncatur, in templo.

Damaſcus, platea Iſraelis, caput Syriæ, regia, laudata, diſſoluta, diues, impia, migrat, campus Sauli.

Damnum, negligere, inferre, fidelium, concupiſcentiæ.

Dan, Bala, coluber, iudex, caſtra, urbs, catulus, Micha, idolum, ſexcenti, percutitur, uitulus aureus.

Daniel, propheta, ſapiens, deo gratus, cũ ſocijs, exaltatur, myſteria reuelat, uinctus, ſpiritum ſanctorum habens, munera non capit, princeps, religioſus, orãs, in lacu, uiſiones habet, uir deſideriorũ, ſermones claudit, iunior accuſat damnatq; presbyteros, Bel prodit, prandiũ accipit.

Dare, ſancta, commoda, bono, ſtulto inutile, hilariter, reddendum à deo, ſine improperio, conſiliũ, habenti, beatius, requirenda. Vide Commodare, Donũ.

Darius, rex Medorum & Aſſur, pro Daniele, deum colit, cœnam facit, Ieruſalẽ reædificat templumq;, Iudæos conducit, orari pro ſe petit.

Dathan, ſeditioſus, contemptor, terra abſorptus. Vide Core.

Dauid, eligitur ad regnum, ungitur, paſtor, pſallit, zelat dei gloriam, ridetur, fortis animo, inermis, Goliath uincit, Ionathæ amicus, periclitatur ex laude, militum tribunus, prudens, gener Saulis per præputia, euadit ad Naioth, panem ſanctum edit, exul cum Achis, furioſo ſimilis, in Odolla, Moab, Ceila, Ziph, ſpelunca, fugitiuus, hoſti benefacit, innocens, humilis, pauper, ſuplex Nabal, in Palæſthina ſatrapis exoſus, amiſſa omnia recuperat, Amalechitarũ prædam donat, Saul plangit, in Iuda regnat, in Hebron cum filijs, prohibetur à ſanguine, ſyncera conſcientia, domini conſilio triumphat, Abner plangit, uindex occiſorum indigne, ungitur rex Iſrael, Iebus capit, arcam reducit. Ridetur à Michol, ſacrificat, confitetur, promiſſiones accipit de perpetuo ſemine, orat, bellis proſperatur, peccat per Viriam, corrigitur, punitur, pœnitet, Rabbath capit, triſtatur ob Amnon & Abſalom, & confunditur, Sibam donat, deceptus mendatio, iniuriatur à Semei, proditur ab Achitophel, fugit filium, fouetur ab exteris, reeligitur, à Bocri tentatur, crucifigit poſteros Saul, magnifi-

centia & iuſtitia eius Chriſtus, promiſſus, uerba nouiſſima, aquam ſacrificat, peſtem eligit poſt numerationem, in area ſacrificat, deliberat de templo, negatur uotum, regno ſtabilitur in Chriſto, gratus orans, aurum conſecrans, apparat impenſas, Salomonem præficit, docet, tutum facit, rectus coram deo, ſemẽ affligitur, lucerna non extinguitur, delet Ammonitas, undiq; anguſtias fert, exemplar ædificiorum dat, Chriſtus dicitur Dauid, gentium præceptor, germen iuſtitiæ, pactum æternum, princeps fidelium, ſeruus, rex orbis, primogenitus, throno æterno, multa paſſurus, uictorioſus, nunquam relinquendus, laudat ex corde deum, cantores ſtatuit, ſepultura ornatur, aperit librum.

Debitum, repetere, talentorũ, remiſſum, duorum, carnis, charitatis.

Debilis, curandus, non fatigandus, ad uitam ingreditur. Vide Infirmus.

Debora, nutrix Rebeccę, uxor Lapidoth, mater Iſraelis.

Decem, anni, menſes, dies, mercedes, fratres, uerba dei, confuſiones, uirgines, urbes, diſcipuli.

Denarius, Cæſaris, operariorum.

Decima, Abrahæ, Iacob, fructuum, redimenda, pecorum, ob ſeruitium, pro Leuitis decimarum, primogenitorum, ob dei timorem, uendenda, tertij anni, pro pauperibus, regum, diſtribuendæ, utilis danti, in horreis domini, infideliter data, uini, olei, ſanctificata.

Ananias uir timoratus ſecundum legem, teſtimonium habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis, ueniens ad me, & ſtans dixit: Saule frater reſpice, Act.22.c
Ananias princeps ſacerdotum præcipit percutere os Pauli in concilio, Act.23.a
Ananiæ reſpondet Paulus percuſſus: Percutiet te deus paries dealbate, qui ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti, Act.23.a
Ananias põtifex cum Tertullo oratore cõtra Paulum præſidem accedit Felicem, Act.24.a
¶Anamim filij, Meſraim, Gen.10.b. 1.Pa.1.a
¶Anath pater Samgar iudicis, Iudic.3.d

¶*Anathoth.*

Anathoth ciuitas ,p filijs Aarõ habitatio, Ioſ.21.b
Anathoth uiri redeũntes, centum uigintiocto, Eſd.2.b Neem.7.c

Anathoth in agrum relegatur Abiathar à Salomone, ne sacerdotio fungatur, 3.Reg.2.d
Anathoth patria Abiezer fortium unius, 2.Regum 23.d 1.Par.11.f
Anathoth habitatio Aaronitis in Beniamin, 1.Paralip.6.e
Anathoth familia Bechor in Beniamin, 1.Paralipom.7.b
Anathoth paupercula attende tibi de Assyrio, Isa.10.g
Anathoth patria Ieremiæ in terra Beniamin, Ieremiæ 1.a
Anathoth uiri morientur in gladio, iuuenes eorum, filij & filiæ, fœminæ, reliquiæ non erunt ex eis, Ierem.11.d
Anathoth uiris malum inducã, annum uisitationis ipsorum, Ierem.11.d
Anathoth uiri qui quærunt animam meam, dicunt, Non prophetabis in nomine dei, & non morieris in manibus nostris, Ierem.11.d
Anathoth caput populi, fœderis signator, Neemiæ 10.a
Anathoth habitatio Bẽiamin post reditum, Neemiæ 11.d
¶Anathothia filius Sesac, familia in Ierusalẽ, 1.Para.8.c ¶*Anathema.*
Anathema erat Iericho in qua ne infantes quidẽ mulieres oues & boues relinquebantur quin gladio omnia corruerent, Ios.6.c.d
Anathematis reus à deo cõburi iubetur, Ios.7.c
Anathemate pollutus Israel resistere hostibus nõ potest, Ios.7.b
Anathematis reus ad supplicium uocatur, ut conteratur pro salute populi totius, Ios.7.b.c
Anathema esse optabam à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, Rom.9.a
Anathema Iesu nemo dicit, loquẽs in spiritu dei, 1.Corin.12.a
Anathema sit si quis non amat dominum nostrũ Iesum Christum, 1.Cor.16.d
Anathema sit angelus, uel nos, euangelizans uobis præterquam quod euãgelizauimus uobis, Gal.1.b ¶*Ancilla.*
Ancillam permittit Sarai marito suo, Gen.16.a
Ancilla datur ab uxore, uxor Abraæ, Gen.16.a
Ancilla promota despicit dominam promouentem, Gen.16.a
Ancillæ in manibus sunt dominarum, ut eis utantur ut libet, Gen.16.b
Ancillam uult eijci Sara domina, Gen.21.b
Ancillæ filius non sit hæres Abrahæ, Gen.21.b
Ancillæ adduntur Liæ & Racheli uxoribus Iacob, Gene.29.c
Ancillas ordinat Iacob cum filijs principio, Geneſis 33.a
Ancillæ ipsius Niniue minabantur, gementes ut columbæ, murmurãtes in cordib⁹ suis, Na.2.c

Ancillam alieni hominis ne scruteris, nec steteris ad lectum eius, Eccl'ci 41.d
Ancillam eijce, & filium eius, Gal.4.d
Ancillæ filius non erit hæres cum filio liberæ, Gal.4.d
Ancillæ filij non sumus, sed liberæ, Gal.4.d
¶Ancoras de puppi mittentes quatuor, diem optabant, Act.27.f
¶*Andreas.*
Andreas & Petrus uocati ad piscaturã hominum à Christo, Matth.4.c
Andreas frater Simonis, Matth.10.a
Andreas inuenit primum Simonem fratrem, & dicit: Inuenimus Messiam, Ioan.1.f
Andreas frater Simonis Petri fuit ex discipulis unus Ioãnis, qui Christum sequebãtur, Ioã.1.e.f
Andreas frater Simonis indicat de puero panes habente ordeaceos, & duos pisces, Ioan.6.a
¶*Andronicus.*
Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos salutat, nobiles in Apostolis, qui ante Paulum in Christo, Rom.16.b
Andronicus ex comitibus suffectus, 2.Mac.4.e
Andronico Menelaus dat aurea uasa furto sublata à templo, 2.Mach.4.e
Andronicus præpositus monti Garizim, 2.Machab.5.d
¶Aneni urbs refugij in Issachar, 1.Par.6.g
¶Aner, Escol & Mambre, socij Abræ, Gene.14.d
Aner urbs refugij de Manasse, 1.Par.6.f
¶Ain ciuitas tribus Simeon, Ios.19.a
¶Ani ianitor templi Dauidis tempore, 1.Par.11.e
Ani in Nablis arcana canit, 1.Par.15.c
¶Ania ad dextram Esdræ legentis, Neem.8.b
¶Aniam filius Semida de Manasse, 1.Par.7.d
Aniæ filij, 3.Esd.5.d
¶Anienus præpositus filiorũ Siemarith, 3.Esd.8.c
¶Angariauit te per mille passus, uade cum illo alia duo, Matth.5.f
¶Ange montes magni, à sinistris Ciliciæ, Iudith 2.c ¶*Angelus.*
Angelus ancillam Agar consolatur, Gen.16.b
Angelus iuxta fontem in uia Sur, Gen.16.b
Angeli Sodomam uersus oculos dirigunt, Geneſis 18.b
Angeli intrant uesperi Sodomam, Gen.19.a
Angelis fit conuiuium, azyma coquitur, & comedunt, Gen.19.a
Angeli periclitantur apud Sodomitas, Gen.19.a
Angelos merentur suscipere pie hospitales, Geneſis 19.a
Angeli etiam mentiuntur, humano more agentes, Gen.19.a
Angeli percutiunt cæcitate Sodomitas, Geneſis 19.b
Angelos dominus mittit ad perdendum Sodomam, Gen.19.c
Angeli cogunt Lot ad suam salutem, Gene.19.d

Angeli duo, dominus, à Lot appellãtur, Ge.19.d
Angeli Lot ſeruant à Sodomitis, oſtium claudendo, Gen.19.b
Angeli manum apprehendunt Lot & filiarum, ut educant è Sodomis, Gene.19.d
Angelus Abraham acclamat, ne filium occidat, Gen.22.c
Angelus director ſerui Abrahæ in cauſa uxoris accipiendæ pro Iſaac, Gene.24.b.d
Angeli dei ſcalam Iacob aſcendunt & deſcẽdunt, Gen.28.c
Angelus dei in ſomnis Iacobo loquitur, Ge.31.b
Angeli dei fiunt obuiam redeunti Iacobo, Geneſis 32.a
Angeli dei dicuntur à Iacob caſtra dei, Gen.32.a
Angelus & uir dicitur, qui erat deus, Gen.32.f
Angelus luctatur cum Iacob, & non ſuperat, ſed neruo contingens claudum reddit, Gene.32.f
Angelus luctator orat dimitti à Iacobo ad auoram noctis, Gen.32.f
Angelus interrogatur de nomine, & non reſpondet, Gen.32.g
Angelus benedixit Iacob eodem loci ubi uicerat, Gen.32.g
Angelus protegens deus dicitur benefactor, Geneſis 48.c
Angelus domini tollens ſe à prioribus caſtris, abijt poſt ea, & cum eo columna nubis, Exodi 14.e
Angelus domini ſtetit inter Aegyptiorum caſtra & Iſraelitarum, & nubes tenebroſa & noctem illuminans Hebræis ut accedere tota nocte nõ ualerent, Exod.14.e
Angelum meum mittam qui te præcedat, cuſtodiat in uia, introducat in locum tuum, Ex.23.d
Angelum meum audi, obſerua, non contemnendum putes, non dimittet cum peccaueritis, & eſt nomen meum in illo, Exod.23.d
Angeli mei uocẽ ſi audieris, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, affligam affligentes te, Exod.23.d
Angelus meus præcedet te, & introducet in terrã 6. gentium quas conteram, Exod.23.d.e
Angelus meus te prçcedet, tu duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, Exod.32.g
Angelum percuſſorem impiorum promittit cum Moſe aſcenſurum in terrã 7. gentium, Ex.33.a
Angelus domini miſſus eduxit Iſrael de Aegypto, Num.20.c
Angelus domini reſiſtit aſinę Balaam gladio euaginato, Num.22.d
Angelus in anguſtijs duarum maceriarum uiſus ab aſina Balaam, Num.22.e
Angelus domini de Galgalis uenit ad Bochim, & improperauit Iſraelitis fœdus contractum cum Chananæis, Iudic.2.a
Angelus dicitur dominus, Iudic.6.c
Angelus domini aparet Gedeoni, Iudic.6.b

Angelus domini ſedit ſub quercu in Ephra, Iudi cum 6.b.
Angelum domini agnoſcens Gedeon, ait: Heu mi domine deus, quia uidi angelum domini facie ad faciem, Iudic.6.e
Angelus domini uirgæ ſummitatem quam manu tenebat extendebat ad carnes & panes, & ignis aſcendit de petra, omniaq; conſumpſit, Iudic.6.d
Angelus non uult cibum, ſed deo ſacrificium offerri monet, Iudic.13.c
Angelus domini apparuit uxori Manue ſterili denuncians filium illi naſciturum, Iudic.13.a
Angelus terribilis uultu, noluit nomen ſuum indicare mulieri, Iudic.13.b
Angelus domini cum flamma de altari aſcendit, & ultra non apparuit, Iudic.13.d
Angelo uiſo putant ſe ſtatim morituros Manue & uxor, Iudic.13.d
Angelum uiſum dominum appellant, Iudic.13.d
Angelus domini ut ſapiens eſt, ſic tu domine mi rex, ut intelligas omnia, 2.Reg.14.e
Angelo manum percutientem extendenti ſuper Ieruſalem diſperdendam, dominus miſeratus, dicit, Sufficit, 2.Reg.24.c
Angelus domini erat iuxta aream Areuna Iebuſæi, dum iubetur à deo à cæde ceſſare, 2.R.24.c
Angelus locutus dicitur ad reducendum prophetam contra uerbum dei, 3.Reg.13.d
Angelus domini iubet Eliam ſurgere, comedere, bibere, ambulare grandem uiam reſtantem, 3. Reg.19.a
Angelus domini loquitur ad Eliam Thesbiten, 4. Regum 1.a
Angelus domini percuſſit noctu in caſtris Aſſyriorum 185000. bellatorum, 4.Reg.19.g
Angelus domini ſtabat circa aream Ornam Iebuſæi, inter cœlum & terram euaginato gladio contra Ieruſalem, 1.Par.21.b
Angelus domini miſſus in Ieruſalem, ut percuteret eam, iuſſus eſt ceſſare, 1.Par.21.b
Angelus domini præcepit Gad, ut iubeat Dauidẽ altare extruere in area Ornan Iebuſçi, 1.Pa.22.c
Angelum uidet Ornan Iebuſæus cum 4. filijs, dum terunt triticum in area, 1.Par.21.c
Angelum domini cum gladio uidens Dauid terretur nimium, 1.Par.21.d
Angelus domini mandato conuertit gladium ſuum in uaginam, 1.Par.21.d
Angelis peccantibus deus non pepcit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari, 2.Pet.2.a
Angeli ſunt uirtute & fortitudine maiores principibus huius mundi, 2.Pet.2.c
Angeli non ferunt aduerſum ſe execrabile iudicium, 2.Pet.2.c
Angelus domini percuſſit omnem uirum robuſtum & bellatorem & principem exercitus re-

gis Assyriorum, 2.Paralipom.32.e
Angeli ueloces uel legati ite ad gentem conuulsam, dilaceratam, ad terribilem populum, post quem non est alius, ad gentem expectantem, conculcatam, &c̄. Isa.18.a
Ab angeli uoce fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes, Isa.33.a
Angelus domini egressus percussit in castris Assyriorū centum octogintaquinq; milia, Isa.37.g
Angelus domini saluauit Israelitas: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, portauit eos et eleuauit cunctis diebꝰ sęculi, Is.63.b
Angeli domini dominum benedicant, Dan.3.e
Angelus domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem, flammam excussit, fornacem reddidit ut uentum roris flantem, Dan.3.e
Angelum misit deus meus, qui conclusit ora leonum, & non nocuerunt Danieli mihi, quia coram eo iustitia inuēta est in mē, & coram te rex delictum quoq; non feci, Dan.6.f
Angelus uel Christus in prophetis loquens, dicitur dominus deus, Dan.10.d
Angelus domini accepta sententia scindet medium senem proditorem & mendacē, Dan.13.f
Angelus qui loquebatur in me respondebat quærenti, Zach.1.b
Angelus domini stabat inter myrteta, Zach.1.c
Angelus dicitur uir ascendens super equum rufum, qui stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, Zach.1.b
Angelus unus egrediebatur, et alius similiter egrediens in occursum eius ueniebat, Zach.2.a
Angelum meum ecce mitto qui præparabit uiā ante faciem meam, Malach.3.a
Angelus testamenti ecce uenit, & quis poterit cogitare diem aduentus eius, quis stabit ad uidendum eum, Malach.3.a
Angelus testamenti quasi ignis conflans, quasi herba fullonum, sedebit conflans & emundās argentum, & purgabit filios Leui, colabit eos, quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, Malach.3.a
Angelus domini castra ponit in circuitu timentium deum, & eos eripiet, Psal.34.7.
Angelus domini fiat coartans impios & persequens, Psal.35.5.
Angelorum panem manducauit homo, Psalmo 78.25.
Per angelos malos misit in eos iram indignationis, & tribulationem, Psal.78.49.
Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis, Psal.91.11.
Angeli in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, Psal.91.12.
Angeli omnes dominum adorate, Psal.97.7.
Angeli omnes benedicite domino, potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendum uocem sermonum eius, Psal.103.20.

Angeli uirtutes dei benedicite domino, ministri eius qui facitis uoluntatem eius, Psal.103.21.
Angelos tuos facis spiritus, et ministros tuos ignē urentem, Psal.104.4.
In angelorum conspectu psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, &c̄. Psal.138.1.
Angeli oēs laudate deum, laudate eum omnes uirtutes eius, Psal.148.2.
In angelis suis deus reperit prauitatem, Iob 4.d
Angelorum esca nutriuisti populum tuum, Sapientiæ 16.c
Angelus domini sanctus Raphael mittitur à dño ut curet Tobiam & Saram, Tob.3.d
Angelica salutatio gaudium tibi sit semper, Tobiæ 5.b
Angelus manducare quidem & bibere uidetur, sed cibo utitur inuisibili & potu, qui ab hominibus uideri non potest, Tob.12.d
Angelus Raphael ablatus est à conspectu eorū, & ultra eum uidere non potuerunt, Tob.12.d
Per angelum misit deus reuocare Israelem, quia parceret eis, ipsi uero illudentes, angelos subsannabant, 3.Esd.1.f
Angelorum panem manducastis, 4.Esd.1.b
Angelus de signis ex parte dicere potest, non omnia, 4.Esd.4.d
Angelorū exercitus ante inæstimabilem dei thronum adstat cum tremore, quorū seruatio in uento & igni conuertitur, 4.Esd.8.b
Angeli nomen Vriel missi ad Esdram, 4.Esd.4.a
Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, Matth.1.c
Angeli præcepta fecit Ioseph, & coniugem suam Mariam accepit, Matth.1.d
Angelus domini apparet in somnis Ioseph in Aegypto, dicens, ut surgens accipiat puerum cum matre redeat ad terram Israel, Matth.2.d
Angelus Iosepho apparens in somnis ut fugeret cum puero & matre in Aegyptum ut esset ibi, Matth.2.c
Angelis suis deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, Matth.4.a
Angeli accesserunt Christum, & ministrabant ei, Matth.4.b
Angelum meum mitto ante faciem tuā, qui præparabit uiam tuam ante te, Matth.11.b
Angelos suos mittet filius hominis, qui colligent de regno suo omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, Matth.13.f
Angeli pusillorum istorum semper uident faciē patris mei qui est in cœlis, Matth.18.b
Angelis dei similes erunt resurrecturi, ut nec nubant neq; nubantur, Matth.22.c
Angelos suos mittet cum tuba & uoce magna, Matth.24.c
Angelorū 12.legiones exhibere potest pater, si rogem

gem, ſed q̃modo implebunt ſcripturę? Mat.26.e
Angelus dñi deſcẽdit de cœlo, & accedẽs reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum, Matth.28.a
Angeli aſpectus erat ſicut fulgur, & ueſtimẽtum eius ſicut nix, Matth.28.a
Angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos, ſcio enĩ quod Ieſum quæritis Nazarenum, qui crucifixus eſt, non eſt hic, ſurrexit enim, ſicut dixit, Matth.28.b
Angelum meum ego mitto ante faciem tuã, qui præparabit uiam tuam ante te, Mar.1.a
Angeli Chriſto miniſtrabant habitanti cum beſtijs, Mar.1.b
Angeli exibunt & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium, Matth.13.g
Angelus ei locutus, dicebant alij, Ioan.12.d
Angelus ſequens dixit: Cecidit cecidit Babylon illa magna. &c̃. Apoc.14.b
Angelos ſuos mittet & congregabit electos ſuos à quatuor uentis, à ſummo terræ uſq; ad ſummum cœli, Marc.13.c
Angelus diſceſſit ab illa, Luc.1.d
Angelus domini ſtetit circa paſtores, & claritas dei circumfulſit illos, Luc.2.a
Angeli diſceſſerunt à paſtorib⁹ in cœlum, Lu.2.b
Cum angelo ſubito facta eſt multitudo cœleſtis exercitus laudantium deum, Luc.2.b
Angelus dixit Mariæ: Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, Luc.1.c
Angelis ſuis mandauit de te, ut conſeruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte ad lapidem offendas pedem tuum, Luc.4.b
Angelus apparuit Zachariæ, ſtans à dextris altaris incenſi, Luc.1.a
Angelum meum mitto ante faciem tuam, q̃ præparabit uiam tuam ante te, Luc.7.d
Angelis æquales erunt à mortuis reſurrecturi, & filij dei ſunt, cum ſint filij reſurrectiõis, Lu.20.f
Angelus de cœlo apparuit illi, confortans eum, Luc.22.e
Angelorum uiſionem etiam ſe uidiſſe dicunt mulieres, qui dicunt eum uiuere, Luc.24.d
Angeli aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis uidendi, Ioan.1.g
Angelus domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & aqua mouebatur, Ioan.5.a
Angelos duos Maria uidet in albis ſedẽtes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Ieſu, Ioan.20.c
Angelus domini per noctem ianuas carceris aperiens, apoſtolis dixit: Ite & ſtantes in templo loquimini plebi oĩa uerba uitæ huius, Act.5.d
Angelorum diſpoſitione legem accepiſtis, & nõ cuſtodiſtis, Act.7.g
Angelus domini Philippo locutus eſt, ut uadat contra meridiem ad uiam quæ deſcendit ab Ieruſalem in Gazam, Act.8.c

Angelum uidit Cornelius loquẽtem ſecum, Actorum 11.b
Angelus domini aſtitit Petro, & lumen reſulſit in habitaculo, Act.12.a
Per angelum quod fiebat neſciebat quia uerum eſt, Act.12.b
Angelus diſceſſit à Petro, cum uiçum unum proceſſerunt, Act.12.b
Angelum ſuum miſit dominus, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum, Act.12.b
Angelis paulominus minuiſti Chriſtum, He.2.b
Angelus dei cui Paulus ſeruit, & cuius eſt, aſtitit dicens: Cæſari te oportet aſſiſtere, Act.27.d.e
Angelos nuſquam apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, Hebr.2.d
Angelis quidã hoſpitio receptis deo placuerunt uel latuerunt, Hebr.13.a
Angelis prælatus Chriſtus, in cœlum profectus poteſtatibus & uirtutibus, 1.Pet.3.d
Angelos q̃ non ſeruauerunt principatum ſuum, ſed dereliquerunt domicilium in iudicium, magni diei uinculis æternis ſub caligine reſeruauit, Iudæ b.
Angelos iudicabunt ſancti, 1.Cor.6.a
Angelorum cauſa uelamen habere debet mulier ſuper caput, 1.Cor.11.b
Angelorũ ſi q̃s linguis loquat̃, charitate deſtitutus, fit uelut æs ſonãs, et cimbalum tinniẽs, 1.C.13.a
Angelorũ in religione, in humilitate nemo uos ſeducat, quæ non uidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, Col.2.d
Angelorum nulli dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te, Heb.1.b
Angelis tãto maior effectus eſt Chriſtus, quanto præ illis differẽtius nomẽ hæreditauit, Heb.1.b
Angeli dei omnes adorant Chriſtum. Heb.1.c
Angelis dicit, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis, Heb.1.c
Angeli omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis, Hebr.1.d
Per angelos dictus ſermo factus eſt firmus, Hebræorum 2.a
Angelis non ſubiecit deus orbem terræ futurũ, de quo loquimur (ſed Chriſto) Heb.2.a
Angelum ſuum miſit ſeruo ſuo Ioanni, Apo.1.a
Angelis datum eſt nocere terræ & mari & arboribus, ante tamen ſignatis ſeruis dei, Apo.7.a
Angeli in circuitu throni & ſeniorum et aĩalium, ceciderunt & adorauerunt deum, Apoc.7.c
Angeli quatuor ſtant ad 4.angulos terræ, tenentes quatuor uentos ne flarent, Apoc.7.a
Angelus ab ortu ſolis aſcendens, habens ſignum dei uiui, clamat 4.angelis ne noceant antequã ſerui dei ſignentur, Apoc.7.a
Angeli ſeptẽ cum ſeptẽ tubis ante deum, Ap.8.a
Angelus abyſſi rex locuſtarum, Apo.9.b

Angeli parati occidere tertiam partē hominum, Apoc.9.c

Angelus habens thuribulum ante altare, Apocalyp.8.a

Angelus ſtans ſuper mare & terram, leuata in cœlum manu iurauit per uiuentem in ſæcula ſæculorum, quia tempus non erit amplius, Apocalyp.10.b.c

Angeli ſeptimi diebus & cantu myſterium conſummabitur dei, ſicut euangelizauit per ſeruos prophetas, Apoc.10.c

Angelum fortem nube amictum, iris in capite, facies ut ſol, pedes columna ignis, libellum manu, pede dextro ſuper mare, ſiniſtro terra poſito, clamantem ut leo, uidit, Apoc.10.a

Angelus ſeptimus tuba cecinit, cum magnis uocibus in cœlo, Apoc.11.c

Angelus uolans per cœlum, habens euangelium æternum, ut euangelizaret ſedentibus ſuper terram, Apoc.14.b

Angelus exiuit de altari habens poteſtatem ſuper ignem, & clamauit ad habentem falcem, Mitte falcem & uindemia botros uineæ terræ maturos, Apoc.14.d

Angelus exiuit de templo, quod eſt in cœlo, falcē habens & ipſe, Apoc.14.d

Angeli ſeptem cum ſeptem plagis exierunt de templo, ueſtiti lapide mundo & candido, zonis aureis præcincti pectora, Apoc.15.c

Angelus alius exiens à templo clamans ad ſedentem ſuper nubem: Falcem mitte & mete, &c. Apoc.14.d

Angeli ſeptem habentes plagas ſeptem nouiſſimas, q̄niā in illis cōſummata eſt ira dei, Ap.15.a

Angeli ſeptem uos ite & effundite ſeptem phialas iræ dei in terram, Apoc.16.a

Angelus de cœlo cum magna poteſtate à cuius gloria illuminata eſt terra, Apoc.18.a

Angelus uolenti adorare ſe, dicit: Vide ne feceris conſeruus tuus ſum, & fratrū tuorū habentium teſtimonium Ieſu, Deum adora, Apoc.19.b

Angelus ſtans in ſole dicit auibus, ut comedant carnes regum, tribunorum, fortium, equorum, & liberorum, & ſeruorum, &c. Apoc.19.d

Angelus habens clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, Apoc.20.a

Angeli pedibus proſtratus adorabam, qui dicit, Ne feceris, cōſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorū qui ſeruant uerba prophetiæ huius, Apoc.22.b

¶*Angustia.*

Anguſtias fratris uidentes, dum nos deprecaretur non eum audiuimus, ideo uenit ſuper nos iſta tribulatio, Gen.42.d

Anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis, Iſa.21.a

Anguſtiæ priores obliuioni traditæ ſunt, & abſconditæ ſunt ab oculis noſtris, Iſa.65.c

Anguſtia facit requirere deum, eruditio tribulationis prodeſt, Iſa.26.c

Anguſtiæ tempus uenier, quale nō fuit ab eo ex quo gētes eſſe cœperunt, uſq; ad tempus illud, Dan.12.a

In anguſtia ſi deſperaueris imminuetur fortitudo tua, Prouerb.24.a

Anguſtum niſi quis tranſierit, in latitudinē quomodo poterit peruenire? 4.Eſd.7.a

Anguſtias non infert Paulus Corinthijs, ſed ipſi in ſuis prȩcordijs anguſtiantur ob ceremonias, 2.Corint.6.c

¶*Anima.*

Anima uiuens & motabilis à deo ꝓducta, Geneſis 1.c

Anima uiuens producitur ab aquis, Gene.1.c

Animas petit rex Sodomorum ab Abram, Geneſis 14.d

Anima pro homine capitur Hebraico more, Geneſis 14.d

Animam uiuere, eſt eripi de periculo mortis, Geneſis 19.d

Animas ueſtras non polluatis in omni reptili quod mouetur ſuper terram, Leuit.11.g

Animas ueſtras nolite cōtaminare tactu immundorum, Leuit.11.g

Animas affligetis decima die menſis ſeptimi, & nullum facietis opus, Leuit.16.g

Anima omnis non ultra percutietur à deo, Geneſis 8.d

Animas facere eſt homines generare uel emere, Gene.12.b

Anima carnis in ſanguine eſt, Leuit.17.b

Anima mea moriatur morte iuſtorū, Nu.23.b

Anima non comedenda cum carnibus, Deuteronom.12.d

Anima tua ſicut hodie magnificata eſt in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni anguſtia, 1.Regum 26.e

Animam non uult deus perire, ſed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt, 2.Regum 14.c

Anima pueri obſecro reuertatur in uiſcera eius, 3.Reg.17.d

Anima mea deſiderauit te in nocte, Iſa.26.b

Animā meam tu eruiſti, ut non periret, Iſa.38.d

Anima Chriſti uidebit & ſaturabitur, ꝓ eo quod laborauit, Iſa.53.d

Animam ſuam Chriſtus tradidit in mortem, & cum ſceleratis reputatus eſt, Iſa.53.d

Anima mea defecit propter interfectos, uæ mihi, Iere.4.g

Anima ueſtra in abſcondito plorabit, à facie ſuperbiæ, quia non auditis uerbum dñi, Ier.13.c

Animam laſſam inebriaui, & omnem animā eſurientem ſaturaui, Iere.31.e

Animas ueſtras ſaluate fugientes, & eritis quaſi myricæ in deſerto, Iere.48.a

Anima triſtis ſuper magnitudine mali, curua incedens & infirma, &c̃. dat deo gloriã, Bar.2.d.
Anima in anguſtijs & ſpiritus anxius clamat ad te, Bar.3.a
Animam tuam liberaſti, ſi annunciaueris impio uerba mea, & ille conuerſus non fuerit ab impietate ſua, ipſo manente in impietate ſua, Ezech.3.d
Animam ſuam non ſaturabunt, uentres eorum non implebuntur, quia ſcandalum iniquitatis eorum factum eſt, Ezech.7.e
Animæ omnes meæ ſunt, ut anima patris ita & anima filij mea eſt, Ezech.18.a
Anima quæ peccauerit ipſa morietur, Ezec.18.e
Anima mea quare triſtis es? & quare conturbas me? ſpera in deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare uultus mei, Pſal.42. 5. Pſal. 43. 5.
Anima mea turbata eſt ualde, ſed tu domine uſq; quo? Pſal. 6. 3.
Animæ meæ quomodo dicitis, Tranſmigra in montem ſicut paſſer, Pſal. 11. 1.
Animam meã inimici mei circundederunt, Pſalmo 17. 9.
Animam ab inferno eduxiſti, ſanaſti à deſcendentibus in lacum, Pſal. 30. 3.
Animas ſeruorum ſuorum redimet dominus, Pſal. 34. 22.
Anima mea illi uiuet, & ſemẽ meum ſeruiet ipſi, Pſal. 22. 29.
Animam meam erue à phramea, de manu canis unicam meam, Pſal. 22. 20.
Anima noſtra ſuſtinet dominum, quoniam protector noſter eſt, in quo & lætabit cor noſtrum, in cuius noĩe ſancto ſperauimus, Pſal. 33. 21.
Animæ meæ dic, Salus tua ego ſum, Pſal. 35. 3.
Animam meam quærentes confundantur & reuereantur, Pſal. 35. 4.
Animam meam reſtitue domine à malignitate eorum, à leonibus unicam meam, Pſal. 35. 17.
Anima mea exultabit in domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo, Pſal. 35. 9.
Animæ ſuæ redemptionem nullo pretio quiſquã obtinebit, Pſal. 49. 8.
Animam meam eripuiſti de morte, pedes meos de lapſu, ut placeam coram deo, in lumine uiuentium, Pſal. 56. 13.
Animam meam eripuit de medio catulorum leonum, Pſal. 57. 4.
Anima mea nõnne deo ſubiecta erit, ab ipſo enĩ ſalutare meum, Pſal. 62. 1.
Anima mea ſicut adipe & pinguedine repleatur, Pſal. 63. 5.
Anima mea adhæſit poſt te, me ſuſcepit dextera tua, Pſal. 63. 8.
Animam meã in pace redimet, ab his qui appropinquant mihi, &c̃. Pſal. 55. 18.
Animæ meæ quãta deus fecit narrabo omnibus, qui timetis deum, Pſal. 66. 16.

Animam noſtram poſuit ad uitam, non dedit in commotionem pedes noſtros, Pſal. 66. 9.
Anima mea repleta eſt malis, uita mea inferno appropinquauit, Pſal. 88. 3.
Anima mea paulominus habitaſſet in inferno, niſi dominus me adiuuiſſet, Pſal. 94. 17.
Anima mea benedic domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius, Pſal. 103. 1.
Anima mea noli obliuiſci omnes retributiones eius, Pſal. 103. 2.
Anima mea conuertere in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi, Pſal. 116. 7.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium, laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus, Pſal. 124. 7.
Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, Pſalmo 143. 7.
Animam meam tædet uitæ meæ, &c̃. loquar in amaritudine animæ meæ, Iob 10.a
Anima omnis uiuentis in manu omnium conditoris, & ſpiritus uniuerſæ carnis hoĩs, Iob 12.b
Anima ueſtra ſi eſſet pro anima mea, poterã ego quoq; ſimilia loqui, Iob 16.a
Animam tuam quid perdis furore tuo? Iob 18.a
Anima uulneratorum clamauit, & deus inultum abire non patitur, Iob.24. b
Animam Iob ſerua, cætera ſint in tua manu, Iob 20. b
Animam meam duxit omnipotens ad amaritudinem, Iob 27.a
Anima mea in memetipſo marceſcit, Iob 30.c
Anima corruptioni appropinquabit, & uita illius mortiferis, domino irato, Iob 33.c
Animam à corruptione deus eruit, & uitam illius ut non tranſeat in gladium, Iob 33.c
Anima præuaricatorum iniqua, Pro.13.a
Anima diſſoluta eſuriet, Prou.19.c
Anima impij deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo, Prou.21. b
Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt, Cant.5.b
Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab, Cant.6.d
Animam occidit os quod mentitur, Sap.1.c
Animæ iuſtorum in manu dei ſunt, Sap.3.a
Animam ſuam homo occidit per malitiã, cumq; exierit ſpiritus, non reuertetur nec reuocabit animam, quæ eſt recepta, Sap.16.b
Anima nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, deducetq; in ſortem impiorum, Eccl'ci 6.a
Anima omnis uitalis, ante dei faciem denunciauit, & ipſa iterum reuerſio illorũ, Eccl'ci 16.d
Animam ſuam aliquis præ confuſione perdet, & ab imprudenti perſona perdet eam, Eccleſiaſtici 20.c
Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat, Eccl'ci 23.c

Animæ ſalus in ſanctitate iuſtitiq, & melior eſt omni auro & argento, Eccl'ci 30.c
Animæ tuæ miſerere, placens deo, & contine, Eccl'ci 30.d
Animam tuam fili tenta in uita tua, et ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem, nõ enim omnia omnibus expediunt, &c̃. Eccl'ci 37.d
Animas duas conſeruaſti, & ſeparaſti eas ab alterutro, &c̃. 4.Eſd.6.d
Animam è corpore migrantem deus accipit, Tobiæ 4.a
Animam pueri qui quærebant defuncti ſunt, Matth.2. d
Anima nónne plus eſt quàm eſca? Matth.6.d
Animam & corpus qui poteſt perdere in gehennam, eum potius timete, Matth.10. c
Animam ſuam qui inuenit perdet illam, Matthæi 10.d
Animam ſuam qui perdiderit propter me, inueniet eam, Matth.10.d. 16.d
Animam ſuam qui uult ſaluã facere perdet eam, Matth.16.d. Luc.9. b
Pro anima ſua quam dabit homo commutationem? Matth.16.d Mar.8. d
Animam ſuam dare uenit filius hominis in redemptionem pro multis, Matth.20.d
Animæ ſuæ detrimentum facienti, quid proderit ſi totum mundum lucretur, Mar.8. d
Animam ſuam qui uult ſaluã facere perdet eam, qui autem perdiderit animam ſuam propter me et euangelium, ſaluam faciet eam, Mar.8.d
Anima mea dominum magnificat, Luc.1.e
Animas ſaluare uenit filius hominis, non perdere, Luc.9. g
Animam ſaluam facere an perdere, ſi licet ſabbathis? Luc.6.b
Animam ſuam qui perdiderit propter me ſaluam faciet illam, Luc.9.b
Anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus eſt q̃ ueſtimentum, Luc.12.c
Animam ſuam odiſſe debet & omnia temporalia Chriſti diſcipulus, Luc.14. f
Animam ſuam qui quæſierit ſaluam facere, perdet illam, Luc.17.g
Animam ſuam qui perdiderit, uiuificabit eam, Luc.17. g
Animam meam pono & iterum ſumam eam, Ioan.10.d
Animam meam nemo tollit à me, ſed ego pono eam à meipſo, Ioan.10.d
Animam meam ponendi poteſtatem habeo, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam, Ioã.10.d
Animam ſuam amans perdet eam, Ioan.12.d
Animam ſuam odiens in hóc mundo in uitam æternam cuſtodit eam, Ioan.12.d
Anima mea nunc turbata eſt, Ioan.12.d
Animam meam non derelinques in inferno, Actorum 2.d

Animæ omni fiebat timor, Act.2.f
Animas euertunt qui legalia docent obſeruanda, Act.15.e
Animam meam non facio pretioſiorem quàm me, dicit Paulus, Act.20. e
Animam ſuam Chriſtus pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, 1. Ioannis 3. c
Animam & ſpiritum, compages & medullas diuidit & diſcernit ſermo dei uiuus & efficax, Hebr.4.c
Animas ueſtras caſtificantes in obedientia charitatis, 1.Pet.1.d
Animæ interfectorum ſubtus altare propter uerbum dei clamant, Vſq; quo domine non uindicas ſanguinem noſtrum de terram habitantibus, Apoc.6. c
Animæ decollatorũ erunt ſacerdotes dei & Chriſti, et regnabunt cum illo mille annis, Ap.20.b
Animæ decollatorum uixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis, hæc eſt reſurrectio prima, Apoc.20.b

¶*Animus.*

Animo ſuo qui dominatur melior eſt expugnatore urbium, Prouer.16.d
Animus gaudens ætatem floridam facit, Prouerb.17.d
Animo duplex uir incõſtans eſt in omnibus uijs ſuis, Iacob.1.a
Animo duplices purificate corda, Iacob.4. b

¶*Animal.*

Animalia cuncta terræ facta de humo, Gen.2.c
Animalia iuſſu dei è terra producta, Gen.1.c
Animal comedetis quod in duas partes finditur gulam & ruminat, Deut.14. a
Animantium callidius eſt ſerpens, Gen.3.a
Animalia munda ſeptena ſeruantur, Gen.7.a
Animalia immunda duo ſeruantur mas & fœmina, Gen.7.a
Animalia qualia & quot in arcam intrarint, Geneſis 7.b. c
Animalia cuncta conſumpta ſuper terram diluuio, Gene.7.d
Animalia omnia uerentur hominem & terrentur, Gen.9. a
Animalia deus puniet quæ fuderint humanum ſanguinem, Gen.9.a
Animalia cuncta egrediuntur arcam, Gen.8.d
Animalia munda ſunt bos, ouis, capra, ceruus, caprea, bubalus, tragelaphus, pygargus, oryges, camelopardalus, Deut.14.a
Animalia munda dei ſacrificijs adhibenda, Geneſis 15. b
Animalia Aegyptiorum mortua, ſed non Iſraelitarum, Exod.9.a
Animalia ad ſacrificia neceſſaria ſunt, ideo non à filijs Iſrael obmittenda, Exod.11.g
Aialia munda & comedenda quæ ſint, Leu.11.a

Animal ungulam habens, ſed non diuiſam, & non ruminans, immundum eſt, quicquid contingit polluit, Leuit.11.d

Animal manibus ambulans, & quatuor pedibus incedens immundum eſt, Leu.11.d

Animalium quæ occiduntur oblatio offerēda eſt domino ad oſtium tabernaculi, Leuit.17.a

Animal percutiens reddet uicarium, Leuit.24.d

Animalium immundorum morticina quomodo polluant uaſa, cibos & aquam, Leuit.11.e.f

Animalis mundi cadauer qui tetigerit immundus eſt uſq; ad ueſperam, Leuit.11.f

Animalis cadauer edens, uel illud portans, lauabitur, & ad ueſperam immundus erit, Leuit.11.f

Animal quod ſuper pectus quadrupes graditur, uel multis pedibus, aut trahitur, nō comedetis, Leuit.11.g

Animal & uolucre conſumptum eſt, quoniam dixerunt, Non uidebit nouiſſima noſtra, Ier.12.a

Animalium quatuor ſimilitudo apparuit, Ezechielis 1.b

Animalia non reuertebantur cum incederent, ſed unumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur, Ezech.1.c

Animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinē fulguris coruſcantis, Ezech.1.d

Animalibus ambulantibus, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, Ezech.1.d

Animalia dum eleuarentur de terra, eleuabantur ſimul & rotæ, Ezech.1.d

Animalibus euntibus ibant rotæ, & cum ſtantibus ſtabāt, cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ ſequentes ea, Ezech.1.e

Animalium quatuor facies unum habebat, facies una facies Cherub, ſecunda hominis, in tertio facies leonis, in quarto aquilæ, Ezech.10.c

Animal ipſum eſt quod uidi ſubter deum Iſrael, iuxta fluuium Chobar, & intellexi quia Cherubim eſſent, Ezech.10.d

Animalium ſingulorū impetus ante faciem ſuam ingrediebatur, Ezech.10.d

Animalia omnia à te expectant, ut des illis eſcam in tempore, dante te illis colligent, &c. Pſalmo 104. 27.

Animalia horrēda immiſſa Aegyptijs à deo, quos uno ſpiritu occidere potuiſſet, Sap.11.c

Animam ſuam ut quis ponat pro amicis, maiorē dilectionem nemo habet, Ioan.15.b

Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus, 1.Cor.2.d

Animale corpus prius eſt quàm quod ſpirituale, 1.Cor.15.f

Animalia quadrupedia, ſerpentia, & uolatilia cœli erant in linteo cœlitus demiſſo Petro in uiſione in Ioppe, Act.10.b. 11.a

Animalia quatuor plena oculis ante & retro, Apocalyp.4.b

Animalia ſimilia leoni, uitulo, hoī, aquilæ, Apo.4.c

Animalium unum edit uocem tanquā tonitrui, dicens: Veni & uide, Apoc.6.a

Animal ex quatuor dedit ſeptem angelis ſeptem phialas aureas, iracundiæ plenas dei uiuentis in ſæcula ſæculorum, Apoc.15.d

¶Anob filius Cos, 1.Par.4.b

¶Annonæ uilitas erit ſuper terram, ut putent ſibi eſſe directam pacem, tunc germinabunt mala ſuper terram, gladius, fames, & magna confuſio, 4.Eſd.16.b

¶Anteriora reſpicienda exeunti Sodomam, Geneſis 19.d

¶Antemurale luxit, & murus pariter diſſipatus eſt, Thr.2.c

¶*Antichriſtus.*

Antichriſti ſunt qui uos ſeducunt, de quibus ſcripſi, 1.Ioan.2.d

Antichriſtus eſt qui negat patrem & filium, 1.Ioannis 2.d

Antichriſti de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit, 1.Ioan.4.a

Antichriſtus eſt qui ſoluit Ieſum, & non credit in carne ueniſſe, 1.Ioan.4.a

Antichriſtus de quo audiſtis uenit, & nunc iam eſt in mundo, 1.Ioan.4.a

Antichriſti & pſeudopropheræ ſurgēt, & dabunt ſigna magna & prodigia, Matth.24.b

Antichriſtiani epulis ſuis maculę, conuiuantes ſine timore ſemetipſos paſcunt, Iudæ c

Antichriſtiani nubes ſunt ſine aqua, quæ à uentis circumferuntur, Iudæ c

Antichriſti & ſeductores multi exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum ueniſſe in carnem, 2.Ioan.b

Antichriſtus ſicut audiſtis, uenit, 1.Ioan.2.c

Antichriſti multi ſunt nunc, 1.Ioan.2.c

Antichriſti prodierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, permanſiſſent nobiſcum, 1.Ioan.2.c

¶*Antiochus.*

Antiochus Illuſtris filius Antiochi, Romæ obſes regnat anno 137. regni Græcorum, radix peccati, 1.Mach.1.b

Antiochus uult omnes populos unum eſſe, uniuſq; legis, cui Iſraelitæ multi conſentiunt, 1.Mach.1.e

Antiochus fœdus cum Iudæis initum uiolat, murum in Sion deſtruit, factum pro cuſtodia templi, 1.Mach.6.g

Antiochus regnare incipit in terra Aegypti, ut regnaret ſuper duo regna, 1.Mach.1.c

Antiochus Aegyptum inuadit, fugat Ptolemæum, & multos uulnerat anno 143. 1.Mach.1.c

Antiochus inuadit Ieruſalem cum ſuperbia, templum intrat, altare aureum aufert cum omnib⁹ pretioſis, faciens quoq; cædem hominum magnam, 1.Mach.1.c

Antiochus legem imponit Iſraelitis de ceſſando

à cultu unius dei, à sacrificijs, & à sabbatho, templum inquinauit & sancta, aras & idola extrui mandat, deseri uerbum domini, omnia sub pœna mortis, 1.Mach.1.f

Antiochus principes statuit, qui cogant ad idololatriam & sacrificia deorum, 1.Mach.1.f

Antiocho acquiescunt multi de populo, legẽ dei relinquentes, fugantes pios in abdita fugitiuorum loca, 1.Mach.1.f

Antiochus idolum erigit super altare dei & aras, in urbibus Iudæ, in plateis, ad thura & sacrificia, libros legis comburit, trucidat habentes libros testamenti dei, 1.Mach.1.g

Antiochus singulis mẽsibus perquirebat sanctos ad pœnam, qui suis non paruissent sacrilegijs, 1.Mach.1.g

Antiochus antichristi typus & satellitum eius est.

Antiochus contra Iudam Machabæum fortissimum colligit exercitum, aperto ærario, stipẽdia in annum largiens, ipse tamen præsidem petit, Lysiam Iudæ opponens, 1.Mach.3.c

Antiochus Ierusalem armis capit, occidit triduo 80000. uincti fiunt 40000. non pauciores uenundantur, 2.Mach.5.b

Antiochus templum spoliauit Menelao ductore, 2.Mach.5.c

Antiochi castra contra Iudæam & montem Sion, facta pace cum ciuibus Bethsura, 1 Macha.6.f

Antiochi filij Demetrij epistola ad Simonem pontificem, 1.Mach.15.a

Antiochus uolens in Perside capere & deprædari Elymaidem cum templo diuite, non potuit, 1.Mach.6.a

Antiochi Eupatoris aduentus ad Iudæam cum exercitu 100000. peditum, 20000. equitum, & 32.elephantis, 1.Mach.6.d

Antiochus audiens suorum cladem morbum incidit in Babylone, 1.Mach.6.a

Antiochum pœniret malorum quæ intulit Hierosolymæ & templo, sed ficto animo & frustra, 1.Mach.6.b

Antiochus Philippum ordinat gubernatorem regni, donec iunior Antiochus nutriatur, 1.Machab.6.b

Antiochus moritur anno 149. 1.Mach.6.b

Antiochum iuniorem regem facit Lysias, quẽ nutrierat, & Eupatorem cognominat, 1.Mac.6.c

Antiochus pater Numenij legati, 1.Mach.12.c

Antiochum magnum regem Asiæ contriuerunt Romani, 1.Mach.8.b

Antiochus percutitur in templo Nanee, 2.Machab.1.d

Antiochus secundam profectionem parat in Aegyptum, 2.Mach.5.a

Antiochus à templo aufert 1800. talenta, superbissimus, à domino percutitur, 2.Mach.5.d

Antiochi iussu occiditur Andronicus, 2.Mac.4.f

Antiochus famatur mortuus, 2.Mach.5.a

Antiochus Persepolitanum tẽplum spoliare uolens, & urbem opprimere, in fugã uertitur turpem, 2.Mach.9.a

Antiochus urgetur diuino iudicio insanabili plaga percussus, 2.Mach.9.a

Antiochus curru cadens colliditur membris, 2.Mach.9.b

Antiochus uermibus scatet uiuens, & odore fœtido grauat exercitum, 2.Mach.9.b

Antiochi simulata pœnitentia & oratio, 2.Machab.9.b.c

Antiochi epistola Iudæis scripta, dum ad mortẽ urgetur, 2.Mach.9.c

Antiochus homicida & blasphemus miserabili obitu uita defungitur, 2.Mach.9.d

Antiochi epistola ad Lysiam pro Iudæis, 2.Machab.11.e

Antiochi epistola ad Iudæos, 2.Mach.11.f

Antiochus cum Iudæis redit in gratiam, 2.Machab.13.f

Antiochi Eupatoris exercitus contra Iudæos habentem peditum 110000. & equitum 5000. elephantes 22.currus falcatos 300. 2.Macha.13.a

Antiochus missum à Simone auxilium recusans, pacta omnia rupit & concessa reuocauit, 1.Mach.15.e

¶ *Antiochia.*

Antiochiam exijt Antiochus, ut Euphraten transeat anno 147. 1.Mach.3.e

Antiochiam obtinet Tryphon pro Antiocho, 1.Mach.11.f

Antiochiæ Paulus Petro in faciem restitit, quia reprehensibilis erat, Gal.2.c

Antiochiæ, Iconij, Lystris persecutiones sustinui & ex omnibus eripuit me dominus, 2.Tim.3.c

Antiochiæ primum Christus prædicatur Grẽcis, à discipulis Cyprijs & Cyrenæis, Act.11.c

Antiochiæ apposita est multa turba domino, Act.11.d

Antiochiam perduxit Barnabas Paulum à Tharso, Act.11.d

Antiochiæ totum annum conuersati sunt Saulus & Barnabas in ecclesia, Act.11.d

Antiochiæ Saulus & Barnabas docuerunt turbã multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani, Act.11.d

Antiochiam superuenerunt à Ierusalem prophetæ, Act.11.d

Antiochiæ morati sunt Paulus & Barnabas non modicum tempus cum discipulis, Act.14.d

Antiochiam egressus Paulus peruenit in Derben & Lystram, Act.16.a

Antiochiæ erant ,ppheræ & doctores, inter quos Barnabas & Simon qui uocatur Niger, & Lucius Cyreneñ. & Manahem collactaneus Herodis tetrarchæ, & Saulus, Act.13.a

Antiochiam Pisidiæ Paulus & Barnabas uenerunt ex Pergen, Act.13.b

Ab Antiochia Pisidiæ eiecti Paulus & Barnabas, uenerunt Iconium, Act.13.d

Antiochiæ Pisidię uniuersus penè populus uenie bat ad audiendum uerbum dei, Act.13.f

Antiochiã nauigauerunt Paulus et Barnabas ab Attalia, unde in op⁹ dei traditi fuerãt, Act.14.d

Antiochiã eliguntur mittendi cum Paulo & Barnaba Iudas Barsabas & Sylas cum epistola, Actorum 15.d

Ab Antiochia Paulus perambulat ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans discipulos, Act.18.f

¶ *Antiquus.*

Antiquis ex diebus plasmaui illud, & nunc adduxi & factum est in eradicationem, &c̃. Isa.37.e

Antiquo dierũ millia millium ministrabãt, & decies millies centena millia assistebant, Dan.7.c

Antiquus dierum sedit, cum throni sunt positi, uestimentum eius candidum ut nix, capilli ut lana munda, thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus, Dan.7.c

Antiquos terminos ne transgrediaris, quos posuerunt patres tui, Pro.22.d

¶ *Annus.*

Anni significantur per luminaria cœli, Gene.1.c

Annus diuiditur in sementem, messem, frigus, æstum, æstatem, & hyemem, Gene.8.d

Annis septem pro Rachele Iacob seruit, Ge.29.c

Annos ubertatis septem subsecuti sunt septem anni inopiæ, Gen.41.g

Anni ubertatis primi, & uenturæ famis septem prædicuntur à Ioseph, Gen.41.d

Annos uitæ Iacobi rex Aegypti quærit, Ge.47.b

Annorum centum triginta dies peregrinationis meæ parui & mali, &c̃. Gen.47.b

Annis sex seminabis terram & fruges congregabis, anno septimo eam dimittes quiescere, Exodi 23.b

Anni tribus temporibus aparebit masculum omne tuum coram me, Exod.34.c

Annum quinquagesimum sanctificabis, remissionem cunctis proclamabis quia Iubileus est, Leuit.25.b

Annus septimus requietionis est terræ, agrum nõ metes, uineam non putabis, uindemiam non colliges, Leuit.25.a

Anni septimi fructus erunt uobis in cibum, seruo tuo, ancillæ & mercenario, aduenæ & peregrino, iumẽtis & pecoribus cibum præbebunt, Leuit.25.a

Annos septem numerabis hebdomadas, & buccina clanges mense 7. decima die mẽsis, tẽpore propitiationis in tota terra uestra, Leuit.25.b

Annus pro die imputabitur, Num.14.e

Anno primo comede quæ reperis, secundo quæ sponte nascuntur, tertio seminate & metite, plantate uineas, & comedite fructum earum, 4.Reg.19.f

Annorum meorum quæsiui residuum, Isa.38.b

Annos meos omnes recogitabo tibi in amaritudine animæ meæ, Isa.38.c

Annum placabilem ut prædicaret Christus mittitur, & diem ultionis deo nostro, ut consoletur omnes lugentes, Isa.61.a

Annis septem cõpletis dimittat unusquisq; fratrẽ suum Hebræum, qui uenditus est, & seruierit ei 6.annis, & dimittes eum liberum, &c̃. Ier.34.c

Annus 10. Sedechiæ fuit 18.regis Nabuchodonozor, Iere.32.a

Annos iniquitatis Israel numero dierũ 390. dies dedi, ut portes iniqtates domus Israel, Eze.4.b

Annos uobis reddam quos comedit locusta, brũchus, rubigo & eruca, fortitudo mea magna, quam misi in uos, Ioel.2.f

Annorum medio uiuifica opus tuum, in medio annorum notum facies, Abac.3.a

Annorum numerus, de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam, ut complerẽtur desolationis Ierusalem 70.anni, Dan.9.a

Annorum dei, numerus inæstimabilis, Iob 36.d

Anni uitæ tuæ multiplicabuntur, si susceperis uerba sapientiæ, Pro.4.b

Anni breues transeunt, semitam quam non reuertor ambulo, Iob 16.d

Annum benignitatis tuæ coronasti eum, Psalmo 65. 11.

Anno sexto faciet terra fructum cum benedictione dei, ꝑ tribus annis, octauo enim seretis, &c̃. Leuit.25.c

Anni mille ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit, Psal. 90. 4.

Anni eorum erunt ut custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, Psal. 90. 5.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorũ nostrorũ in ipsis 70.annis, &c̃. Psal.90. 9.

Annis quadraginta offensus fui generationi illi, & dixi semper, Hi errant corde, &c̃. Psal.95.10.

Anno septimo dimittẽdi serui et debita, Ne.10.b

Annum domini acceptum & diem retributionis, Luc.4.c

Anni tui non deficient, sed idem ipse es, Heb.1.d

¶Antipas fidelis testis meus occisus in Pergama, ubi satanas habitat, Apoc.2.d

¶Antipater Iasonis filius, legatus Romã, 1.Machab.12.c

¶Antipatridem ductus noctu Paulus, Act.23.g

¶Anulum armillam & baculum petit, ꝑ arrabone Thamar à Iuda, Gen.38.e

Anulus regis datur Iosepho, Gen.41.e

¶ *Annunciare.*

Quis annunciauit ab exordio, ut sciamus, & à principio, ut dicamus, Iustus es, Isa.41.g

Annuncians non est, nec prædicens, nec audiens sermones uestros, Isa.41.g

Annunciabit nobis omnia Christus cum uenerit, Ioan.4.c

Annunciamus uobis, quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, 1.Ioan.1.c
Annunciamus uobis uitã æternã, quæ erat apud patrem & apparuit nobis, 1.Ioan.1.b
Annunciamus uobis quod uidimus & audiuimus, 1.Ioan.1.b ¶*Anus.*
Anus ut matres alloquere, 1.Tim.5.a
Anus parere potest uirtute diuina, Gen.18.b
Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant, Tit.2.a
Anorum similitudines facietis, et dabitis gloriam deo Israel, 1.Reg.6.a
Ani aurei à Palæstinis redditi, p delicto domino, 1.Reg.6.d
Anos aureos quinq; ad numerum 5.prouinciarum remittunt cum arca dei Palæstini, 1.Reg.6.a ¶*Aod.*
Aod filius Gera filij Iemini ambidexter à dño suscitatus liberauit Israel à iugo Eglon, Iud.3.b
Aod gladium ancipitẽ indutus cum capulo subter sagum, obtulit munera regi crasso nimis, & secrete confodit, Iudic.3.c
Aod in Seirath peruenies, buccina insonuit in monte Ephraim, Iudic.3.d
Aod Israelitarum dux Moabitas aggreditur, et ne Iordanem transeant prohibet, decem millia percutit, Iudic.3.d
Aod rege occiso clausis ostijs cœnaculi et sera obfirmatis, per posticum egressus est, Iudic.3.d
Aod filius Balan, filij Iadihel, 1.Par.7.c
Aod mortuo peccauit Israel, & traditus est regi Chanaan, Iabin in Asor, Iudic.4.a
¶Apamea Syria, Iudith.3.d
¶Apames filia Bezacis regis concubina, à dextris sedens, diadema auferebat de capite regis, imponebatq; sibi, palmis cædebat regem, de sinistra manu arridentem uicissim illi, 3.Esd.4.c
¶Apadno inter maria figet tabernaculum suum sup montẽ inclytum et sanctum, &cẽ. Dan.11.g ¶*Apparere.*
Apparet dominus in flamma ignis de medio rubi, qui non comburebatur, Exod.3.a
Apparet arcus in nubib⁹ signum fœderis, Ge.9.c
Apparuit Abraæ in Sichem, Gen.12.b
Apparuit dominus Abraæ, & fœdus confirmat, Gene.17.a
Apparuit deus Abrahæ in cõualle Mambre, Genesis 18.a
Apparuit deus Isaac, & monet ne ingrediatur Aegyptum, Gen.26.a
Apparuit dominus Isaac in Bersabee, Gene.26.e
Apparuit iterum deus Iacobo reuerso de Mesopotamia in Bethel, & nominauit eum secundo Israelem, Gen.35.b
Apparui ego dominus Abraham, Isaac & Iacob in deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis, Exod.6.a
Apparente deo tonitrua audiuntur, fulgura micant, nubes densissima operit montem, clangor buccinæ uehementius perstrepit, ut timeat omnis populus in castris, Exod.19.c
Apparuit gloria domini in nube operiens tabernaculum, Exod.40.d
Apparuit gloria domini super tectum fœderis, ut succurreret sanctis, à multitudine lapidandis, Num.14.b
Apparuit gloria domini in causa Core & seditiosorum, Num.16.c.f
Apparuit dominus ad orationẽ pro aqua in Cades, Num.20.b
Apparuit dominus de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia, Deut.33.a
Apparere cœpit dominus in Silo, quoniã reuelatus fuerat Samuel in Silo, 1.Reg.3.d
Apparuit deus Salomoni noctu, & orationẽ exauditam dixit, 2.Par.7.c
Apparet deus eis q fidẽ habent in illum, Sap.1.a
Apparebitis cum Christo in gloria, cum uita uestra Christus apparuerit, Col.3.a
Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, ut abnegãtes, &cẽ. Ti.2.c
Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, Tit.3.b
¶Appellen probum salutat Paulus, Rom.16.b
¶Appellauit Adam animalia suis nominibus, Gen.2.d ¶*Aperire.*
Aperire dicitur terra os suum, Gen.4.b
Aperit deus oculos ipsi Agar ut puteum uideat, Gen.21.c
Aperienda manus pauperi fratri indigenti, Deuteronom.15.b
Apertio oculorũ promittitur à dæmone, Gen.3.a ¶*Apis.*
Apis breuis in uolatilibus, initium dulcoris habet fructus illius. Eccli 11.a
Vt apes circundederunt me, exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini, quia ultus sum in eos, Psal. 118. 12.
Apum examen in ore leonis intuetur Samson, & fauum mellis, Iudic.14.b
¶Appetitus subdendus est in homine, Gen.4.b
¶Appij ad forum Paulo occurrerunt fratres à Roma, Act.28.d
¶Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri cito, Apoc.1.a
¶Apollyon Græcum nomen angeli abyssi, Apocalyp.9.b ¶*Apollonius.*
Apollonius à Samaria exercitum cogit contra Israel, 1.Mach.3.b
Apollonius occidit à Iuda Machabæo, cuius deinde gladio semper est usus, 1.Mach.3.b

Apollonius odioſus princeps occidit Hieroſolymis ingentem multitudinem, 2.Mach.5.d
Apolloni⁹ Gennæi fili⁹ hoſtis Iudæor⁹, 2.M.12.a
Apollonius dux Cœleſyriæ conſtituitur ab Alexandro, 1.Mach.10.f
Apollonius Tharſææ filius dux Cœleſyriæ & Phœnicis, 2.Mach.3.a
Apollonius Mneſthei filius, 2.Mach.4.c
¶Apolloniã uenit Paul⁹ ab Amphipoli, Act.17.a
¶Apollophanes occiditur, 2.Mach.10.g

¶*Apollo.*

Apollo uolunt eſſe quidã Corinthij, 1.Cor.1.b
Apollo Corinthum ueniet dum uacauerit, ad rogatum Pauli, 1.Corint.16.c
Apollos Iudæus Alexandrinus uir eloquens Epheſum uenit, potens in ſcripturis, Act.18.f
Apollos edoctus uiã domini erat, & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligẽter ea quæ ſunt Ieſu, Act.18.f
Apollos tantum ſciebat baptiſma Ioannis, Actorum 18.f
Apollos fiducialiter agens in ſynagoga, aſſumptus eſt à Priſcilla & Aquila, qui illi uiam domini diligentius expoſuerunt, Act.18.g
Apollos commendatus eſt fratribus in Achaia, Act.18.g
Apollos in Achaia multum contulit his qui crediderant, Act.18.g
Apollos Iudæos uehementer publice reuincebat per ſcripturas Chriſtum eſſe Ieſum, Act.18.g
Apollos Corinthi erat, Act.19.a
¶Aporiamur, hoc eſt laboramus, uel tædio uincimur, aut ſupra modum contriſtamur, ſed non deſtituimur, 2.Cor.4.b
Aporiatus eſt dominus, quia uidit quod non eſt uir qui occurrat, Iſa.59.c
¶Appoſuerit ſi quis ad hæc uerba prophetiæ libri huius apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto, Apoc.22.d
¶Apoſtata homo, uir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia ſeminat, huic extemplo ueniet perditio ſua, ſubito cõteretur, nec habebit ultra medicinam, Prou.6.b

¶*Apoſtolus.*

Apoſtoli prædicabant pœnitentiam, eijciebant multa dæmonia, ungebant oleo multos ęgros, & ſanabantur, Mar.6.b
Apoſtolis de prædicatione reuerſis dicit, ut ſeorſum ueniant in locum deſertum, & requieſcere puſillum, Mar.6.d
Coronæ erunt Helem & Tobiæ, &c. memoriale in templo domini, Zach.6.d
Corona gloriæ dominus erit & sertum exultationis residuo populi sui, spiritus iudicij & fortitudo reuertentium de bello, &c. Isa.28.b
Coronæ assimilabo iudicium meum, 4.Esd.5.d
Coronans coronabit te tribulatione, Isa.22.e
Corona capitis nostri cecidit. Væ nobis quia peccauimus, Thr.5.c
Coronat te deus in misericordia & miserationibus, Psal. 103. 4.
Corona sapientum diuitiæ eorum, Prou.14.c
Coronam de spinis milites plectentes imposuerunt capiti Iesu, Ioan.19.a
Coronam spineam portans Iesus exiuit, & purpureum uestimentum, Ioan.19.a
Coronam incorruptam fideles propositam habent in stadio currentes, 1.Cor.9.d
Coronasti Christum hominem gloria & honore, & constituisti eum super opera manuum tuarum, Hebr.2.b
Coronatum uidemus gloria & honore Iesum propter passionem mortis, Hebr.2.c
Coronã iustitiæ redder mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & ijs

qui diligunt aduentum eius, 2.Tim.4.b
Coronam uitæ accipiet uir tentatione probatus, quam repromisit deus diligentibus se, Iaco.1.b
Coronam uitæ repromisit deus diligentibus se, Iaco.1.b
Coronam tuam nemo accipiat,tene quod habes, Apoc.3.c
Corona accepta eques in albo exit,uincẽs ut uinceret, Apoc.6.a
Corona duodecim stellarum in capite, Apocalyp.12.a

¶*Corpus.*

Corpus tuum posuisti ut terram, & quasi uiam transeuntibus, Isa.51.g
Corpus meum dedi percutientibus, genas uellentibus, Isa.50.b
Corpus anima exutum sepeliendum, Tob.4.a
Corpus quod corrumpitur aggrauat animam,& terrena inhabitatio deprimit sensum,multa cogitantem, Sap.9.d
Corpus ualidum melius est quàm census immensus, Eccl'ci30.c
Super corporis salutis censum, non census melior, Eccl'ci30.c
Corpori uestro ne soliciti sitis quid induamini, Matth.6.d
Corpus totum lucidum erit, si fuerit oculus tuus simplex, Matth.6.c
Corpus plus est quàm uestimentum, Matt.6.d
Corpus qui occidunt nolite timere, animam autem non possunt occidere, Matth.10.c
Corpus ubi fuerit, illuc congregabuntur & aquilæ, Matth.24.c
Corpora multa sanctorum qui dormierant surrexerunt, Matth.27.f
Corpus tuum tenebrosum erit, si fuerit oculus tuus nequam, Luc.11.e
Corpus tuum si totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum,erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te, Luc.11.e
Corpus qui occidunt, ab his ne terreamini, non enim postea habent amplius quid faciant, Lucæ 12.a
Corpus ubicunq; fuerit,illuc congregabuntur & aquilæ, Luc.17.g
Corpus meum hoc est quod pro uobis datur,hoc facite in meam commemorationẽ, Luc.22.b
Corpus domini Iesu non inuenerunt, Luc.24.a
Corpora ut non remanerent sabbatho,Iudæi rogauerunt Pilatum, ut frangerẽtur eorum crura, & tollerentur, Ioan.19.f
Corpus Iesu acceptum ligauerunt illud linteis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire, Ioan.19.g
Corpora sua contumelijs afficiunt in semetipsis, traditi à deo in desideria cordis,qui idola colunt pro deo, Rom.1.c
Corpora uestra exhibeatis hostiam uiuẽtem,sanctam,deo placentem, Rom.12.a
Corpore uno sicut membra multa habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt: ita multi unum corpus sumus in Christo,singuli autem alter alterius membra, Rom.12.b
Corpus non fornicationi sed domino dicatur, dominus corpori sociatus est in Christo, 1.Corinth.6.c
Corpus castigat Paulus, & redigit in seruitutem, ne reprobus efficiatur alijs prædicans, 1.Corinth.9.d
Corpus unum multi sumus, & unus panis omnes,qui de uno pane & de uno calice participamus, 1.Cor.10.d
Corporis & sanguinis domini reus erit qui indigne manducauerit uel biberit calicem domini, 1.Corinth.11.f
Corpora fidelium membra sunt Christi, 1.Corinth.6.c
Corporis domini participatio, est panis quẽ frangimus, 1.Cor.10.d
Corpus domini nõ dijudicãs iudicium sibi manducat & bibit, 1.Cor.11.g
Corpus unum Christus est, habens multa membra, 1.Corinth.12.b
Corpus in unum omnes nos baptizati sumus,in uno spiritu, 1.Cor.12.b
Corporis unius membra multa sunt, & constituunt, 1.Cor.12.b
Corpus deus temperauit, ut ei cui deerat abundantiorem tribuerit honorem, 1.Cor.12.c
Corpus ardens pro Christo sine charitate nihil est, 1.Cor.13.b
Corpus Christi ecclesia est, Ephes.1.d
Corpora nostra membra sunt Christi, 1.Cor.6.d
Corpus domini consecratum est non fornicationi, 1.Cor.6.c
Corpus mortis uocat Paulus suum corpus propter peccatum quod in illo mortem operatur, Rom.7.d
Corporalis exercitatio parum utilis est, 1.Timothei 4.c
Corpus non est unum membrum, sed multa, 1.Corinth.12.b
Corpora quædam cœlestia,quædam terrestria, 1.Corinth.15.f
Corporum cœlestium & terrestrium alia est gloria, 1.Cor.15.f
Corpus Christi fideles sunt & membra de membro, 1.Cor.12.d
Corpus seminatur in corruptione, surget in incorruptione, 1.Cor.15.f
Corpus hominis seminatur in ignobilitate, surget in gloria, 1.Cor.15.f
Corpus animale seminatur, surget corpus spirituale, 1.Cor.15.f (1.Cor.15.f
Corpus seminatur in infirmate, surget in uirtute,

Corpus animale si est, est & corpus spirituale, 1. Corinth. 15.f
Corporis propria quæ gessit quisq; referemus de tribunali Christi, siue bonum siue malum, 2. Corinth. 5.b
Corpore in hoc dum sumus, peregrinamur à domino, 2. Cor. 5.b
Corpus Christi ædificatur per datos à deo apostolos, prophetas, euangelistas, pastores, doctores, Ephes. 4.a
Corpus & spiritus unus estis in una spe uocationis, Ephes. 4.a
Corporis augmentum facit in ædificationem sui in charitate, Ephes. 4.d
Corporis Christi & ecclesiæ membra sumus, de carne eius & de ossibus eius, Ephes. 5.g
Corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum gaudens & uidens ordinem uestrum, & firmamentum eius quæ in Christo est fidei uestræ, Colos. 2.a
Corpus ex capite p nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum dei, Col. 2. d
Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, 1. Tim. 4.b
Corpora quorũ sanguis per pontificem infertur in sancta, ista extra castra cremantur, Heb. 13.b
Corpore suo super lignum ptulit peccata nostra, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati estis, 1. Pet. 2. d
Corpus sine spiritu ut mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est, Iaco. 2.d
Corpus totum freno circumducere potest, q uerbo non offendit & perfectus est uir, Iaco. 3. a
Corpora testium iacebunt in Sodoma & Aegypto, ubi dominus eorum est crucifixus, Ap. 11.b
Corpora uidebuntur per tres dies & dimidium non finentur poni in monumentis, gaudebunt habitantes terram super eis, quia cruciauerunt illi istos, Apoc. 11.b

¶ *Core.*

Core filius Isaar, Exod. 6.c
Core filij Aser, Elcana, Abiasaph, Exod. 6.d
Core filius Oolibama ex Esau, Gene. 36.b
Core filius Isaar filij Caath, filij Leui, Num. 16.a 1. Para. 6.c
Core, Dathan, Abiron & Hon cum 250. proceribus Israel surrexerunt contra Mosen, Nu. 16.a
Coritæ Leuitæ sacerdotium quoq; sibi uendicare præsumebãt, & omnis globus eorum stetit contra dominum, Num. 16.b
A Core tabernaculo & Dathan, &c. separari iubentur omnes Israelitæ, Num. 16. c
Core cum complicibus statuuntur coram domino, & Aaron separatim, Num. 16.c
Coritarum & seditiosorum sacrificia deus ne respicias, Num. 16.c
Core pereunte filij sui non perierunt grandi miraculo, Num. 26.b
Coritarum familia à Core, Num. 26.g
Core filius Hebron, 1. Para. 2. f
Core filius Aminadab pater Asir, 1. Par. 6.b
Coritæ custodes uestibulorum tabernaculi, 1. Paralip. 9. d
Core socij in contradictione perierunt, Iudæa
Core filius Iemna Leuites, & ianitor portæ orientis, præpositus sponte oblatis, primitijsq; & consecratis in sancta sanctorum, 3. Par. 31. c
¶ Choros ducunt filiæ Silo, & rapiuntur à Beniamitis, Iud. 21. d
Chorus & processio secunda ex aduerso ibat iuxta turrim furnorum, &c. Neem. 12. c
¶ Chorræi in montibus percutiuntur, Gen. 14. a
¶ Corrigiam Christi non sum dignus procumbens soluere, Mar. 1. a
Corrigiam caligæ recusat Abram de rapina, Genesis 14. d

¶ *Corrigere.*

Correctio plus proficit apud prudentem q̃ centum plagæ apud stultum, Prou. 17. b
Corrigere nemo potest illum quem deus despexerit, Eccl'es 7. b
Correcti qui non sunt ludibrijs increpationis dignum dei iudicium sunt experti, Sap. 12. d
Corrigas in Creta ea quæ desunt, Tit. 1. b
Correctio mẽdax in ira cõtumelioſi, Eccl'ci 19. d

¶ *Corripere.*

Corripe me domine, ueruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me, Ierem. 10. d
Qui corripitur à deo beatus est, increpationem ergo domini ne reprobes, Iob 5. c
Corripit dominus quem diligit, & quasi pater in filio sibi complacet, Prou. 3. b
Correptio manifesta melior est quàm amor absconditus, Prou. 27. a
Corripiens hominem gratiam postea inueniet apud eum magis quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit, Prou. 28. d
Corripientem dura ceruice contemnenti repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur, Prou. 29. a
Corripi à sapiente melius est, quàm stultorũ adulatione decipi, Eccl'es 7. a
Correptio dei potens est, hominem secundum opera sua iudicat, Eccl'ci 16. b
Correptionem odiens minuetur uita, Eccl'ci 19. a
Correptio mẽdax in ira cõtumelioſi, Eccl'ci 19. d
Corripe proximum anteq̃ cõmineris, Eccl'ci 19. c
Corripe amicum ne forte non intellexerit, & dicat: Non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere, Eccl'ci 19. b
Corripe proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte itereat, Eccl'ci 19. c
Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, non omni uerbo credas, Eccl'ci 19. c

Correptionem odiens uestigium est peccatoris, Eccl'ci 21. a

Corripuisti hominem propter iniquitatem, Psal mo 39. 11.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, Psal. 141. 5.

Corripiunt nos patrum figuratiue ultiones diuinæ, in quos fines sæculorū deuenerunt, 1. Corinth. 10. c

Corripimur à domino dum iudicamur, 1. C. 11. g

Corripimus omnem hominē & docemus in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, Col. 1. d

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, 1. Thes. 5. c

(Mach. 15. d

¶Cortinam scribunt Romani pro Iudæis, 1.

Cortinæ decem cum suis ansis quomodo ab artificibus factæ ad tabernaculum, Exod. 36. a. b

¶*Coruus.*

Coruus egreditur & reuertitur, Gene. 8. b

Coruus primo emittitur ex arca, Gene. 8. b

Coruo deus præparat escam suam, dum pulli damant ad deum, uagātes, eo quod non habeant cibos, Iob 39. a

Corui deferebant panem & carnes mane, & similiter uesperi Eliæ, & de torrente bibebat, 3. Regum 17. a

Coruos considerate, non seminant, non metunt, non cellarium nec horreum eis, & deus pascit illos, Luc. 12. c

Coruis uos pluris estis, Luc. 12. c

Coruorum pullis dat escam inuocantibus eum deus, Psal. 147. 9.

Coruini generis auis immunda est, Deut. 14. b

Coruini generis omnes aues immundæ, Le. 11. c

¶*Corrumpere.*

Corruptio incorruptelam non possidebit, 1. Corinth. 15. g

Corrumpunt mores bonos colloquia mala, 1. Corinth. 15. d

Corrupta terra coram deo, Gene. 6. b

Corruperat omnis caro uiam suam, Gen. 6. b

Corruptibile hoc oportet induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, 1. Cor. 15. g

Corrumpuntur impij in his quæ naturaliter norunt tanquam muta animalia, Iudæ b

¶Corum faciunt decem bati, Ezech. 45. e

¶Corozaim uæ tibi, Matth. 11. c

Corozaim uę tibi, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent, Luc. 10. b

¶Cos pater Anob Soboba, à quo cognationes Ahareel filij Arum, 1. Par. 4. b

¶Cosam pater Addi filius Elmadan, Luc. 3. f

¶Costa Adæ eripitur unde deus facit mulierem, Gene. 2. d

¶*Coturnix.*

Coturnix ascendens uesperi castra operuit, Exodi 16. c

Coturnices delatæ per uentum à domino transmare, & demissæ in castra, itinere unius diei ex omni parte castrorum, Num. 11. g

Coturnices uolabant in aëre duobus cubitis altitudine super terram, Num. 11. g

Coturnices congregate à populo toto die, & die altero qui parum decem coros, & siccate per castra in gyro, Num. 11. g

Coturnix uenit ad petitionem Israelis, Psalmo 105. 40.

Coturnix uobis in signo fuit, castra ad tutelam, 4. Esd. 1. b

¶Cozbi filia Sur ducis Madian occisa à Phinees, Num. 25. d

¶*Crabrones.*

Crabrones emittam prius, qui fugabunt gentes antequam introeas earum terram, Exod. 23. f

Crabrones mittet dominus cōtra hostes fidelium, donec eos deleat, Deut. 7. d

Crabrones misit deus in Chananæos ante faciem Israelis, & eos eiecit de locis suis, Ios. 24. c

¶Crapulæ gratia multi perierunt, qui autem abstinens est, adijciet uitam, Eccl'ci 37. d

¶*Crastina.*

Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per uiam maris rubri, Num. 14. d

In crastinum nolite esse soliciti, crastina dies solicitus erit sibijpsi, Matth. 6. d

Crastinum opus nō est in nostro arbitrio, sed dei, Iaco. 4. c

Crastino quid erit ignoras, Iaco. 4. c

¶Craticulam facies, retis in modum æneam, quatuor angulis æneis subter arulam ad medium altaris, Exod. 27. a

Craticulæ oblationes quomodo offerendæ, Leuit. 2. b

¶Crearpatros filij redeuntes, qui & Enocadies & Modiæ 423. 3. Esd. 5. a

¶*Creatio.*

Creatio cœli & terræ à deo, Gene. 1. a

Creauit deus hominem ad imaginē suā, Gen. 1. d

Creare & facere capitur pro eodem, Gen. 1. d

Creauit altissimus cœlum & terram, Gene. 14. d

Creauit deus iumenta, aues, pisces, reptilia, solem, lunam, astra in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo, ideo prohibuit adorari & coli ea à gentibus, Deut. 4. c

Creauit omnia simul qui uiuit in æternum, Ecclesiastici 18. a

Creo ego in quibus uos gaudebitis, & exultabitis usq; in sempiternum, Isa. 65. c

Creaui in gloriam meam omnē qui inuocat nomen meum, formaui eum & feci eum, Isa. 43. a

Creauit deus ut essent omnia, Sap. 1. d

Creauit deus omnia p Iesum Christum, Eph.3.b
Creasti tu omnia, & propter uoluntatem tuam erant, & creata sunt, Apoc.4.d
Creatoris tui memento in diebus iuuentutis tuę, antequam ueniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, nō mihi placent, Eccles 12.a
Creator oīm rerum poterat cognoscibiliter uideri à magnitudine speciei & creaturæ, Sap.13.a
Creator & fabricator oīm deus est, Christus autē fabricator domus perfectior Mose, Heb.3.a
Creaturæ dei in odium factæ sunt, & in tentationem animis hominum, & in muscipulam pedibus insipientium, Sap.14.b
Creatura factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, Sap.16.d
Creatura lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt, Sap.16.d
Creaturæ seruierunt immundi gentiles & idolatræ potius quàm creatori, Rom.1.c
Creaturæ expectatio reuelationem filiorum dei expectat, Rom.8.d
Creatura uanitati subiecta est nō uolens, sed propter eum qui subiecit eā in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei, Rom.8.d
Creatura omnis ingemiscit, & parturit, usq; adhuc, Rom.8.d
Creatura noua ualet, non circuncisio uel præputium in Christo Iesu, Gal.6.d
Creatura noua in Christo fit, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, 2.Cor.5.d
Creatura dei omnis bona est, 1.Tim.4.b
Creatura nulla est inuisibilis in conspectu dei, cuius oculis oīa nuda sunt & aperta, Heb.4.c
Creata sunt omnia per ipsum & in ipso filio dei, Colos.1.c

¶*Credere.*

Credidit Abram deo, & reputatum est illi ad iustitiam, Gen.15.b Rom.4.a
Credite domino deo uestro, & securi eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera, 2.Para.20.e
Si non crediderit non permanebitis, Isa.7.b
Qui crediderit non festinet, Isa.28.d
Crede deo & recuperabit te, dirige uiam tuam, & spera in illum, Eccl'ci 2.a
Qui non credunt deo non protegentur ab eo, Ecclesiastici 2.c
Crediderunt Israelitæ uerbis dei, laudauerunt laudem eius, Psal. 106. 12.
Credidi propter quod locutus sum, ego autē humiliatus sum nimis, Psal. 116. 10.
Credite quia accipietis quæcunq; orantes petitis, & euenient uobis, Marc.11.c
Qui non crediderit condemnabitur, Marc.16.d
Quæ credidisti beata es, quoniam perficientur in te ea quæ dicta sunt tibi à domino, Luc.1.e

Non credetis si uobis dixero, si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis, Luc.22.g
Qui credit in filium habet uitam æternam, Ioannis 3.d
Credis Nathanael, quia dixi, Vidi te sub fico, maius his uidebis, Ioan.1.g
Crediderunt multi in nomine eius cum esset Hierosolymis in paschatis die festo, Ioan.2.d
Credens in me non sitiet in æternum, Ioan. 6.d
Credere in eum quem misit ille, est manducare panem de cœlo, Ioan.6.d
Credimus iam non propter loquelam tuam, ipsi enim audiuimus & scimus quia hic est uere saluator mundi, Ioan.4.f
Credidit homo sermoni quem dixit Iesus, Vade filius tuus uiuit, & sanatus est eadem hora à febri, Ioan.4.g
Credidit Regulus & domus eius tota, Ioan.4.g
Credere uos non potestis, qui gloriam ab inuicē accipitis, &c̄. Ioan.5.g
Credere in eum quem pater misit est opus dei, Ioan.6.d
Credit nunquid ex principibus aliquis in Iesum, aut ex pharisæis? Ioan.7.g
Credere mihi nolite, si nō facio opera patris mei, Ioan.10.g
Credidi utiq; dñe, quia tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti, Ioan.11.d
Credere propterea non poterāt, quia Isaias dixit, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos, Ioan.12.f
Quis credidit dñe auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Ioan.12.f
Creditis nōdum, quia ego in patre & pater in me est? Ioan.14.b
Credite alioquin propter ipsa opera, Ioan.14.b
Credens in me opera quę ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, Ioan.14.b
Creditis in deum, & in me credite, Ioan.14.a
Creditis modo? sed dispergemini unusquisq; uestrum in propria, & me solum relinquetis, Ioannis 16.d
Crediderunt multi eorum, qui uerbum audierāt, & factus est numerus uirorum quasi quinque millia, Act.4.a
Credo filium dei esse Iesum Christum, ait eunuchus baptizandus, Act.8.g
Si credis ex toto corde baptizari licet, Act.8.g
Credidit Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo in Iconio, prædicanti Paulo & Barnabæ, Act.14.a
Crede in dominum Iesum & saluus eris tu & domus tua, Act.16.f
Credebant Iudæorum quidam Paulo differentē ex scripturis de regno dei & Christo, quidam non credebant, Act.28.f

Credere nõ possunt quẽ nõ audierunt, Ro. 10.c
Credimus Christo secundum operationẽ potentiæ, uirtutis dei, quam operatus est in Christo, Ephes.1.d
Credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo, 1.Thes.4.c
Credere oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit, Hebr.11.b
Credere nolite omni spiritui, sed probate spiritus si ex deo sint, 1.Ioan.4.a
Credere in nomine filij eius, est mandatum dei, utq; diligamus alterutrum, 1.Ioan.3.d
Credens in dominum misericordiã diligit, Prouerb.14.c
Credẽs cito leuis corde minorabitur, Eccl'ci 19.a
Credens deo attendit mandatis, & qui confidit in illo, non minorabitur, Eccl'ci 32.d
Credens quoniam Iesus est Christus ex deo natus est, 1.Ioan.5.a
Credens in filium dei non iudicatur, Ioan.3.b
Qui non credit iam iudicatus est, Ioan.3.b
Credens ei qui me misit, & audiens uerbum meum habet uitam æternam, Ioan.5.d
Credens in me habet uitam æternam, Ioan.6.f
Credens in me de uẽtre eius fluent flumina aquæ uiuæ, Ioan.7.f
Credens in me etiam mortuus si fuerit, uiuet, Ioannis 11.c
Credens in me, non credit in me, sed in eum qui me misit, Ioan.12.g
Credens in eum non cõfundetur, in petrã scilicet scandali & lapidem offensionis, Rom.9.g
Credẽs in illum omnis nõ cõfundetur, Ro. 10.b
Credẽs in Christum omnis iustificatur, Act.13.f
Credens in filium dei habet testimonium dei in se, 1.Ioan.5.c
Credendum deo & obediendum de nondum uisis, Gene.12.a
Credentium dux est & misericors pater deus, Exodi 15.c
Credulus nimium uir coniugi cõtra Ioseph, Genesis 39.d
Credentes in Christum exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, 1.Pet.1.b
Credentibus uobis honor, non credentibus autẽ lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt in uerbo, nec credunt in quo positi sunt, 1.Pet.2.a.b
Credentes in deum & inuocantes in prælio exaudit dominus Rubenitas, Gadditas contra Agarenos, 1.Par.5.c
Credentes in oratione petita quæcunq; accipietis, Matth.21.c
Credenti sunt omnia possibilia, Marc.9.d
Credo dñe, adiuua incredulitatẽ meam, Mar.9.d
Credentes signa hæc sequentur, dæmonia eijciẽt, linguis loquentur, serpẽtes tollent, mortiferum bibent sani, ægros sanabunt, Mar.16.d
Credentes in nomine Christi facit filios dei, Ioannis 1.b
Non credentes multi sunt ex uobis, Ioan.6.g
Credentes qui essent Iesus sciebat ab initio, Ibid.
Credentes si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, Ioan.8.d
Credentes Iesum esse Christum filium dei uitam habent in nomine eius, Ioan.20.g
Credentes omnes erant pariter, & habebant omnia communia, Act.2.g
Credentium multitudinis erat cor unum & anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, Act.4.f.g
Credentes in Christum populus magnificabat, et nemo se audebat illis coniungere, Act.5.c
Credentium in domino multitudo magis augebatur uirorum & mulierum, Act.5.c
Credentium multus numerus conuersus est ad dominum, Act.11.c
Credentium multi ueniebant & confitebantur actus suos, Act.19.d
Credẽtes in nomine Iesu remissionem accipiunt per nomen eius, Act.10.g
Crediderunt uerbo dei gentes quotquot erãt præordinati ad uitam æternam, Act.13.d
Credẽtibus dei uirtus est uerbum crucis, 1.Co 1.c
Credentes saluos facit deus, stultitia prædicationis, 1.Cor.1.c
Credentibus & diligentibus deum præparauit ipse quæ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, 1.Cor.2.c
Credentibus ex Iudæis & gentibus Christus est dei uirtus & dei sapientia, 1.Cor.1.d
Credentes in Christo signati estis spiritu promissionis sancto, Ephes.1.c
In credentibus uobis operatur uerbum dei & deus ipse, 1.Thes.2.c
Credentes deo curent bonis operibus præesse, Tit.3.c
Ad credendum ô stulti & tardi corde in omnibus quæ locuti sunt prophetæ, Luc.24.d
Credendum Abraham docet Mosi & prophetis, Luc.16.g
Credere nolens Mosi & prophetis etiam non credet si quis resurgat ex mortuis, Luc.16.g
Credẽdum Mosi ut Christo credamus, Ioan.5.g
Credendum uerbis dei in fallibilibus, Act.27.e
Creditor meus quis est cui uos filios Israel uendidi? Isa.50.a

¶ Crescere.

Crescere iubentur animalia omnia, Gene.1.c
Crescere & multiplicari deus uult homines & animalia post diluuium, Gene.8.c
Crescere in scientia dei cupiunt sancti, Col.1.b
¶ Crescens abijt in Galatiam, 2.Tim.4.b

¶ *Creta.*

Cretæ te reliqui, ut ea quę desunt corrigas, Tit.1.b
Cretensis quidam propheta dixit, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri, Titi.1.c
Cretes Hierosolymis erant, Act.2.b
Cretæ iuxta Salmonẽ adnauigauimus à Cnido, Act.27.b
¶ Criminator non eris nec susurro in populo, Leuit.19.d
Crimina propria peccatores adscribunt domini uoluntati, Gene.3.b

¶ *Crinis.*

Crines capitis licio plexas, et clauo circumligatas, terræq; infixas Samson eripit, Iudic.16.c
Crines septem raduntur Samsonis à tonsore, Iudicum 16.e
Crinem fœminarum luxuriosarum nudabit dominus, Isa.3.c
¶ Crystallum suam mittit sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Psal.147.17
Crystallus gelauit ab aqua, dum frigidus flauit Aquilo uentus, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis, Eccl'ci 43.c
¶ Chrysolitus fundamentum septimum Ierusalem, Apoc.21.f
Chrysolitus, onichinus, berillus, Exod.28.c Ezechielis 28.c
¶ Chrysopassus fundamentum decimum Ierusalem, Apoc.21.f
¶ Crispum & Caium baptizauit Paulus Corinthi, 1.Cor.1.c
Crispus archisynagogus credidit domino, cum omni domo sua, Act.18.c

¶ *Christus.*

Christus lignum uitæ, edentes facit uiuere in æternum, Gene.3.d
Christus contriuit caput serpentis antiquæ, Genesis 3.c
Christi calcaneo insidiatus est dæmon, Gen.3.c
Christus de semine Abraæ benedictio mundi, Gene.12.a (Gen. 26.a
Christus benedictio gentium promittitur Isaac,
Christus Iacobo ꝓmittitur benedictio gentium, Gene.28.c (nesis 49.b
Christus expectatio gentium ex tribu Iuda, Ge-
Christum eum uidebo, sed non modo: intuebor, sed non prope, &c̃. Num.24.c
Christi sui dominus cornu sublimabit, 1.Re.2.b
Christo domini non manus est inferenda uiolenter, 1.Reg.24.a
Christus domini, id est rex, etiam malus sustinendus, donec uel ueniat dies mortis uel prælio pereat, 1.Reg.24.b
Christi domini causa tanta deus Dauidi cõtulit & promisit, qui famulus dei dicitur secundum cor dei, 1.Par.17.c
Christos meos nolite tangere, 1.Par.16.c
Christus clamat, Deus meus deus meus, quare me dereliquisti? longe à salute mea uerba rugitus mei, Psal.22.1.
Christum circundederunt uituli multi, tauri pingues obsederunt me, Psal.22.12.
Super Christum aperuerunt os suum sicut leo rugiens & rapiens, Psal.22.13.
Christus sicut aqua, ait, effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea, Psal.22.14.
Christi aruit tanq̃ testa uirtus, lingua adhæsit faucibus, & in puluerẽ mortis deducitur, Ps.22.15.
Christum circundederunt canes multi, concilium malignantium obsedit me, Psal.22.16.
Christi foderunt manus & pedes, dinumerauerunt omnia ossa, ipsi uero considerauerunt & inspexerunt, Psal.22.16.17.
Christi diuiserunt uestimenta, & super uestem mi serunt sortem, Psalm.22.18.
Christum deriserunt omnes uidentes, locuti sunt labijs, & mouerunt caput, Psal.22.7.
Christus uermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, Psal.22.6.
Christo dicunt, Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum quoniã uult eum, Psal.22.8
Christus speciosus præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum, Psal.45.2.
Christe accingere gladio tuo super fœmur potentissime, specie tua & pulchritudine tua, Ps.45.3.
Christe intende prospere, procede & regna, ꝓpter ueritatis uerbum & mansuetudinem & iustitiã, deducet te mirabiliter dextera tua, Psal.45.4.
Christi sagittæ acutæ sunt, populi sub eum cadẽt, in corda inimicorum regis, Psal.45.5.
Christus dilexisti iustitiam, odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis, Psal.45.7.
Christe, filiæ tuæ in honore tuo, astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, &c̃. Psal.45.9.
Christi tui in faciem respice, protector noster, &c̃. Psal.84.9.
Christi tui commutationem exprobrauerunt inimici tui domine, Psal.89.51.
Christum tuum distulisti, repulisti & despexisti, Psal.89.38.
Christum magnificabunt omnes gentes, benedicentur in ipso omnes tribus terræ, Psal.72.17.
Christus iuuenis in medio pioꝝ, statura celsus, eminentior oĩbus illis, singulis eoꝝ capitibus imponebat coronas, & magis exaltabat, 4.Es.2.d
Christi fideles hi sunt, q̃ mortalẽ tunicã deposuerunt, immortalẽ sumpserunt, cõfessi sunt nomẽ dei, modo coronant & accipiunt palmas, Ibid.
Christus iuuenis, qui coronas imponit, ipse est filius dei, quem in sæculo confessi sunt, ego autẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine domini steterunt, 4.Esd.2.d

Christus iudicabit gentes, & arguet populos multos, Isa.2.a

Christi imperium multiplicabitur, & pacis non erit finis, Isa.9.b

Christus natus & datus, principatum habet in humero eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, &c. Isa.9.b

Christus super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia amodo, &c. Isa.9.b

Christus de radice Iesse ascendet, super quē requiescet spiritus dñi, spiritus sapientię & intellectus, cōsilij & fortitudinis, sciētię et bonitatis, Isa.11.a

Christum replebit spiritus timoris dñi, Isa.11.a

Christus rex nō secundum uisionē oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, Isa.11.a

Christus rex iudicabit in iustitia paupes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, Isa.11.a

Christus percutiet terram uerbo oris sui, & spiritu labiorū suorum interficiet impium, Isa.11.a

Christi dñi linguā, uerba, aures, obediētiā, corpus, genas, faciem, describit Isaias, Isa.50.b.c

In Christum te posui uerba mea, & in umbra manus meæ, protexi te, ut plantes cœlos, fundes terram, dicas ad Sion, Populus meus es tu, Isa.51.e

Christus seruus meus ecce intelliget, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde, Isa.52.d

Sup te Christum sicut obstupuerunt multi, sic inglorius erit inter uos aspectus eius, & forma eius inter filios hominum, Isa.52.d

Christus iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus nō est narratum de eo, uiderunt, & qui non audierunt contemplati sunt, Isa.52.d

Christus ascendet coram eo, sicut uirgultum, & sicut radix de terra sitienti, non est species ei neq; decor, Isa.53.a

Christum uidimus, & non erat aspectus, & desideruimus eum, Isa.53.a

Christum uidimus despectum, & nouissimum uirorū, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus, unde nec reputauimus eum, Isa.53.a

Christus ipse uere tulit languores nostros, & dolores nostros ipse portauit, Isa.53.a

Christum reputauimus quasi leprosum, percussum à deo & humiliatum, Isa.53.b

Christus uulneratus est propter iniqtates nostras, attritus est propter scelera nostra, Isa.53.b

Christus disciplinā portauit pacis nostræ, & salutis, & liuore eius sanati sumus, Isa.53.b

Christo imposuit dñs iniquitatem omnium nostrum, qui oēs ut oues errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit, Isa.53.b

Christus oblatus est quia ipse uoluit, non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionē ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum, Isa.53.b (Isa.53.c

Christus de angustia & de iudicio sublatus est,

Christi generationem quis enarrabit? Isa.53.c

Christus abscissus est de terra uiuentium propter scelus populi mei percussi eum, Isa.53.c

Christus dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua, Isa.53.c

Christus iniquitatem non fecit, neq; dolus fuit in ore eius, Isa.53.c (te, Isa.53.c

Christum dominus uoluit conterere in infirmita

Christus quia posuit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur, Isa.53.c

Christi anima pro eo quod laborauit uidebit & saturabitur, Isa.53.d

Christus in scientia sua iustificabit, ipse iustus seruus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit, Isa.53.d

Christo dispartiam plurimos, & fortium diuidet spolia, Isa.53.d

Christus tradidit in mortem animā suam, & cum sceleratis reputatus est, Isa.53.d

Christus ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit, Isa.53.d

Christum Dauidem testem dedi ducem & præceptorem gentibus, Isa.55.b

Christus ego qui loquor iustitiam, propugnator sum ad saluandum, Isa.63.a

Christe quare rubrum est indumentum tuum, & uestimēta tua sicut calcantium in torculari? Torcular inquit calcaui solus, & de gentibus nō est uir mecum, Isa.63.a

Christus formosus in stola sua, uenit de Edō, tinctis uestibus de Bosra, gradiens in multitudine fortitudinis suæ, Isa.63.a

Ad Christum ducem ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Ierusalem, hebdomades septem, & hebdomades 62. erunt, Dan.9.f

Christus rex Ierusalem loquetur pacem gētibus, potestas eius à mari usq; ad mare, à fluminibus usq; ad fines terræ, Zach.9.c

Christus tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos, de lacu in quo nō est aqua, Ibi.

Christus occidetur post hebdomadas 62. & non erit eius populus q eum negaturus est, Dan.9.g

Christus dominus spiritus oris nostri, captus est in peccatis nostris, cui diximus, In umbra tua uiuemus in gentibus, Thr.4.d

Ad Christum caput unum coniunctio fiet utriusq; populi, Os.1.d

Christus dux Israel de Bethlehē, dabit eos usq; ad tempus, in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel, Mic.5.a

Christus dux Israel stabit & pascet in fortitudine domini, in sublimitate nominis domini dei sui, et conuertentur, quia nunc magnificabitur usq; ad terminos terræ, Mich.5.a

Christus erit iste pax, Assyrius cum uenerit in terram nostram, quãdo calcauerit in domibus nostris, Mich.5.b
Christi generatio sic erat, Matth.1.c
Christus ubi nasceretur sciscita Herodes à sacerdotum principibus, & scribis populi, Mat.2.a
Christus nasciturus in Bethlehem Iudæ, Mat.2.a
Christus non cõtendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius, Matth.12.b
Christi prædicatio non recipitur à suis, Mat.13.g
Christo dormiente nauicula fluctibus operitur, Matth.8.c
Christus nónne fabri filius, nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, Simon & Iudas, & sorores eius Iacobus & Ioseph, Simon & Iudas, & sorores eius nónne omnes apud nos sunt? Matth.13.g
Christus tu es filius dei uiui? Matth.16.c
Christum suscipit qui paruulum unum talem susceperit in meo nomine, Matth.18.a
Christus ego sum, multi dicent, Matth.24.a
De Christo quid uobis uidetur, cuius filius est? Matth.22.d
Christus hic est, si quis dixerit aut illic, nolite credere, Matth.24.b
Christum in penetralibus esse nolite credere, Matthæi 24.b
Ad Christum in deserto nolite exire, Matth.24.b
Christum discipuli uidentes adorauerunt quidã, quidam autem dubitauerunt, Matth.28.d
Christus cum fidelibus est omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi, Matth.28.d
Christus ascendens de aqua, uidit cœlos apertos, & spiritum sanctum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso, Marc.1.a
Christi uentilabrum in manu sua, permundabit suam aream, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili, Matth.3.c
Christum dicunt Ioannem Baptistam uel Eliam uel unum de prophetis, Mar.8.c
Christus ambulans supra mare uenit ad laborantes in remigando, Marc.6.f
Christum si quis dixerit hic esse uel illic, ne credideritis, Marc.13.c
Christum seperatim interrogabant, Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas, quando hæc fient, Marc.13.a
Christum quærebant, ut dolo tenerent & occiderent, Marc.14.a
Christus tu es filius dei benedicti? Mar.14.f
Christi uerba admirabantur turbæ, Matth.7.d
Christus in atrio prætorij conuocata cohorte, purpura indutus, spinea corona, capiteq; pcussus arundine, et salutatus, Aue rex Iudęorũ, Mar.15.b
Christum illusum, exutum purpura, suis indutum uestimentis, educunt ut crucifigerẽt, Ibidẽ.
Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus, Mar.15.c

Christus dominus natus est hodie uobis saluator in ciuitate Dauid, Luc.2.d
Christus baptizabit in spiritu sancto & igne, Lucæ 3.d
Christi uentilabrum in manu, & purgabit aream suã, & cõgregabit triticum in horreum, Lu.3.d
In Christum erant omnium oculi intenti in synagoga, Luc.4.d
Christus multos ipsa hora curauit à languoribus suis, & plagis, spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum, Luc.7.c
Christum dicent, Ecce hic, & ecce illic, tunc nolite ire, neq; sectemini, Luc.17.e
Christum q̃modo dicunt esse filium Dauid, cum ipse Dauid dicit in lib. Psal. Dixit dñs domino meo, sede à dextris meis? Luc.20.g
Christi nomine multi uenient, dicẽtes, Ego sum, & tempus appropinquauit, nolite ire post eos, uidete ne seducamini, Luc.21.b
Christi discipulis inijcient manus ante hæc oĩa, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges, &c̃. Luc.21.c
Christum regem se esse dixit, Luc.23.a
Christum oportebat pati, & resurgere à mortuis tertia die, Luc.24.g
Christus lux & uerbum in propria uenit, & suĩ eum non receperunt, quotquot autem receperunt, &c̃. Ioan.1.b
Christus si tu es, dic nobis, Luc.22.g
Christum nónne hæc oportuit pati, & ita intrare in suam gloriam? Luc.24.d
Christus non sum ego, testatur Iudæis Ioannes, Ioan.1.c
Christus est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus ut soluã eius corrigiam calceamenti, Ioan.1.d
Christus si tu non es, quid ergo baptizas? Ibidẽ.
Christus est de quo ego dixi, post me uenit uir, q ante me factus est, quia prior me erat, & ego ne sciebam eum, Ioan.1.d
Christus est qui baptizat in spiritu sancto, & ego uidi & testimonium perhibui quia hic est filius dei, Ioan.1.e
Christus ubi maneret uiderunt discipuli Ioannis, & mãserunt apud eum, quia hora decima erat, Ioan.1.e
Christum ambulantem uidens Ioannes, dicit: Ecce agnus dei, Ioan.1.e
Christus nunquid est qui mihi dixit quæcunq; feci, Ioan.4.d
Christus filius dei, uerba uitæ æternæ habes, Ioannis 6.g
Christus quia hic est, nunquid uere principes cognouerunt? Ioan.7.d
Christus cum uenerit nemo scit unde sit, hunc autem scimus unde sit, Ioan.7.d
Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? Ioan.7.e

Christus erit de castello Bethlehem unde erat David, Ioan.7.f

Christus hic est, quidam dicebant, Ioan.7.f

Christus nunquid uenit à Galilæa? Ioan.7.f

Christus si tu es, dic nobis palàm, quousq; animã nostram tollis? Ioan.10.e

Christus filius dei uiui tu es, qui in hunc mundum uenisti, Ioan.11.d

Christus manet in æternum, id quod ex lege audiuimus, Ioan.12.e

Christus à deo exiuit, & ad deum uadit, Ioã.13.a

Christum suum deus prænunciauit pati per os omnium prophetarum, & impleuit sic, Act.3.c

Christus non sine iureiurando factus est sponsor testamenti melioris, Hebr.7.d

Christi iusti cuius aduentum prophetæ prænunciabant, uos nunc proditores & homicidæ fuistis, Act.7.g

Christo omnes prophetæ testimonium perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum, Act.10.g

Christum de ligno deponentes posuerunt in monumento, ut omnia de eo prophetata complerentur, Act.13.d

Christum deus suscitauit tertia die à mortuis, uisusq; est per dies multos, his qui simul ascenderant à Galilæa in Ierusalem, qui usq; nunc sunt testes eius ad plebem, Act.13.e

In Christum qui credit iustificatur, Act.13.f

Christus quem deus suscitauit à mortuis, non uidit corruptionem, Act.13.f

Per Christum uobis remissio peccatorum annunciatur, & ab omnibus quibus non potuistis in lege Mosis iustificari, Act.13.f

Christianis onera legis imponenda non sunt, nisi hæc pauca necessaria, Act.15.e

Christum oportuit pati & resurgere à mortuis, et hic est Iesus quẽ ego annuncio uobis, Act.17.a

Christum passibilem Paulus prędicat, & primum ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus populo & gentibus, Act.26.f

Christum Iesum dominium, & regnum dei prædicat Paulus Romę, cum omni fiducia biennio sine prohibitione, Act.28.g

Christus prædestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, Rom.1.a

Christum proposuit deus propitiatorem per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, Rom.3.d

Christus traditus est, ppter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã, Rom.4.d

Christus mortuus est pro impijs, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, Rom.5.a

Christo accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur in spe gloriç filiorum dei, Rom.5.a

Christus quod mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit deo, Rom.6.b

Christus Iesus qui mortuus est, imò & qui resurrexit, qui & est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis, num is condemnabit? Ro.8.f

Christus si in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit, ppter iustificationem, Rom.8.b

Christi mysterium secundum reuelationem temporibus æternis tacitum, Rom.16.d

Christi mysterium nunc patefactum per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni dei, ad obedientiam fidei, Rom.16.d

Christi mysterium dudum tacitum, nunc in cunctis gentibus cognitum, Rom.16.d

Christus in hoc resurrexit & mortuus est, ut & uiuorum & mortuorum dominetur, Ro.14.b

In Christo diuites sunt fideles in oĩbus, 2.Co.1.a

Ad Christi societatem uocat credentes deus fidelis, 1.Cor.1.b

Christus diuisus uidetur Corinthijs, 1.Cor.1.b

Christus crucifixus est pro fidelibus non Paulus, 1.Cor.1.c

Christi nolunt esse quidam Corinthij, 1.Co.1.b

Christus factus est nobis sapiẽtia, iustificatio, sanctificatio & redemptio, 1.Cor.1.d

Christus crucifixus scandalum Iudæis, gentibus est stultitia, uocatis utrinq; sanctis, dei uirtus & sapientia, 1.Cor.1.d

Christum dominum gloriæ principes sæculi crucifixerunt, 1.Cor.2.b

Christus Iesus fundamentum est apostolicæ doctrinæ, 1.Cor.3.c

Christi solius fideles sunt, non ministrorum, 1.(Cor.3.d

Christus immolatus est pascha nostrum, 1.C.5.c

Christus erat petra, unde omnes patres bibebant, 1.Cor.10.a

Christi caput deus est, 1.Cor.11.a

Christus unum corpus est habẽs multa membra, 1.Corinth.12.b

Christus est caput omnis uiri, 1.Cor.11.a

Christus mortuus est pro peccatis nostris, & sepultus, resurrexitq; tertia die secundum scripturas, 1.Corinth.15.a

Christi sunt & dicuntur qui aduentum eius crediderunt, 1.Cor.15.c

Christus resurgẽs aparuit Cephæ & undecim discipulis, deinde 500. fratribus, deinde Iacobo, postea omnibus apostolis, ultimo Paulo, 1.C.15.a

Christus resurrexit à mortuis, ideo non est neganda mortuorum resurrectio, 1.Cor.15.b

Christus si nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra, 1.Cor.15.b.c

Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, 1.Cor.15.c

Christus si non resurrexit, adhuc estis in peccatis uestris, 1.Cor.15.c

Christus si nõ resurrexit, ergo qui dormierunt in Christo perierunt, 1.Cor.15.c

Christus cum tradiderit regnum deo et patri, tunc finis erit, 1.Cor.15.d

Christus euacuabit omnem principatum & potestatem & uirtutem, 1.Cor.15.d

Christum oportet regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, 1.Cor.15.d

Christo omnia pater subiecit sub pedibus, 1.Corinth.15.d

Christo subiecta sunt omnia, præter eum q̃ subiecit ei omnia, 1.Cor.15.d

Christo cum fuerint subiecta omnia, tunc etiam ipse filius patri subiectus erit, 1.Cor.15.d

Christi passiones ut abundant in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra, 2.Co.1.a

Christus est imago dei, 2.Cor.4.b

Christus propter homines pauper factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis, 2.Corinth.8.b

Christi se esse cõfidens, cogitet secum, quod sicut ipse Christi est, ita & nos, 2.Cor.10.b

Christus alius non prædicandus, quàm quẽ Paulus prædicauit Corinthijs, 2.Cor.11.a

Christus qui in me loquitur, in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis, 2.Cor.13.a

Christus & si crucifixus est in infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei, 2.Cor.13.a

Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobi estis, 2.Cor.13.b

Christus semetipsum dedit pro peccatis nostris, (Gal.1.a

Christus peccati minister non est, Gal.2.d

Christi qui sunt, semẽ Abrahæ sunt, & secundum promissionem hæredes, Gal.3.d

Christus maledictum ꝓ nobis factus est, ut in gẽtib⁹ benedictio Abrahę fieret in Christo, Ga.3.b

Christus est semen Abrahæ ꝓmissum, Gal.3.c

In Christo non est Iudæus nec Græcus, nõ seruus nec liber, nõ est masculus neq; fœmina, Ga.3.d

Christum suscitat deus à mortuis, & constituit in dexteram suam in cœlestibus, Ephes.1.d

Christi pedibus omnia pater subiecit, Ephes.1.d

Christum dedit pater caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, Ephes.1.d

Christus implet omnia, in oĩbus plenitudo, ecclesiæ caput, et princeps oĩm dñationum, Eph.1.d

Christus constitutus in cœlestibus, à patre supra omnem principatum, potestatem, uirtutem & dominationem, Ephes.1.d

Christus constitutus super omne nomẽ quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, Ephes.1.d

Christus pax nostra, fecit utraq; unum, soluit medium parietẽ maceriæ, inimicitias in carne, legẽ mandatorum in decretis euacuans, Ephes.2.c

Christus duos condidit in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem, Ephes.2.c

Christus crucẽ reconciliauit deo ambos in uno corpore interficiens inimicitias in semetipso, Ephes.2.c

Christus descendit, & ipse est qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia, Ephes.4.b

Christus dedit ecclesiæ quosdam apostolos, quosdam propheras, alios euangelistas, alios pastores, & doctores, Ephes.4.b

Christum uos non ita didicistis ut gẽtes, Eph.4.c

Christus cum apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria, Colos.3.a

Christus magnificabitur in corpore meo, siue per uitam siue per mortem, Philip.1.c

Christus cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, Philip.2.a

Christus operatione uirtutis suæ poterit sibi subijcere omnia, Philip.3.d

In Christo habitat diuinitatis plenitudo corporaliter, Colos.2.b

In Christo nõ est gentilis & Iudæus, circuncisio et præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus, Col.3.b

Christus omnia est & in omnibus, Col.3.b

Christus eripuit nos ab ira uentura, 1.Thes.1.d

Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum, 1.Tim.1.c

Christus Iesus iudicaturus est uiuos & mortuos per aduentum ipsius, 2.Tim.4.a

Christus Iesus testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, 1.Tim.6.c

Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab oĩ iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilẽ sectatorũ bonorũ operũ, Tit.2.d

In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, Col.2.a

Christus per mortem destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, Heb.2.d

Christus liberauit eos, qui timore mortis per totã uitam obnoxij erant seruituti, Heb.2.d

Christus splendor gloriæ & figura substantiæ eius, Hebr.1.a

Christus portat omnia uerbo uirtutis suæ, Ibidẽ.

Christus purgationẽ peccatorũ faciens, Heb.1.b

Christus sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, Hebr.1.b

Christus melior angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit, Hebr.1.c

Christo dicitur præ angelis, Filius meus es tu, ego hodie genui te, Hebr.1.b

Christo dicitur, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, Hebr.1.b

Christum primogenitum adorant omnes angeli dei, Hebr.1.b

Christo dicitur, Thronus tuus deus in sæculum sæculi, uirga æquitatis, uirga regni tui, dilexisti iustitiam & odisti, &c. propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis, Hebr.1.c

Christo dicitur: Tu in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut uesti-

mentum ueteraſcent, & uelut amictum, &c. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient, Hebr.1.d

Chriſto, non angelis dictum, Sede à dextris meis, Hebr.1.d

Chriſto dicitur, Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, Heb.1.d

De Chriſto dicitur, Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, Hebræorum 2.b

Chriſto omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, Hebræorum 2.b

Chriſto omnia ſubijciens, nihil dimiſit non ſubiectum ei, Hebr.2.b

Chriſto nondum uidemus omnia ſubiecta, Hebræorum 2.b

Chriſtus modico quam angeli minoratus uidetur, propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatus eſt, Hebr.2.b.c

Chriſto, non angelis ſubiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur, Hebr.2.b

Chriſtus mortem guſtauit pro omnibus, per gratiam dei, Hebr.2.c

Chriſtus eſt propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, Hebr.2.c

Chriſtum decuit authorem ſalutis, per paſſionem conſummari, ut multos filios in gloriam adduceret, Heb.2.c

Chriſtus qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex uno omnes, Hebr.2.c

Chriſtus non confunditur ſanctificatos uocare fratres, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterꝝ: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus, Hebr.2.c

Chriſto pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe eiſdem ſimiliter participauit, Heb.2.d

Chriſti participes effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiç eius uſq; ad finem firmum tenemus, Hebr.3.c

Chriſtus debuit p omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, Hebræorum 2.d

Chriſtus fidelis pontifex, ad repropitiandum delicta populi, Hebr.2.d

Chriſtus quia paſſus & tentatus eſt, potens eſt, & eis qui tentantur auxiliari, Hebr.2.d

Chriſtus amplioris gloriæ præ Moſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domo is qui fabricauit eam, Hebr.3.a

Chriſtus apoſtolus & pontifex confeſſionis noſtræ, conſiderandus, qui fidelis eſt ei, qui præfecit illum, ſicut & Moſes in omni domo eius, Hebr.3.a

Chriſtus ſacerdos in æternum, ſecundum ordinẽ Melchizedech, Hebr.5.b

Chriſtus in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq; offerens, ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis, exauditus eſt pro ſua reuerẽtia, Heb.5.b.c

Chriſtus pontifex à deo appellatus eſt, iuxta ordinem Melchizedech, Hebr.5.c

Chriſtus conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, Hebræorum 5.c

Chriſtus cum eſſet filius dei, didicit ex his quę paſſus eſt obedientiam, Hebr.5.c

Chriſtum crucifigunt ſibimetipſis, filium dei, & oſtentui habent, qui illuminati donumq; cœleſte guſtantes, & ſpiritus ſancti participes facti, prolapſi ſunt nihilominus, Hebr.6.a.b

Chriſtus ad interiora uelaminis præcurſor, p nobis introijt, ſecundum ordinem Melchizedech, pontifex factus in æternum, Hebr.6.d

Chriſtus manifeſte ex Iuda ortus eſt, in qua tribu nihil de ſacerdotib⁹ Moſes locutus eſt, Heb.7.c

Chriſtus ſacerdos factus eſt ſecundum uirtutem uitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, Quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedech, Hebr.7.c

Chriſtus ſacerdos ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis, Hebr.7.d

Chriſtus pontifex ſedet in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, miniſter ſanctorum factus, & ueri tabernaculi, quod fixit deus, & non homo, Hebr.8.a

Chriſtus ſacerdos, nunc melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamẽti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt, Hebr.8.b

Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redẽptione inuenta, Hebræorum 9.c

Chriſtus ſecundo ſine peccato apparebit omnibus, expectantibus ſe in ſalutem, Hebr.9.g

Chriſtus introiuit non in manufacta ſancta, exemplaria uerorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis, Hebr.9.f

Chriſtus pontifex non intrat in ſancta, ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum põtifex intrat per ſingulos annos in ſanguine alieno, Hebr.9.f.g

Chriſtum non oportet frequenter pati ab origine mundi, ſicut nec ſæpe offerre ſe, Hebr.9.g

Chriſtus pontifex, nunc ſemel in conſummationem ſæculorum, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit, Hebr.9.g

Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda peccata, Hebr.9.g

Chriſtus mundum ingrediens, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, Hebr.10.a

Chriſtus ſacerdos unam pro peccatis offerens hoſtiam,

stiam, in sempiternum sedet in dextera dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius, Hebr.10.c

Christum reijcientes nulla hostia purgabuntur, Hebr.10.e

Christus in dextera sedis dei sedet, Hebr.12.a

Christum cogitate, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes, Hebræorum 12.a

Christus mediator noui testamenti, per aspersionē sanguinis melius loquitur q̄ Abel, Heb.12.f

Christus loquens minime recusandus, sed audiendus, Hebr.12.f

Christum de cœlis nobis loquentem non auertamus super terram, non enim effugiemus, sicut nec qui Mosen audire noluerunt, Hebr.12.f

Christus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, Hebr.13.b

Christi improperium portantes, exeamus extra castra ad eum, Heb.13.b

Christiani ex gentibus, qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti, 1.Pet.2.b

Christum quem cum nō uideritis diligitis, in quē nunc quoq; non uidentes creditis, 1.Pet.1.b

Christum accessistis lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, &c̄, 1.Pet.2.a

Christus præcognitus (redēptor) ante mundi constitutionem, manifestatus autē nouissimis temporibus propter uos, qui per ipsum fideles estis in deo, 1.Pet.1.d

Christum deus suscitauit à mortuis, & dedit gloriam ei, ut fides uestra & spes esset in deo, 1.Petri 1.d

Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatos q̄dē carne, uiuificatos autē spiritu, 1.Pet.3.d

Christus uocauit nos propria gloria sua et uirtute, per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit, 2.Pet.1.a

Christus accipiens à deo patre honorem & gloriam, uoce delapsa ad eum à magnifica gloria, huiuscemodi, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, 2.Pet.1.d

Christus est ueritas, hoc spiritus testificatur, 1.Ioannis 5.b

In Christo manere qui se dicit, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare, 1.Ioan.2.a

Christus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi, 1.Ioan.2.a

Christus uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, Apoc.1.b

Christus dilexit nos, et lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo, Apoc.1.b

Christus qui & uerbum dei reget gentes in uirga

ferrea, ipse calcat torcular uini furoris iræ dei omnipotentis, Apoc.19.c

¶*Christianus.*

Christiani genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit, in admirabile lumen suum, 1.Pet.2.b

Christiani in Hierosolyma pauperes subsidium accipiunt tempore famis, Act.11.d

Christiani primum dicti sunt Antiochiæ Christi discipuli credentes doctrinæ Barnabæ & Saulis, Act.11.d

Christianum me fieri in modico suades, Act.26.g

Christianorum secta, Iudæi dicunt, notum uobis est quia ubiq; contradicitur, Act.28.e

Christianus optet facultatem fine impedimento dominum obsecrandi, 1.Cor.7.f

Christianorum omnium regula, Gal.6.d

Christianis qui fornicarij sunt, & auari idolis seruientes, & maledicis, ebriosis, rapacibus, non cōmunicandum in cibo, 1.Cor.5.d

Christiani de Christianis iudicant, 1.Cor.5.d

Christiani malum ex seipsis auferre debent, 1.Corinth.5.d

Christianorum est de temporalibus iudicare potius quàm ut gentiles ferant iudices, 1.Cor.6.a

Christiani à criminibus abluti sunt & sanctificati ac iustificati in nomine domini Iesu Christi, 1.Cor.6.c

¶Chub & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent, Ezech.30.a

¶Cubitus mensura ad uirilem manum, Deuteronom.3.b

Cubitum unum nullus cogitans adijcere potest ad suam staturam, Matth.6.d Luc.12.d

¶*Cubile.*

Cubiculum de cubiculo ingredieris, ut abscondaris, ait Michæas ad Sedechiam, 2.Par.18.f

Cubilia tua ingredere populus meus, ostia tua claude super te, abscondere modicum ad momentum, donec ptranseat indignatio, Isa.26.d

Cubile draconum erit, & paschua struthionum, Isa.34.c

In cubilibus in quibus prius dracones habitabāt, orietur uiror calami & iunci, Isa.35.c

Cubile tuum posuisti super montem excelsum et sublimem, & illuc ascendisti, ut immolares hostias, Isa.57.b

¶Cucumeres in mentem ueniunt Aegypti, Numeri 11.b

¶Culmen turris ad cœlum pertingens, Gen.11.a

¶Culmus stans nō est in eo, in Israel, germen nō faciet farinam, quod si fecerit, alieni comedent eam, Ose.8.b

¶Culicem excolantes camelum glutientes, Matthæi 23.b

¶*Curare.*

Curādi infirmitates potestatem dedit duodecim, Marc.3.b

Cura gregum non ante tempus deſerenda, Geneſis 29. a
Curauit multos, qui uexabantur uarijs languoribus, Marc.1.d
Curam illius habe,& quod ſupererogaueris ego cum rediero reddam tibi, Luc.10. f
Curam tuam iacta ſuper dominum, ipſe te enutriet, non dabit in æternum fluctuationem iuſto, Pſal. 55. 22.
Curas multas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia, Eccl'es 5.a
Curis multis & in tenebris homo comedit, in ærumna quoq; & triſtitia, Eccl'es 5.d
Curam ſuorum,maxime autem domeſticorum ſi quis non habet,fidem negauit, & eſt infideli deterior, 1.Tim.5.a.b
Curioſa ſectati contulerunt & combuſſerunt libros coram omnibus, Act.19.d
Curioſitas uiſus occaſio tranſgreſſionis, Ge.3. a
Curioſe non uideant Caathiræ ſancta ſanctor, ne moriantur, Num.4.c
Curioſus ne fueris in pluribus operibus dei, non eſt enim tibi neceſſarium ea quę abſcõdita ſunt uidere oculis tuis, Eccl'ci 3.c
Curioſitas & ſuſpicio multos ſupplantauit illor, & in uanitate detinuit ſenſus illorum, Eccleſiaſtici 3.d

¶*Cultus.*

Cultus dei reſtituitur, uel inchoatur, uel definit pro æquiuocatione uerbi, Gene.4.d
Cultum huiuſmodi cuſtodies ſtatuto tempore à diebus in dies, Exod.13.b
Cultus perpetuus erit per ſucceſſiones eorum à filijs Iſrael, Exod.27. d
Cultu ſuo nullus ex more indutus eſt ,ppter peſſimum ſermonẽ dei de populo deſerendo, Exodi 33.a
Cultum ſuum iubentur deponere Iſraelitæ à deo irato in monte Sinai, Exod.33.b
Cultura dei execratio eſt peccatori, Eccl'ci 1.d
¶Cultros lapideos Ioſue parare iubetur ad circunciſionem, Ioſ.5.a
Cultrum ſtatue in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam, Prou.23.a

¶*Currere.*

Curſor leuis explicans uias ſuas Iſrael, Iere.2.e
Currẽs cum peditibus ſi laboraſti, quomodo contendere poteris cum equis? Iere.12.b
Cucurri uiam mandatorum tuorum,cum dilataſti cor meum, Pſal. 119. 32.
Curſus tuos deus rectos faciet, itinera tua in pace producet, Prou.4.d
Curſum uidi non eſſe uelocium, nec fortium bellum,nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias,nec artificum gratiã,ſed tempus caſumq; in omnibus, Eccl'es 9. c
Currit Paulus,non quaſi in incertum, 1.Co.9.d
Currentes in ſtadio omnes quidem currunt,ſed unus accipit brauium, 1.Cor.9.d
Currite in ſtadio ut brauium comprehendatis, 1. Corinth.9. d

¶*Currus.*

Currus Chananæorum comburendos mandat deus, Ioſ.11. b
Currus Achab lotus eſt in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, 3.Reg.22.e
Currus igneus & equi ignei diuiſerunt inter Eliam & Eliſeum, 4.Reg.2.b
Currus ſolis ante templum dei, 4.Reg.23.c
Currum uidit duorum equitum, aſcenſorem aſini & cameli, Iſa.21.b
Currus hoſtium quaſi nubes aſcẽdet,et quaſi tempeſtas, uelociores aquilis equi illius, uæ nobis quia uaſtati ſumus, Ierem.4.d
In curribus hi & hi in equis,nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus, Pſal. 20. 7.
Currus dei decem millibus, multiplex millia lætantium dominus in eis,&c. Pſal. 68. 17.
¶Crocodilus animal immundum, Leuit. 11. e
¶Crudelis filia populi mei, quaſi ſtruthio in deſerto, Thr.4.a
Crudelis qui eſt,etiã propinquos abijcit, Pro.11.c
¶Crudum ex agno uel hœdo non comedetis, nec coctum aqua, ſed aſſum igni, Exod.12.b

¶*Crura.*

Crura dilecti,columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas, Cant.5. d
Crura ut frangerentur crucifixorum Iudæi rogauerunt, Ioan.19.f
Crura primi fregerunt milites, & alterius qui crucifixus eſt cum eo, Ioan.19.f
Crura Ieſu nõ fregerunt cum uidiſſent eum iam mortuum, Ioan.19. f

¶*Crux.*

Crucem ſuam tollat & ſequatur me,qui uult poſt me uenire,& abneget ſemetipſum, Matth.16.d
Crucem ſuam qui non accipit,& ſequitur me,nõ eſt me dignus, Matth.10.d
Cruce deſcendens ſaluum fac temetipſum, Marci 15.c
Crucem impoſuerunt Simoni Cyrenenſi, portare poſt Ieſum, Luc.23.d
Crucem ſuam qui nõ baiulat & poſt me non uenit,non poteſt meus eſſe diſcipulus, Luc.14.f
Iuxta crucem ſtabant mater Ieſu, & ſoror matris eius Maria Cleophe,& Maria Magdalene, Ioannis 19.e
Crucem ſibi baiulans Ieſus,exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Ioan.19.d
Crucis uerbum ſtultitia eſt pereuntibus, uirtus autem dei eſt ijs qui ſalui fiunt, 1.Cor.1.c
Crux Chriſti euacuatur ſapientia uerbi, 1.Co.1.c
Crux Chriſti Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitia,ſanctis uocatis dei uirtus & ſapientia, 1.Corinth.1.d
Cruci cõfixus ſum Chriſto, ut deo uiuã, Gal.2.d

Crucis ſcandalum euacuatum eſt, ſi circunciſionē prædicans, perſecutiones non patior, Gal.5.b
Crucis Chriſti ſtigmata in corpore meo porto, ideo nemo mihi de cætero moleſtus ſit, Ga.6.d
Cruce Chriſti gloriandum, per quem mihi cruci fixus eſt mundus, & ego mundo, Gal.6.d
Crucis Chriſti perſecutionem ut nō patiantur, cogunt uos circuncidi, Gal.6.d
Crucis Chriſti inimicorum finis interitus eſt, Philippen.3.d
Crucis Chriſti inimicorum deus uenter eſt, & gloria in confuſione, ipſorum qui terrena ſapiunt, Philip.3.d
Cruci affixit chirographum, delens quod aduerſus nos erat, & contrarium nobis tulit de medio, Col.2.c

¶ *Crucifigere.*

Crucifixus à deo maledictus dicitur, Deut. 21.d
Crucifixi hominis cadauer non manebit in patibulo, ſed eadem die ſepelietur, Deut.21. d
Crucifixo Chriſto ueſtes diuiſerunt, ſortem mittentes ut implerentur ſcripturæ, Matth.27.d
Crucifixerunt eum hora tertia, Marc.15.c
Crucifixus inter latrones impleuit ſcripturam, & cum iniquis reputatus eſt, Marc.15. c
Crucifixum prætereuntes blaſphemabant capita mouentes ſua, Marc.15. c
Crucifigentes diuiſerunt ueſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis, &c̄. Marc.15.c
Crucifige crucifige eum Iudæi clamabant, Lucæ 23.c
Crucifige crucifige clamabant pontifices & miniſtri, Ioan.19. a
Crucifixi in loco ortus erat, & in orto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat, Ioan.19.g
Crucifixionis locus prope ciuitatē erat, Ioā.19. d
Crucifigunt Ieſum in Caluaria, & cum eo alios duos, hinc & inde, medium autem Ieſum, Ioannis 19.d
Crucifixus eſt ſimul uetus homo noſter, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non uiuamus peccato, Rom.6.a
Crucifixus pro eccleſia non Paulus, ſed Chriſtus, 1.Cor.1.c
Crucifixum nos prædicamus Chriſtum, Iudæi ſigna, Græci ſapientiam quærunt, 1.Cor.1.d
Crucifixus eſt Chriſtus ante oculos Galatarum, & proſcriptus, Galat.3. a

¶ *Cupiditas.*

Cupiditas radix omnium eſt malorum, quā quidam appetentes errauerunt à fide, 1.Timo.6.b
Cupiebat implere uentrem de ſiliquis porcorum, Luc.15.d
Cupiditas acquirendi excogitauit illud, Sap.14.a
Cupiditatem habens ueniendi ad uos, Ro.15.f
¶ Chuſanraſathaim rex Meſopotamiæ dominatus eſt in Iſraelē idolis deditum, Iudic.3.a

¶ Chun urbs Syriæ Soba regis Adarezer, 1.Paralipom.18.b

¶ *Chus.*

Chus filius Cham, Gene.10.a 1.Par.1.a
Chus genuit Nemrod, Gene.10. b
Chus genuit Nemrod qui cepit eſſe potens in terra, 1.Par.1.a
Chus filij Saba, Heuila, Sabatha, Regma, Sabaracha, 1.Para.1.a
Chus quos habuerit filios, Gene.10. b

¶ *Chuſai.*

Chuſai mittitur ad diſſipandum conſilium Achitophel apud Abſolom, 2.Reg.15.g
Chuſai reuelat cōſilij impij decreta ſacerdotibus, ut proſint Dauidi, 2.Reg.15.g
Chuſai Arachites Abſalom ſalutat regem, 2.Regum 16.d
Chuſai reprehenſus, apte impio reſpondet ad pij Dauidis amici, commodum & liberationem, 2.Reg.16.d
Chuſai uerbis decipit impijſſimum Abſalonem, Ibidem.
Chuſai Arachites occurrit Dauidi, ſed remittitur ad Abſalom, ut proſit rebus Dauidis, 2.R.15.g
Chuſai negotium & conſilium reuelat Dauidi per ſacerdotes Sadoch & Abiathar, 2.Re.17.d
Chuſai Arachites amicus regis, 1.Para.27.d
Chuſai conſilium melius habitum eſt dei nutu, quàm Achitophel, 2.Reg.17.d
Chuſai conſulit contra Achitophel, pro Dauide quidem, cum aliud intendere uideretur, 2.Regum 17. b
¶ Ciſon torrens traxit cadauera Iabin, Iud.5.c

¶ *Chuſi.*

Chuſi mittitur ad nuncium de morte Abſalom, 2.Reg.18.e
Chuſi bonum annunciat nuncium de morte Abſalom, ſed Dauidi non gratum, 2.Reg.18.g
Chuſi filius, Ethan, filij Abdi, 1.Par.6. d
Chuſi pater Selemiæ, auus Nathaniæ, Iere. 36.c
Chuſi pater Sophoniæ filius Godoliæ, Soph.1. a

¶ *Cuſtodire.*

Cuſtodiam fratrum abijciunt filij Cain, Ge.4. b
Cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi ut tangeres eam, Gene.20.b
Cuſtodi temetipſum & animam tuam ſolicite, Deut.4.b
Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter, Prou.2.b
Cuſtoditio legum conſummatio incorruptionis eſt, Sap.6. d
Cuſtodi me ut pupillam oculi, ſub umbra alarū tuarum protege me, Pſal. 17. 8.
Cuſtodiui uias domini, nec impie geſſi à deo meo, Pſal. 18. 22.
Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, omnes peccatores diſperdet, Pſal. 145. 20.
Cuſtodiendi tempus & abijciendi, Eccl'es 3.b

Custodiens mandatum custodit animam suam, qui autem negligit uiam suam, mortificabitur, Prou.19.c
Custodiui hæc omnia à iuuentute mea, dicit adolescens, quid adhuc mihi deest? Matth.19.c
Custodiam habetis, ite custodite sicut scitis, Matthæi 27.g
Custodiam primam & secundam transeuntes, uenerunt ad portam ferream, Act.12.b
Custodiæ alicuius res quæcunq; deputata proximo, si mortuum debilitatum uel captum fuerit nullo uidente, iusiurandum interponetur, de nõ admissa fraude, cui stabitur, ut is reddere nõ cogatur, Exod.22.b
Custos Iacob deus, quocunq; ierit, Gene.28.c
Custos animæ suæ seruat uiam suam, Pro.16.c
Custos Israel non dormitabit neq; dormiet, Psalmo 121.4.
Custodit te dominus, dominus protectio tua super manum dextram tuam, Psal.121.5.
Custodes domus commouebuntur, Eccles 12.a
Custos quid de nocte? Dixit custos: Venit mane & nox, si quæritis quærite, conuertimini & uenite, Isa.21.c
Custodes exterriti sunt præ timore angeli, & facti sunt uelut mortui, Matth.28.a
Custodum quidam principibus nunciauerunt omnia quæ facta sunt, Matth.28.c
Custodes ante ostium custodiebant carcerem, Acto.12.a
Custos carceris curans Paulum & socios sanctos baptizatus cum domo refecit eos, Act.16.f
Custos carceris Pauli uolens occidere se & prohibitus, prouoluitur Paulo & orat doceri, Actorum 16.f
¶De Cutha homines translati ad terram Israel à rege Assyriorum, 4.Reg.17.d
Cuthæorum deus Nergel, 4.Reg.17.f
¶Cutis mea aruit & contracta est, Iob 7.b
Cutis mea denigrata est super me, Iob 30.d

¶*Dabereth.*

DAbereth cõtingit sors Zabulon, Iosue 19.a
Dabereth urbs refugij in Issachar, 1.Para.6.g
Dabereth ciuitas Issachar pro Gersonitis habitatio, Ios.21.c
¶Dabrias unus scribarum Esdræ, 4.Esd.14.c

¶*Dabir.*

Dabir urbis rex Eglon, Ios.10.a
Dabir post Hebron expugnata & uastata cum rege & oppidis, Ios.10.g
Dabir rex occisus à Iosue, Ios.12.d
Dabir possessio fit Caleb, prius dicta Cariathsepher, id est ciuitas literarum, Ios.15.d
Dabir dicta aliàs Cariathsenna, Ios.15.f
Dabir ciuitas pro filijs Aaron habitatio, Ios.21.b 1.Par.6.e
Dabir habitatores expugnati à Iuda, Iud.1.c
Dabir nomen uetus habuit Cariathsepher, id est ciuitas literarum, Iud.1.c

¶*Dadan.*

¶Dadan filius Iecsan filij Ceturæ, Gene.25.a 1.Par.1.c
Dadan filius Regma filij Chus, 1.Par.1.a
Dadan filij Assurim, Latussim & Laomim, Geneſis 25.a 1.Par.1.c

¶*Dagon.*

Dagon deus Palæstinorum, quem pro Samsone humiliato gentiles collaudant, Iudic.16.e
Dagon iacet pronus in terra ante arcam domini, 1.Reg.5.a
Dagon restituitur loco suo ab Azotijs, 1.Reg.5.a
Dagon capite & duabus manibus abscisis iacet super faciem suam ante arcam dei super limen, 1.Reg.5.a
Dagon templi limitem non calcant sacerdotes, dum tẽplum ingrediuntur in Azoto, 1.Re.5.b
Dagon in tẽplo caput Saulis affixum, 1.Par.10.c
Dagon templum succensum à Ionathan, 1.Machab.10.g
¶Dalaiau uicesimætertiæ uicis sacerdotium, 1. Para.24.c

¶*Dalaias.*

Dalaias filius Semeiæ princeps, Ierem.36.c
Dalaia filius Elioenai, 1.Par.3.d
Dalaias filius Merabeel pater Semaiæ, Nee.6.c
¶Dalia filij redeuntes ignoræ prosapiæ, Esd.2.d Neem.7.f
¶Damma ciuitas Zabulon pro Meraritis habitatio, Ios.21.d
¶Damaris mulier Athenis Paulo credidit, Actorum 17.g
¶Dalmanutha in ptes Christus uenit, Mar.8.b
¶Dalari filij obscuri sacerdotes, 3.Esd.5.d
¶Dalila uxor Samsonis in ualle Sorec, Iud.16.a
Dalilam Samson sæpe eludit, cupientem scire ubi maxima illius posita fortitudo esset, Iud.16.a

¶*Damascus.*

Damasci ad leuam ponitur Hoba, Gen.14.c
In Damasco plateæ offeruntur à Benadad regi Achab, sicut habuit in Samaria pater eius, 3.Regum 20.f
Damascus capitur & relegatur in Cyrenen à rege Assyriorum, 4.Reg.16.b
Damascus caput Syriæ, & caput Damasci Rasin, Isa.7.b
Damasci fortitudo auferetur antequã sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, Isa.8.b
Damasci onus quæ ciuitas esse desinet, erit ut aceruus lapidum in ruina, Isa.17.a
A Damasco regnum cessabit, & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, Isa.17.a

Damaſcus deuicta ab Aſſyrijs, Iſa.10.b
Damaſco uerbum domini per Ieremiam dicitur, Ierem.49.e
Damaſcus diſſoluta eſt,uerſa in fugam,tremor eã apprehẽdit, anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem, Ierem.49.e
Damaſcus ciuitas laudabilis, urbs lætitiæ, cuius iuuenes cadent in plateis,omnes uiri prælij conticeſcent,ſuccendam ignem in Damaſci muro, & deuorabit mœnia Benadad, Ierem.49.e
Damaſcenus diuerſis opibus in uino pingui, in lanis coloris optimi Tyro adeſt, Ezech.27.d
Damaſci ſceleribus comminatur dominus, non ſe conuertendum, quia triturauerunt Galaad ferreis plauſtris, Amos 1.b
Trans Damaſcum migrare uos faciam, Am.5.g
Damaſci uectem conteram, & diſperdam habitatorem de campo idoli,&c. Amos 1.b
Damaſci requies onus habet, Zach.9.a
Damaſco bellum indicit Nabuchodonoſor, Iudith 1.c
Damaſci campus ſuccenſus ab Holoferne, in diebus meſſis, Iudith 2. d
Damaſco Saulus appropinquãs circumfulſus eſt luce de cœlo,& cecidit in terram, Act.9. a
Damaſcum introduxerunt Saulum ad manus trahentes, Act.9.b
Damaſci fuit Saulus cum diſcipulis per dies aliquot, Act.9.d
Damaſcum pergebam cum epiſtolis, ut uinctos in Ieruſalem pertraherem, Act.22. b
Damaſcum ſurgens uade ubi dicetur quid faciendum tibi, Act.22. c
Damaſcum non uidens, deductus ad manum ueni à comitibus, Act.22.c
Damaſcum pergens meridie circumfulſus eſt lumine Paulus in terram decidens,audiuit ſermone Hebraico dicentẽ ſibi,Saule Saule,&c. Actorum 26.c
Damaſcum iterum reuerſus eſt ex Arabia Paulus, Gal.1.c

¶*Damnum.*

Damnum qui negligit ,ppter amicum iuſtus eſt, Prou.12. d
Damnum inferre iuſto non eſt bonum, Pro.17.d
Damnationem maiorẽ accipient ſcribæ, Lu.20.g
Damnationis nihil eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundum carnẽ ambulant, Ro.8.a
Damnatio iuſta eſt eorum qui dicunt, Faciamus mala ut ueniant bona, Rom.3.b
Damnandi à domino ſunt, qui poſt carnẽ in concupiſcentia immunditiæ ambulant, 2.Pet.2.b
Damnandi qui dominationem contemnunt audaces,ſibi placentes,ſectas non metuentes introducere,blaſphemantes, 2.Pet.2. b
¶Damula fugiens,& ut ouis erit,nõ erit qui congreget, Iſa.13.c

¶*Dan.*

Dan filius Iacob ex Bala à iudicio dict⁹, Ge.30.a

Dan filij Huſim, Gene.46.c
Dan iudicabit populum ſuum ut aliæ tribus, Geneſis 49. c
Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi,ut cadat aſcenſor, Gene.49.c
Dan tribus princeps Ahiezer filius Ammiſaddai, Numeri 1. b
Danitarum militarium ſumma 62700. Num.1.c
Dan ad aquilonem caſtra habet 62700. Nu.1.d
Danitarum & Suhanitarum ſumma 64400. Numeri 26.e
Dan tribus habitauit in monte Hares, Iud.1.g
Dan catulus leonis fluet largiter de Baſan, Deuteronom.33.d
Dan filij pugnauerunt cõtra Leſem & ceperunt, Ioſ.19.d
Dan filiorum & tribus ſors cecidit ſeptima, Ibid.
Dan tribus arctata ab Amorrhæo in monte, Iudicum 1.g
Dan cum ſocijs ad aquilonem pugnatorum habuit numero 157600. Num.2.d
Dan coluit idolum Micha donec capta eſt urbs, Iudic.18.g
Dan uacabat nauibus,non bellis, Iud.5.b
Dan quærebat ſibi poſſeſſionem ad habitãdum, Iudic.18. a
Dan uſq; ad illum diem ſortem non acceperat, Iudic.18.a
Dan mittunt quinque uiros de Saraa & Eſchaol conſiderare terram ad habitandum, Iud.18. a
Danitæ ſeſe hortantur ad obtinendum poſſeſſiones in Lais urbe Sidoniorum, Iud.18. b
Danitis dicitur,Ite cum pace,dñs reſpicit uiam ueſtram,& iter quò pergitis, Iud.18.b
Danitarum ſexcenti uiri abeunt pro Lais capienda urbe Sidoniorum, Iud.18.c
Dan tribus facit ſibi ſacerdotẽ in Dan, Ionathan filium Gerſom,filij Moſis, Iud.18.g
A Dan uſq; Berſabee uniuerſus Iſrael cognouit quod fidelis Samuel propheta eſſet dñi, 1.R.3.d
Dan ſylueſtria Ioab tranſit numerãdo, 2.R.24.a
Dan percutitur à rege Syriæ ſub Baaſa, 3.Re.15.e
Dan urbe uitulus aureus ponitur & adoratur, 3. Reg.12. g
Dan urbs percuſſa à Benadad, 2.Par.16.b
De Dan ad prælium præparati cum Dauid erant 28600. 1.Par.21. f
A Dan auditus eſt fremitus equorum, à uoce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra, Ierem.8.e
Dan ferrum fabrefactum adducit Tyro, Ezechielis 27.d
Dan ab ortu & mari una, Ezech.48.a
Dan porta Ieruſalem una ad ortum, Ezech.48.d
¶Danna ciuitas Iuda in montanis, Ioſ.15.f

¶*Daniel.*

Daniel de Ithamar filijs uenit cum Eſdra, Eſd.8.a
Daniele num ſapientior es, ut non ſit abſcondi-

tum à te omne ſecretum? Ezech.28.a
Daniel propoſuit nolle pollui de menſa regis & uino, Dan.1.b
Daniel à deo gratiam accepit in conſpectu principis eunuchorum, Dan.1.b
Daniel de tribu Iuda alio nomine Baltaſſar, Danielis 1.b
Danielis & ſociorum uultus poſt decẽ dies meliores apparuerunt & corpulẽtiores præ alijs pueris, qui cibo regio ueſcebantur, Dan.1.c
Daniel à deo petit reuelationẽ ſacramenti dei miſericordiam implorando, Dan.2.c
Danieli myſterium reuelatum eſt per uiſionẽ nocte, & dominum benedixit, Dan.2.c
Danieli dedit deus intelligentiam omnium uiſionum & ſomniorum. Dan.1.d
Daniel cum ſocijs introducunt in conſpectum regis, nec ſunt inuenti tales de uniuerſis, Ibidem.
In Daniele & ſocijs inuenit rex decuplum ſapientiæ & intellectus, ſuper cunctos ariolos & magos in ſuo toto regno, Dan.1.d
Daniel fuit uſq; ad annum primum regis Cyri, Dan.1.d
Daniel & ſocij quæruntur ut pereant, Dan.2.b
Daniel rogat regem, ut tempus daret ſibi ad ſolutionem indicandam regi, Dan.2.c
Daniel de filijs tranſmigrationis Iudæ, ſolutionẽ regi annunciare poteſt, Dan.2.d
Danielem rex adorauit, præcepit hoſtias incenſumq; ut ſacrificarent, Dan.2.g
Danielem rex in ſublime extulit, munera multa & magna dedit ei, conſtituit principem ſuper omnes prouincias Babylonis, præfectum & magiſtrum ſuper cunctos ſapientes Babylonis, Dan.2.g
Daniel poſtulauit à rege, conſtituitq; ſuper opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Miſach & Abdenago, Dan.2.g
Daniel erat in foribus regis, Dan.2.g
Danieli mihi, non in ſapientia quæ eſt in me plus quàm in cunctis uiuentibus reuelatum eſt ſacramentum, ſed in gratiam regis, Dan.2.e
Daniel cum ſocijs contempſerunt rex decretum tuum, deos tuos non colunt, ſtatuam auream non adorant, Dan.3.b
Danielis ſocij capti ducuntur ad regẽ, admonent de adoranda ſtatua aurea cum populo reliquo, alioqui mittendi in fornacem ignis, Dan.3.b
Danielis ſocij uincti cum braccis, tyaris, calceamẽtis & ueſtibus mittuntur intra fornacem ſuccenſam nimis, nam iuſſio regis urgebat, Dan.3.c
Danielis ſocij ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati, Dan.3.c
Danielis ſocij ambulãt in medio flammæ, deum laudantes & benedicentes, Dan.3.c
Daniel habet in ſe ſpiritum ſanctorũ, ſcientia et ſapiẽtia inuentæ ſunt in eo, & interpretatio ſomniorũ, oſtẽſio ſecretorũ, ſolutio ligatorũ, Dan.5.c

Danieli ꝓmittit rex purpurã & torquem, & ut tertius ſit in regno ſuo princeps, Dan.5.d
Daniel regi ait, Munera tua tibi ſint, dona domus tuæ alteri da, ſcripturam legam tibi rex & interpretationem eius, Dan.5.e
Daniel cui nomen Baltaſſar, ſecundum nomen dei mei, qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo, Dan.4.a
Daniel indutus eſt purpura, circundata torques aurea collo eius, prædicatum de eo, quod tertius eſſet in regno, Dan.5.g
Daniel perſeuerauit uſque ad regnum Darij, regnumq; Cyri Perſæ, Dan.6.g
Daniel unus ex tribus principibus, cui ſatrapæ rationem reddere obligabantur, ut rex Darius nõ ſuſtineret moleſtiam, Dan.6.a
Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas, quia ſpiritus dei amplior erat in illo, Dan.6.a
Danieli quærebant occaſionem ſatrapæ ex latere regni, ſed fidelis erat, & omnis culpa uel ſuſpicio in eo non inueniebatur, Dan.6.a
Danieli non inueniemus occaſionem, niſi forte in lege dei ſui, Dan.6.b
Daniel domi ſuæ feneſtris apertis in cœnaculo contra Ieruſalem in die ter genua flectens adorabat dominum deum ſuum, Dan.6.c
Daniel à uiris inuentus orans deum ſuum accuſatur Dario, tanquam inobediens, & legum contemptor, Dan.6.c.d
Daniel mittitur conſentiente rege in lacum leonum, Dan.6.e
Daniel Darij iuſſu educitur de lacu leonum, nulla læſione inuenta in eo, quia credidit deo, Danielis 6.f
Danielis accuſatores miſſi ſunt à Dario in lacum leonum, ipſi filij & uxores, & uelociter arrepti ſunt à leonibus, ut etiam oſſa eorum omnia comminuerentur, Dan.6.f
Danielis oratio & exauditio, Dan.9.a.b.c.d.e
Daniel lugebat trium hebdomadarum diebus, Dan.10.a
Daniel iuxta fluuium magnum, qui eſt Tygris, Dan.10.a
Danieli apparet uir lineis indutus, auro obrizo ad renes accinctus, corp⁹ ut chryſolithus, facies ut fulgur, oculi ut lampas ardens, brachia & quæ deorſum ad pedes ut æs candens, uox eius ut multitudinis, Dan.10.a
Daniel ex uiſione uiribus deſtituitur, ſpecie mutatur, & emarcet, &c. Dan.10.b
Danielis afflicti orationes exaudiuntur à domino, Dan.10.c
Daniel uir deſideriorum, intellige uerba quæ loquor, & ſta in gradu tuo, Dan.10.c
Daniel ego, quomodo potero ſeruus domini mei loqui cum domino meo? &c. Dan.10.d
Daniel claude ſermones, ſigna librum, uſque ad tempus ſtatutum plurimi pertranſibunt, & multiplex

uplex erit scientia, Dan.12.b
Daniel tu uade ad præfinitum, & requiescs, & stabis in sorte tua in finem dierum, Dan.12.d
Danielis pueri iunioris spiritum sanctum suscitauit dominus, ut exclamaret, Mundus ego sum à sanguine huius, Dan.13.c
Ad Danielem puerum conuertitur omnis populus, dicens: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Dan.13.e
Daniel stultitiæ arguit iudices, & prouocat ad causæ discussionem contra falsos testes, Dan.13.e
Danieli populus agnoscit à deo datum honorem senecturis, ideo sedere iubent ut loquentem audiant decernentem, Dan.13.f
Daniel examinandos testes separatim audiens mendacij conuincit, Dan.13.f
Daniel conuincit presbyteros ore suo falsum dixisse testimonium, Dan.13.g
Daniel cinerem cribrari præcipit per uniuersum templum coram rege, Dan.14.c
Daniel mendacij arguitur à sacerdotibus Bel, Danielis 14.c
Daniel petitur & datur ad lacum leonum, sed saluatur, Dan.14.e
Daniel serue dei tolle prandium quod misit tibi deus, Dan.14.g
Daniel conuiua regis & honoratus super omnes amicos eius, Dan.14.a
Danielem ueniens rex die septimo uidet sedentẽ inter leones uiuum, Dan.14.g
Danielis hostes & perditionis causæ in lacum leonum, piscIuntur, & in momento deuorant, Ibi.
Daniel secundus Dauidis filius ex Abigail Carmelitide, 1.Par.3.a
Daniel signator literarum fœderis, Neem.10.a

¶Dare.

Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificatiõis offeres dño initia sanctorũ, Eccl'ci 7.d
Dario dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum, Eccl'ci 11.b
Dedit dominus, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, Iob 1.d
Da bono & nõ receperis peccatorem, Eccl'ci 12.a
In dato omni non des tristitiam uerbi mali, Ecclesiastici 18.b
Datum stultus acriter improperabit, & datum indisciplinati tabescere fecit oculos, Eccl'ci 18.c
Datus insipientis non erit utilis tibi, oculi enim eius septemplices sunt, Eccl'ci 20.b
Dabit exigua insipiens, & multa improperabit, Eccl'ci 20.b
Datum quoddam est inutile, & alicuius dati est retributio duplex, Eccl'ci 20.b
In dato omni hilarem fac uultum tuum, Ecclesiastici 35.b
Da altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinuentionẽ facito manuum tuarũ, Ibi.

Datis tuis dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi, Eccl'ci 35.b
Data ne improperes, Eccl'ci 41.d
Dabitur uobis in illa hora quid loquamini, Matthæi 10.b
Dabitur omni habenti, & abundabit, Mat.25.b
Dabitur illi qui habet, & qui non habet etiã quod habet auferetur ab eo, Marc.4.c
Data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra, Matth.28.d
Date & dabitur uobis, Luc.6.c
Dabitur illi qui habet: & quicunq; non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo, Lucæ 8.c
Dare beatius magis est quàm accipere, uerbum domini est, Act.20.g
Datum cui multum est multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo, Luc.12.f
Datorem hilarem diligit deus, 2.Cor.9.b
Datum omne optimum, & omne donum perfectum, desursum est, Iaco.1.c
Dabo unicuiq; uestrum secundum opera sua, Apocalyp.2.f
¶A Daphca profecti uenerunt in Alus, Nu.33.b
¶Daphnis fons limes promissæ terræ, N.34.b.c
¶Dara filius Zaræ, filij Iuda, 1.Par.2.a

¶Darius.

Darius Medus successit regi Balsasar Chaldæo, natus annos sexagintaduos, Dan.5.g
Darius constituit super regnum satrapas centum uiginti, & super eos tres principes, quorum unus erat Daniel, Dan.6.a
Darius pro Daniele liberando cor apponit, & ad occasum usq; solis insistit, sed contra legem uenire non audet, Dan.6.d
Darius posito in lacum Daniele, dolens dormit incœnatus, Dan.6.e
Darius diluculo festinus pergẽs ad lacum, ait: Putásne ualuit te liberare à leonibus? Dan.6.e
Darius lege decernit, ut deus Danielis in suo toto imperio & regno colatur, Dan.6.g
Darius filius Assueri de semine Medorum imperauit super regnum Chaldæorum, Dan.9.a
Darij Medi primo anno Daniel, pphetat, Dã.11.a
Dario regi scripta epistola à Samaritanorum ducibus, Esd.5.b
Darius dicitur etiam rex Assur, Esd.6.d
Darius cœnam magnam facit magistratibus Mediæ & Persidis, ab India usque ad Aethiopiam super centum uiginti septem prouincias, 3.Esdræ 3.a
Darius epistolas scribit in Syriam & Phœnicen, ut adiuuent extrui ciuitatẽ Ierusalem, 3.Esd.4.f
Darius præcipit Iudæis libertatem & immunitatem, 3.Esd.4.f
Darius scripsit dari sacram stolam, sortes Leuitis, & stipendia, 3.Esd.4.g

Darius admonetur uoti de ædificatione Ieruſalē, & uaſorum reſtitutione reliquorū, 3.Eſd.4.e
Darius mille equites mittit cum Iudæis Hieroſolymam, 3.Eſd.5.a
Dario miſſa epiſtola per Siſennem & ſocios, 3.Eſd.6.a
Darius confirmat & renouat decretum Cyri, de extructione templi addens libertatem & priuilegia, 3.Eſd.6.d
Darius optat orari pro ſe dominum deum Iſrael in tēplo quod Hieroſolymis extruebatur, Ibid.

¶ *Dathan.*

Dathan & Abiron filij Eliab, Num.16.a
Dathan & Abiron à Moſe uocati nō ueniunt ex contemptu & calumnia renunciata, Nu.16.b
Dathan filius Eliab ſeditioſus, Num.26.b
Dathan & Abiron cum Core deuorauit terra aperiens os ſuum, Num.26.b
Dathan deglutiuit terra aperta, Pſal.106.17.
¶ Datheman munitio in Galaad, 1.Mach.5.b

¶ *Dauid.*

Dauidis regnum prædicitur, quē dominus quæſierit ſecundum cor ſuum, & præceperit ut ſit dux ſuper populum domini, 1.Reg.13.c
Dauid rex inungitur prætextu ſacrificij peragendi à Samuele prophera, 1.Reg.16.a
Dauid paruulus oues paſcit, & uocatur ad diſcubitum, 1.Reg.16.c
Dauid rufus, pulcher aſpectu, decoraq; facie à Samuele ungi præcipitur à domino, 1.Reg.16.c
Dauid à Samuele unctus in medio fratrum eius, 1.Reg.16.c
Dauid à die unctionis directus eſt ſpiritu, & deinceps, 1.Reg.16.c
Dauid filius Iſai Bethlehemitæ ſciens pſallere, fortiſſimus robore, uir bellicoſus, prudens in uerbis, uir pulcher, & dominus cum eo, 1.R.16.d
Dauid filium tuum qui eſt in paſchuis mitte ad me mandat Saul Iſai, 1.Reg.16.d
Dauid à patre regi mittitur cum aſino pleno panibus, lagena uini, hœdo de capris, 1.Re.16.d
Dauid Saulem obmittens, abijt ad patrem tribus pro ſe fratribus miſſis in bellum maioribus ut paſceret greges patris, 1.Reg.17.c
Dauidis zelus in populum domini, & contra pro uocatorem Goliath oſtenditur uerbis primum, deinde factis, 1.Reg.17.c
Dauid à patre mittitur ad caſtra cum cibis & muneribus pro fratribus & tribuno, 1.Reg.17.c
Dauid erat adoleſcens rufus & pulcher aſpectu, 1.Reg.17.e
Dauid falſo arguitur à fratre Eliab ſupbiæ & nequitiæ cordis & bellicoſitatis præſumptuoſæ, 1.Reg.17.d
Dauidis uerba annunciata Sauli, 1.Reg.17.d
Dauidis fides & animi fortitudo pro dei gloria, & patria religione contra blaſphemum Goliath, 1.Reg.17.d

Dauid pſuadet ex anteactis ſe poſſe ſuperare Goliath uirtute dei, 1.Reg.17.d
Dauid leonē & urſum tollentes arietē pſequutus eſt, percuſſit, & prædam abſtulit, 1.Reg.17.d
Dauid armatus incedere non poteſt, quia præter illius conſuetudinem, 1.Reg.17.e
Dauid feſtinauit & cucurrit ad pugnā ex aduerſo Philiſthæi, miſit manum in peram, lapidem rulit, funda iecit, & in fronte percuſſit ut lapis infigeretur, & caderet Goliath in faciem, 1.R.17.f
Dauid prævaluit Philiſthæo in funda & lapide, percuſſumq; interfecit, & proprio Goliath gladio caput illius præcidit, 1.Reg.17.f
Dauid Philiſthæo, Tu uenis ad me cum gladio, haſta & clypeo, ego autem in nomine domini exercituum, dei agminum Iſrael, quibus hodie exprobraſti, 1.Reg.17.f
Dauid attulit in Ieruſalem caput Goliath, arma uero eius poſuit in tabernaculo ſuo, 1.Re.17.g
Dauid ad Saul introductus ab Abner, caput Goliath habens in manu, 1.Reg.17.g
Dauid filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ, 1.Regum 17.g
Dauid et Ionathas inierunt fœdus, quia diligebat eum quaſi animam ſuam, 1.Reg.18.a
Dauid egrediebatur ad omnia quæcunq; miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat, 1.Reg.18.b
Dauidem poſuit Saul ſuper uiros belli, acceptus erat in oculis uniuerſi populi, maximeq; in conſpectu famulorum Saul, 1.Reg.18.b
Dauid declinauit à facie Saul ſecundo, 1.Regum 18.c
Dauid pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies ante Saul, 1.Reg.18.c
Dauidem amouit à ſe Saul, & fecit tribunum ſuper mille uiros, egrediebatur & ingrediebatur in conſpectu populi, 1.Reg.18.d
Dauid in omnibus uijs ſuis prudenter agebat, & dominus erat cum eo, 1.Reg.18.d
Dauidem diligebat omnis Iſrael, & Iudas, & ipſe egrediebatur & ingrediebatur ante eos, Ibidē.
Dauid ait, Quis ego ſum, aut quæ uita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, ut fiam gener regis? 1.Reg.18.e
Dauidem Michol amabat, & id Sauli placebat, 1.Reg.18.e
Dauidi dicitur, Ecce places regi, & omnes ſerui eius te diligunt, eſto nunc gener regis, 1.Regum 18.e
Dauid dicit, Parúmne uidetur uobis generum eſſe regis, cum ego ſim pauper & tenuis? 1.Regum 18.f
Dauid à principio egreſſionis principum Philiſthinorum prudentius ſe gerebat quàm omnes ſerui Saul, & celebre factum eſt nomen eius nimis, 1.Reg.18.g
Dauidi placuit ut fieret gener regis pro centum præputijs Palæſtinorum, 1.Reg.18.g

Dauid percuſſit ex Palæſtinis 200. uiros, & præputia illis ablata anumerauit regi, 1.Reg.18.g
Dauid à Ionatha conciliatus Sauli fuit ante eum, ſicut erat heri & nudiustertius, 1.Reg.19.b
Dauid pugnat iterum contra Philiſthijm, & fecit plagam in eis magnam, 1.Reg.19.b
Dauide declinante, lancea perlata eſt in parietem, ut fugeret & ſaluaretur, 1.Reg.19.b
Dauid iubetur afferri Sauli uel in lecto ut occidatur, ſed non aderat, à Michol liberatus, 1.R.19.c
Dauid euaſus ad Ramatha uenit, ad Samuelem, nuncians quæ ſecum agerentur, 1.Reg.19.c
Dauid & Samuel morati ſunt in Naioth, 1.Regum 19.d
Dauid queritur Ionathæ ſuas anguſtias, & iniurias pro innocentia & beneficijs, 1.Reg.20.a
Dauid uno tãtum gradu à morte abfuerat, 1.Regum 20.a
Dauid modum proponit quo periculum ſciat & euadere poſſit per Ionathan, 1.Reg.20.b
Dauid fallit aliquantiſper Saulem, 1.Reg.20.b
Dauid in agro abſconditus, requiritur à Saul in malum, 1.Reg.20.d
Dauidis ſeſſio requiretur à Saul in calendis, 1.Reg.20.d
Dauide uiuente non ſtabilieris tu, nec regnum tuum ait Saul ad Ionathan, 1.Reg.20.f
Dauid quæritur ad mortẽ à Saul, ſed defenditur à filio Saul, 1.Reg.20.f
Dauid in terram pronus cadens tertio Ionathan adorat, oſculatur & pariter flent, 1.Reg.20.g
Dauid panem ſanctum à ſacerdote ſuſcipit, dum laicus non eſt ad manum, 1.Reg.21.a
Dauid in Nobe cum Achimelech diſſimulat ſuum periculum, & eundem inuoluit æque magno, 1.Reg.21.a
Dauid mendatio ſuo ſacerdotem inclinat ad beneficium neceſſarium recipiẽdum ab illo, Ibid.
Dauidis continentia ab uxore in anguſtijs, 1.Regum 21.b
Dauid fugit ad Achis regem Geth, 1.Reg.21.c
Dauid accipit à ſacerdote gladium Goliath, 1.Regum 21.c
Dauid à ſacerdote petit haſtam aut gladium quo carebat, quia ſermo regis urgebat, 1.Reg.21.c
Dauid rex terræ agnoſcitur ab Achis rege Geth, cui canebant, Dauid percuſſit 10000. 1.Re.21.d
Dauid ualde extimuit à facie regis Achis, 1.Regum 21.d
Dauid corã Achis ſimulat ſe inſanum, collapſus inter manus ſeruorum Achis, & impingens in oſtia portæ, 1.Reg.21.d
Dauid inſanus exiſtimatus ab Achis & furioſus, eijcitur è domo eius, 1.Reg.21.d
Dauid ab Achis fugit ad Odollam ſpeluncam, 1.Reg.22.a
Dauid accedunt parentes, fratres, amici, oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & fit illorum princeps numero 400. uiri, 1.Reg.22.a
Dauid de Odolla in Maſpha fugit, quæ eſt in Moab, 1.Reg.22.a
Dauid à Moab redit in terram Iuda, in ſaltum Hareth, 1.Reg.22.a
Dauid regem Moab orat pro ſuſceptione ſuorũ ad tempus, 1.Reg.22.a
Dauidis pater & mater apud regem Moab ſunt, quandiu Dauid eſt in præſidijs, 1.Reg.22.a
Dauid fatetur ſe reum omnium animarũ domus patris Abiathar, 1.Reg.22.d
Dauid dominum conſulens iubetur Philiſthæos percutere, & Ceilam ſeruare, 1.Reg.23.a
Dauidis uiri timent aggredi Philiſthæos, propter quos ſecundo dominum conſulens aſſecuratur de Ceila ſeruanda, 1.Reg.23.a
Dauid de Ceila egreſſus cum ſuis uagatur incertus, 1.Reg.23.b
Dauid manet in ſolitudine Ziph, 1.Reg.23.b
Dauid dominum conſulit per Ephod Abiathar, ſi Ceila capienda ſit, & ipſe tradendus Sauli, & audit futurum utrunq; ſi maneat, 1.Reg.23.b
Dauid deſperat ſe poſſe euadere à facie Saul, quĩ ad modum coronæ illum cinxerat, 1.Re.23.d
Dauid præſcindit oram chlamydis Saul ſilenter in ſpelunca, 1.Reg.24.a
Dauid deum inuocat ut non ſinat ſe manus inijcere in chriſtum domini regem Saul, 1.R.24.b
Dauid cauſam ſuam & Saulis domino commendat, non uult ſuam iniuriam uindicare, 1.Regum 24.b
Dauid confringit uiros ſuos, ne uelint Saulum occidere, 1.Reg.24.b
Dauid Sauli iurat ſemen ſuum nõ ſe deleturum, nec ablaturum nomen Saulis de domo patris ſui, 1.Reg.24.d
Dauid oſtendit Sauli periculum, à quo eum uolẽs ſeruarit in ſpelunca, 1.Reg.24.b
Dauid inclinans ſe, pnus in terrã adorauit Saulẽ, & hortatur ad clementiam erga ſe, 1.Reg.24.b
Dauid facto perſpicuo oſtendit Sauli innocentiam ſuam, & Saulis indignum furorem in ſe, 1.Reg.24.c
Dauid non ſe uult ulciſci, ſed cauſam ſuam diuino commendat iudicio, 1.Reg.24.c
Dauid ſe comparat cani mortuo, & pulici uno, 1.Reg.24.c
Dauid nõ fidit Sauli, ſed ad tutiora ſibi loca cum uiris confugit, 1.Reg.24.d
Dauid miſſis uiris ſalutat Nabal, allegat beneficia, inſinuat neceſſitatem, orat benedictionem, & munus pro ſuis uiris, 1.Reg.25.a.b
Dauidis & uirorum militum innocentia & probitas etiam in multa penuria, 1.Reg.25.a.b
Dauidem cum uiris ſuis crudeliter alloquitur & calumniatur ſtultus Nabal, 1.Reg.25.b
Dauidis iuſtitia prędicatur & ſuorum à ſeruis Nabal, & integra fides, 1.Reg.25.c

Dauid iniuria ſua & ſuorum laceſſitus, armatur tum ſuis contra Nabal, 1.Reg.25.c

Dauidem deus prohibuit ne ueniret in ſanguinẽ, 1.Reg.25.d

Dauidis humanus affectus contra Nabal, iurantis nõ relicturum ſeſe mingentem ad parietem de domo Nabal, 1.Reg.25.d

Dauidi faciet dominus domum fidelem, 1. Regum 25. e

Dauid prælia domini præliatur, ut non inueniatur malitia in eo omnibus diebus uitæ eius, 1. Reg.25.e

Dauidis anima cuſtodita erit quaſi in faſciculo uiuentium apud dominum deum tuum, Ibidem.

Dauidis inimicorũ anima rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ, 1.Reg.25.e

Dauidi non erit ſingultus et ſcrupulus cordis pro effuſo à ſe ſanguine innoxio, 1.Reg.25.e

Dauid gratias agit domino, quod prohibitus fuerit ab effuſione ſanguinis ex ſenſatæ mulieris ſermone, 1.Reg.25.f

Dauid non proſequitur quod iurauerat in ira iuramentum, de occidenda familia Nabal, Ibid.

Dauidis uxores tres, Michol, Achinoam, & Abigail, 1.Reg.25.g

Dauid locutus eſt ad Abigail, ut eam uxorem ſumeret, 1.Reg.25.g

Dauid uenit in locum ubi dormiebat Saul, & Abner princeps militiæ, 1.Reg.26.a

Dauid Saulem obteſtatur, ut deſinat hoſtis eſſe benefico & fideli ſeruo ſibi, uel credere ſuſurronibus mendacibus, 1.Reg.26.e

Dauid queritur ſe eiectum de hæreditate domini, & compelli pro tanto ut ſeruiat dijs alienis, 1.Reg.26.e

Dauid clamat ad Abner, & increpat perfidiæ in cuſtodia regis ſui, quam obmiſerit dormiens in tanto periculo, 1.Reg.26.c

Dauid fugit ad Achis, filium Maoch regem Geth, cum 600. uiris ſuis, & domo ſua, 1.Reg.27.a

Dauid in Palæſtina habitauit 4. mẽſibus, 1.R.27.c

Dauid cum uiris ſuis prædas agebat de Geſſuri & Gerzi & de Amalechitis, 1.Reg.27.c

Dauid percuſſit omnem eam terram, non relinquebat uiuentem, ne forte loquerentur contra Dauid in Geth, 1.Reg.27.c

Dauid regi Achis loquebatur ad alium ſenſum quàm res erat, 1.Reg.27.d

Dauidem rex Achis cuſtodem conſtituere uult ſui capitis cunctis diebus, 1.Reg.28.a

Dauid & uiri eius in nouiſſimo Palæſtinorum agmine erant cum Achis, 1.Reg.29.a

Dauid ab Achis laudatur de fide cum ſuis, ſed accuſatur à ſatrapis Palæſtinorum, 1.Reg.29.a

Dauid quomodo aliter poteſt placare dñm ſuum Saul, quàm cum capitibus noſtris? 1.Reg.29.b

Dauidi canebant in choris, Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in 10. millibꝰ ſuis, 1.R.29.b

Dauidi Achis ait, Vinit dominus quia rectus es et bonus in conſpecto meo, &c. ſed ſatrapis non places, 1.Reg.29.c

Dauid fidem ſuam non patitur attenuari circa Achis regem, ſed excuſat quæ à ſatrapis dicebantur, 1.Reg.29.c

Dauidi ait Achus, Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut angelus dei, ſed, &c. 1.Reg.29.c

Dauid ab Achis iubetur diluculo domum redire pro malitia ſatraparum, prouidentia autem dei, 1.Reg.29.d

Dauid & uiri planxerunt in Siceleg uxores, filios & filias captas ab Amalechitis, 1.Reg.30.b

Dauidis duæ uxores captæ in Siceleg ab Amalechitis, 1.Reg.30.b

Dauidem populus lapidare uolebant ob dãnum perſonarum & rerum in Siceleg, ſed confortatus fuit in domino deo ſuo, 1.Reg.30.b

Dauid dominum conſulit per Abiathar & per Ephod ipſius, ſi Amalechitas perſequi debeat, nec ne, 1.Reg.30.b

Dauid à deo iubetur pſeq latrunculos, recuperare prędã uniuerſam, quod et factum eſt, 1.R.30.b

Dauid eruit oĩa quæ Amalechitæ deprædati fuerant in Siceleg, nec quicquã defuit, 1.Reg.30.c

Dauidi obuiam ueniunt laſſi ducenti circa torrentem Beſor, 1.Reg.30.e

Dauid uictoriæ fructum & laudem domino deo ſuo acceptam refert, prædas diuidit etiam ad ſarcinas reſidentibus, 1.Reg.30.f

Dauid de præda dona mittit ſenioribus urbium Iuda, 1.Reg.30.g

Dauid gratus his cum quibus exul fuerat ſuſtentatus, ẽ præda domini dona mittit, 1.Reg.30.g

Dauidi annunciatur mors Saulis & Ionathæ, 2. Reg.1.a.b

Dauid ueſtimenta ſcidit ad rumorem Saulis & Ionathæ occiſorum, eoſdẽ planxit & fleuit, 2.Regum 1.b

Dauid ieiunat ſuper Saul, Ionathan, populum domini, & domum Iſrael, 2.Reg.1.b

Dauid domini conſilio aſcendit ad Hebron cum uxoribus duabus, 2.Reg.2.a

Dauid inungitur rex à uiris Iuda, 2.Reg.2.a

Dauid nuncios mittit ad uiros Iabes Galaad, commendans eos pro officio collato in Saul mortuum & filios, 2.Reg.2.a

Dauidis regnum ſola ſequebatur tribus Iuda, 2. Reg.2.b

Dauid imperat Iudæ in Hebron ſeptem annis, & ſex menſibus, 2.Reg.2.c

Dauidis domus concertans cum Saulis domo, continuo ſeipſo fit robuſtior, 2.Reg.3.a

Dauidi nati in Hebrõ ſex filij, Amnon, Cheleab, Abſalom, Adonias, Saphatia, Iethraam, 2.Regum 3.a

Dauidis thronum iurat ſe eleuaturum Abner à Dan uſq; Berſabee, 2.Reg.3.b

Dauid amicicias facit cum Abner, ſed ſi reſtituatur ſibi Michol filia Saul, 2.Reg.3.c
Dauidi uxor redditur Michol filia Saul, 2.Re.3.c
Dauid ſuper tumulum Abner flet, luget & plangit conceptis uerbis, 2.Reg.3.f
Dauid deducit Abner cum pace abeuntem, 2.Regum 3.d
Dauid imprecatur Ioab pro Abner occiſo mala multa, 2.Reg.3.f
Dauid iubet lugere omnes ſeruos ſuos mortem Abner, procediteq; ante exequias, 2.Reg.3.f
Dauid ſequebatur feretrum Abner, 2.Reg.3.f
Dauid agnoſcit ſe regem unctum & adhuc deliccatum, 2.Reg.3.g
Dauid in luctu Abner cibum iurat ſe non capturum ante occaſum ſolis, 2.Reg.3.g
Dauidis luctus pro Abner placuit omni populo, 2.Reg.3.g
Dauidis animam dominus uiuens eruit de omni anguſtia, 2.Reg.4.d
Dauid occiſoribus Saul & Isboſeth mercedem dignam dat pro nuncio, 2.Reg.4.d
Dauid habitauit in arce, et uocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum à Mello & intrinſecus, 2.Reg.5.b
Dauid cum rex eſſet Saul, erat educens & reducēs ſuper Iſrael, 2.Reg.5.a
Dauidi dixit deus teſtimonio populi, Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael, 2.Reg.5.a
Dauid fœdus init cum ſeniorib⁹ Iſrael in Hebrō coram domino, & ungitur rex Iſrael, 2.Re.5.a
Dauid triginta annis fuit cum regnare cœpiſſet, et quadraginta annis regnauit, 2.Reg.5.a
Dauid ſeptem annis regnauit in Hebron, & tres menſes, trigintatribus ſuper Iſrael & Iudā, Ibi.
Dauid cum uiris abijt in Ieruſalem ad Iebuſæum habitatorem terræ, 2.Reg.5.a
Dauid proficiens ſuccreſcebat, & dominus erat cum eo, 2.Reg.5.b
Dauidi nuncios mittit rex Tyri, ligna & artifices ad ædificandum domum Dauid, 2.Reg.5.b
Dauid cognouit à domino cōfirmatum regnum ſuum ſuper Iſrael, 2.Reg.5.b
Dauid accepit adhuc concubinas & uxores de Ieruſalem, natiq; ei ſunt filij & filiæ in Ieruſalem, 2.Reg.5.c
Dauid præmium ꝓpoſuit q̄ percuſſiſſet Iebuſæum, & retigiſſet domatum fiſtulas, & abſtuliſſet cæcos & claudos, odientes animā Dauid, 2.R.5.b
Dauid cepit arcē Zion, hæc eſt ciuitas Dauid, Ibi.
Dauidem regem factum in Ieruſalem Palæſtini adoriuntur, 2.Reg.5.c
Dauid domini conſilio Palæſtinos debellat & auxilio, 2.Reg.5.c
Dauid deſcendit in præſidium rex factus contra Palæſtinos eum impetentes, 2.Reg.5.c
Dauid iubetur à domino gyrare Palæſtinos ex aduerſo pyrorum, 2.Reg.5.d
Dauid electos Iſrael 30000. congregat pro arca dñi deducenda de domo Abinadab, 2.Reg.6.a
Dauid ludebat cum uiris Iſrael in citharis, lyris, tympanis, ſyſtris, & cymbalis, 2.Reg.6.a
Dauid adduxit arcam dei de domo Obededom cum gaudio in ciuitatem ſuam, 2.Reg.6.b
Dauid noluit diuertere ad ſe arcam domini, quia extimuit ab exemplo Ozæ percuſſi, 2.Re.6.b
Dauid percutiebat in organis, armigatis, & ſaltabat totis uiribus ante dominum accinctus Ephod lineo, 2.Reg.6.c
Dauid improperat Michol filiæ Saul irreligioſitatem patris, quem deus abiecerit, & ſeſe elegerit, cui per humilitatē cōplacere conetur, 2.Re.6.d
Dauid quiete accepta à domino ſedens domi cogitat & loquitur cum propheta Nathan, de domo domini extruenda, 2.Reg.7.a
Dauid obtulit holocauſta & pacifica coram domino, 2.Reg.6.c
Dauid completis ſacrificijs benedixit populo in nomine domini exercituum, 2.Reg.6.c
Dauid partitus eſt ſingulis collyridam panis unā, & aſſaturam bubalæ carnis unam, & ſimilam frixam oleo, 2.Reg.6.d
Dauid reuerſus ut benediceret domui ſuæ uilipenditur à Michol filia Saul, 2.Reg.6.d
Dauidē tulit deus ex paſcuis gregum, ut eſſet dux ſuper populum Iſrael, 2.Reg.7.b
Cum Dauid fuit deus in omnibus ubicunq; ambulauit, & interfecit hoſtes ipſius, 2.Re.7.b
Dauidi deus fecit nomen magnum, iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra, 2.Reg.7.b
Dauidis domus fidelis erit, & regnum tuum uſq; in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus firmus erit iugiter, 2.Reg.7.c
Dauidis gratitudo & oratio humilis, ante deum ſedentis, 2.Reg.7.c
Dauidi beneficia confert propter uerbum ſuum deus, & magnalia operatur, ut innoteſcat & magnificetur, ut ſciatur nullus eſſe ſibi ſimilis, Ibi.
Dauid ꝓmittit deus requiem ab omnibus inimicis ſuis, & domum quam illi faciet, 2.Reg.7.c
Dauidis ſemen ſuſcitabo poſt te, de utero tuo, cuius regnum firmabo, 2.Reg.7.c
Dauidis filius ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliā thronum eius uſq; in ſempiternum, 2.Reg.7.c
Dauidis filio ego ero in patrem, & ipſe erit mihi in filium, qui ſi inique aliqd egerit, arguā eum in uirga hominum, &c. miſericordiam autem meam ab eo non auferam, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie tua, 2.Reg.7.c
Dauid orat dominum, ut impleat circa eum omnia quæ promiſit, ad ſanctificationem diuini nominis, 2.Reg.7.d
Dauidis domus ſtabilita erit coram domino, cuius deus auriculam reuelauit, 2.Reg.7.d

Da

Dauid percussit Adarezer filium Rohob, regem Soba, 2.Reg.8.a

Dauid dominatus est super flumen Euphraten, 2.Reg.8.a

Dauidem seruauit dominus in omnibus ad quæ cunq; profectus est, 2.Reg.8.b

Dauid ex partibus Sobæ cepit 1700. equites, & 20000. peditum, iugales curruum subneruauit, currus tantumodo centum reliquit, 2.Re.8.a

Dauid percussit de Syria Damasci 22000. uiros, 2.Reg.8.b

Dauidis serui tui domus benedictione tua benedicetur in sempiternum, 2.Reg.7.d

Dauid Palæstinos percussit, humiliauit & tributarios fecit, 2.Reg.8.a

Dauid sanctificauit domino aurum, argentum et æs, ablata Syriæ, Moabitis, Ammonitis, Palæstinis, Amalechitis, & Adarezer, 2.Reg.8.c

Dauid sibi nomẽ fecit cum rediret de Syria in ualle Salinarum, cæsis 18000. 2.Reg.8.d

Dauid posuit in Idumæa custodes, quæ uniuersa facta est seruiens, 2.Reg.8.d

Dauid facere deliberat misericordiam cum reliquis de domo Saul propter Ionathan, 2.R.9.a

Dauidis filij sacerdotes erant, 2.Reg.8.d

Dauidem seruauit dominus in omnibus ad quæ cunq; profectus est, 2.Reg.8.d

Dauid regnauit super omnem Israel, 2.Reg.8.d

Dauid faciebat iudicium & iustitiam omni populo suo, 2.Reg.8.d

Dauid contraxit omnem Israelem Iordanem transiens in Helam, 2.Reg.10.d

Dauid occidit de Syris 700. currus, & 40000. equitum & Sobach principem militiæ, 2.Re.10.d

Dauid post peccatum adulterij tentatur de homicidio, 2.Reg.11.a

Dauid post meridiem surgens de stratu deambulans in solario, uidet mulierẽ lauantem se Bethsabee, pro qua mittens dormiuit cum ea, & concepit, 2.Reg.11.a

Dauid epistolam ad Ioab scribit contra Vriam, ut occidatur, 2.Reg.11.c

Dauid solicitat Vriam ad ebrietatem, ut cum uxore dormire uelit, 2.Reg.11.c

Derben perueniens Paulus euangelizat & docet multos, unde redijt in Lystram Iconium & Antiochiam, Act.14. d
¶Dercon filij ex seruis Salomonis redeunt, Esdræ 2.c Neem.7.e

¶*Derisor.*

Derisorẽ qui erudit, ipse sibi iniuriã facit, Pro.9.b
Derisorem noli arguere, ne te oderit, Pro.9.b
Derisorem eijce, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causæ & contumeliæ. Prou.22.b
¶Desanon filij, 3.Esd.5. c
¶Dessau castellum, 2.Mach.14. c

¶*Desertum.*

Deserta & inuia lætabitur, exultabit solitudo & florebit quasi lilium gentilitas, Isa.35. a
Deserta gentilitas germinans germinabit, exultabit lætabunda & laudans, Isa.35.a
Desertum erit Charmel, & Charmel in saltum reputabitur, Isa.32.c
Desertum ponam in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum, Isa.41.e
Desertum lætet et ciuitates, et uillæ cedar, Isa.42.b
In deserto nõ sitierunt cum educeret eos, Isa.48.d
Deserta sæculorum in te ædificabuntur, Isa.58. d
Desertum transijt Israel terrã inhabitabilẽ, inuiã, terram sitis, & mortis imaginem, in qua nõ ambulauit uir neq; habitauit homo, Ierem.2.b
Deserti speciosa pinguescent, colles exultatione accingentur, Psal.65. 12.
Desertum posuit deus in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum, Psal.107. 35.
Desertis in locis Christus erat, & conueniebant ad eum undiq;, Mar.1.d
Desertum in locum abiens, diluculo ibi orabat, Marc.1.d
Desertum locum abeunt naui Christus cum discipulis, Marc.6.d

Deſertum locum petebat Chriſtus, ubi turbę eum requirebant & detinebant ne diſcederet ab eis, Luc.4.g

Deſertum ſecedebat & orabat, Luc.5.d

¶*Deſiderium.*

Deſiderium omne meum ante te eſt, gemitus meus à te non eſt abſconditus, Pſal.38.9.

Deſiderium meum abſtuliſti, quaſi uentus redactus ſum in nihilum, Iob 30.c

Deſiderium iuſtorum omne bonum, præſtolatio impiorum furor, Pro.11.c

Deſiderium impij monimẽtum eſt peſſimorum, Prou.12.b

Deſiderium ueniens lignum uitæ, Prou.13.b

Deſiderium ſi compleatur delectat animam, Prouerb.13.d

Deſiderium ueſtrum impleat deus meus, ſecundum diuitias ſuas in gloria, Philip.4.d

Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, coartor è duobus, Philip.1.d

Deſiderat uidere Paulus Theſſaloniceñ. 1.Theſſalon.2.d

Deſideretis nihil alterius, ſed laborate manibus, idq; contra mendicantes & otioſos, 1.Theſ.4.c

Deſideria inutilia et nociua mergunt homines in interitum & perditionem, 1.Tim.6.b

Deſideria iuuenilia fuge, 2.Tim.2.d

¶*Deſolare.*

Deſolabitur ſicut in uaſtitate hoſtili regio ueſtra, Iſa.1.c

Deſolabit dñs linguam maris Aegypti, Iſa.11.d

Deſolabuntur montes Iſrael, &c̃. Ezech.33.f

Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet corde, Ierem.12.c

Deſolatio perſeuerabit uſque ad conſummationem & finem, Dan.9.g

¶*Deſpicere.*

Deſpectus fuit & nouiſſimus uirorum Chriſtus, cui aſpectus non erat, Iſa.53.a

Deſpiciens proximum ſuum peccat, Pro.14.c

Deſpiciens amicum ſuum indigẽs eſt corde, Prouerb.11.b

¶*Deſperare.*

Deſperatio de uenia ſequela homicidij, Gen.4.c

Deſperat Cain de uenia, Gene.4.c

Deſperationem periculoſam eſſe an neſcis Abner dicit, 2.Reg.2.f

Deſperaui nequaquam faciam quod prophetæ monent, Iere.2.f

Deſperantes confirmat, & promiſſione miſericordiæ diuinæ erigit, Ezech.33.c

¶Deſpondi uos uni uiro, ut uirginem caſtam exhibeatis uos Chriſto, 2.Cor.11.a

¶*Deſtruere.*

Deſtruendi tempus & ædificandi, Eccl'es 3.a

Deſtruo quos ædificaui, euello quos plantaui, uniuerſam terram hanc Iuda, Iere.45.b

Deſtruxit mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium, 2.Tim.1.c

¶*Detrahere.*

Detrahit Iſrael domino, Num.14.b

Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar, Pſal.101.5.

Detrahebãt mihi pro eo ut me diligerent, ego autem orabam, Pſal.109.4.

Detrahentes mihi pudore induantur, & operiantur ſicut diploidæ confuſione ſua, Pſal.109.29

Detrahens alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat, Prou.13.c

Detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum, & ruinã utriuſq; quis nouit? Prou.24.c

Detrahens occulte, quaſi ſi ſerpens mordeat in ſilentio, Eccl'es 10.c

A detractione linguæ parcite, Sap.1.c

Detrahere nolite alterutrum, Iaco.4.c

Detrahens fratri aut iudicans, detrahit legi & iudicat legem, Iaco.4.c

Detractores ueſtros ex bonis ueſtris opibus conſiderantes, facite glorificatores dei, 1.Pet.2.b

¶Detrimenta omnia arbitratus ſum lucra propter Chriſtum, Philip.3.b

Detrimentum exiſtimo omnia propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti dñi mei, Philip.3.b

¶*Deus.*

Deus creauit cœlum & terram, Gene.1.a

Dei præcepto & uerbo fiunt omnia, Ge.1.a.b.c

Dei uerbum à ſerpente reprehenditur, Gen.3.a

Deus interficit ſpiritum uitæ, Gen.6.c

Deus tangitur dolore cordis (locutio eſt) Ge.6.b

Deus ego qui eduxi te Abram de Vr Chaldæorum, Gen.15.b

Deus qui uidiſti me, nomen eſt loci, Gen.16.d

Deus uult eſſe deus fidelium & ſeminis ipſorum, Gene.17.a

Deus Abraham & ſeminis ſui ex pacto inito, Gene.17.a

Deus ero ſeminis Abraæ fœdere ſempiterno, Geneſis 17.a

Dei proprium nomen eſt, Ego ſum, Gen.17.a

Dei ſolius eſt facere creſcere, Gen.17.a

Deus uult ſuam bonitatem firmiter credi, Geneſis 17.a

Deus, angeli, uiri, promiſcue dicitur, Ge.18.a.b.c

Deo nihil eſt difficile, Gene.18.b

Deus promittit bona, ſed obſeruatoribus uoluntatis ipſius, Gene.18.c

Deus deſcendit, inquirit, uidet, ut ſciat quid faciat, omnia humano loquendi more, Gen.18.c

Deus non cælare poteſt ſanctos uoluntatẽ ſuam, Gene.18.c

Deus ſecreta ſua amicis reuelare conſueuit, Geneſis 18.c

Deꝰ abire dicit, cum euaneſcit in ſpectro, Ge.18.d

Cum deo loquendum humiliter & cum reuerentia, Gene.18.d

Deus patitur humano more secum loquentes, Gene.18.d
Deo colloquuntur cunctanter sancti, Gene.18.d
Dei maxima docetur misericordia, Gen.18.d
Deus iudex omnis terrę necessario facit iudicium, Gene.18.d
Dei auxilium adest cum desperatur humanum, Gene.19.b
Deus pronior ad miserandum, Gen.19.e
Deus uenit ad Abimelech noctu, Gen.20.a
Deus seruat ne electi peccent, Gene.20.b
Dei nomen inuocat Abraham in Bersabee, Genesis 21.d
Deus cum Ismaele est in solitudine, Gene.21.c
Dei uoluntas à pijs intelligitur facile, Ge.24.b.e
Dei misericordia & beneficentia ad Abraham agnoscitur à fideli seruo, Gen.24.c.f
Dei beneplacito nemo contradicere debet, Genesis 24.f
Deo committunt omnia Laban & Bathuel, Genesis 24.f
Deus uidetur scalæ innixus & loquens Iacobo, Gene.28.c
Deus omnium benedictionum author & dator, Gene.28.a
Deus consolatur Iacobum & assecurat, Ge.28.c
Deus dat Racheli conceptum pro Ioseph, Genesis 30.c
Deus seruabat Iacob ne iacturam pateretur à Laban in temporalibus, Gen.31.a
Deus transfert substantiam ab uno in alium, Genesis 31.b
Dei opus Iacob non uult sibi ascribi, Gene.30.a
Dei præcepta omnia facienda, Gen.31.b
Deus Bethel admonet promissionum, Gen.31.b
Deus Abraham patris Iacob adest fideli, Ge.31.f
Deus solus & perpetuus testis iuramentorum, Gene.31.g
Deus omnipotens dicitur deus Abraham & Nachor, Gen.31.g
Deum ubique præsentem inuocant fœderantes, Gene.31.g
Deus inuocatur contra rumpentes fœdera, Genesis 31.g
Deus appellatur,uir,angelus & fortis, Gene.32.f
Deum uidit Iacob facie ad faciem, Gen.32.g
Deus socius fuit itineris Iacobo, Gen.35.a
Deus quod nobis fecit,quid hoc est? Gen.42.e
Deum Israel inuocauit Iacob in Sichim, Ge.37.d
Deus meus omnipotens faciat uobis uirum eum placabilem,& remittat uobiscum fratrẽ in uinculis,& hunc Beniamin, Gen.43.c
Deus ostendit Iosepho omnia quæ locutus est, Gene.41.e
Deus qui pascit ab adolescentia, & angelus qui eruit à malis benedicit sanctorũ filijs, Gen.48.c
Deus uertit in bonum quod uos de me cogitastis malum, Gen.50.d

Deus ego sum patris tui Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, Exod.3.b
Deus Hebræorum uocauit nos uiam trium dierum,ut domino deo nostro sacrificemus,ne accidat pestis aut gladius nobis, Exod.5.a
Deum Pharaonis ego te Mosen constituo, Exodi 7.a
Deus unice glorificandus & exaltandus in beneficijs, Exod.15.a
Deus patris mei adiutor meus, Exod.18.a
Deus magnus super omnes deos, contra eos qui superbe agunt contra fideles, Exod.18.b
Dei imperium Moses implebit, si Iethro cõsilium sequatur, Exod.18.d
Deus uenit ut uos probaret,et ut terror illius sit in uobis & non peccaretis, Exod.20.c
Deus ego,ut uidistis, de cœlo locutus sum uobis, Exod.20.d
Deum Israel uiderunt Moses, Aaron, Nadab, Abiu,& septuaginta seniores,&c. Exod.24.c
Dei clementiam Moses implorat, & promissorũ ueritatem, Exod.32.c
Deus renuit ascendere cum populo in terrã Chanaan,ob duritiem ceruicis illius, Exod.33.a
Deus dominator dominus, misericors, clemens, patiens,multæ miserationis, uerax, custodiens misericordiam in millia, auferens iniquitatem, scelera & peccata,nullusq; apud te per se innocens est,reddens iniquitatem patrum filijs,et nepotibus in tertiam & quartam progeniem, Exodi 34.a
Deum alienum noli adorare, Exod.34.b
Deus fortissime spirituum uniuersæ carnis, num uno peccante contra omnes ira tua desæuiet? Num.16.c
Deus nõ est ut homo,ut mentiatur,nec ut filij hominis ut mutetur, Num.23.c
Deus quæ dixit non faciet? locutus est & non implebit? Num.23.c
Deus cum ista faciet heu quis uicturus est? Numeri 24.b
Deo ductore uestro, nolite metuere nec timeatis, Deut.1.e
Deus pro suo populo pugnabit sicut fecit in Aegypto, Deut.1.e
Deus alius non est in cœlo uel terra,qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini, Deuteronom.3.d
Dei mandata faciendo uiues in eis, Deut.4.a
Dei præcepta & iudicia audienda quæ ipse docet, Deut.4.a
Dei præcepta & iustitias facietis in terra,quã possessuri estis,& implebitis opere, Deut.4.a
Deus Israel dominus est in cœlo sursum, & in terra deorsum,& non est alius, Deut.4.f
Deus noster non est ut dij eorum, & inimici nostri sunt iudices, Deut.32.d
Deo uendente gentem stultam unus persequitur

mille, duo fugant decem millia, Deut.32.d
Deus ego solus sum, & non est alius præter me, Deut.32. f
Deus ego occidam, & uiuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere, Deut.32. f
Deus leuat ad cœlum manum suam, & dicit: Viuo ego in æternum, Deut.32.f
Deus noster solus deus ostẽditur, per signa et portenta, robustam manum, horribiles uisiones, iuxta omnia quæ fecit pro Israele dominus, Deuteronom.4.e
Deus de cœlo audire fecit Israelem uocem suam, ut ipsum doceret, &c̃. Deut.4.f
Ego dominus, deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, Deut.5.a
Deos alienos non habebis in conspectu meo, Deut.5.a
Deus transit ante electos, ignis deuorans & consumens, qui impios conterit, delet & disperdit uelociter, Deut.9.a
Deus fortis, fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & custodientibus præcepta in millia: & reddens odientibus se, statim disperdendo, non differendo, Deut.7.b
Dei impotentiam iactant impij, dum non punit impios & iustos non saluat, Deut.9.d
Deus deorum est & dominus dominantium, dominus deus uester, Deut.10.c
Deus magnus, potens, terribilis, non accipit personam, nec munera, Deut.10.d
Dominum deum tuum timebis, & ei soli seruies, ipsi adhærebis, iurabisq; in nomine illius, Deuteronom.10.d
Deus tuus ipse est & laus tua, qui fecit hæc magnalia & terribilia, quę uiderunt oculi tui, Deuteronom.10.d
Deus quod præcipit id tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas, Deut.12.d
Deus respicit de sanctuario suo, de excelso cœlorum habitaculo, & benedicit populo suo Israel & terræ, &c̃. Deut.26.d
Deus fidelis & absq; ulla iniquitate, iustus & rectus, Deut.32.a
Deus solus dux fuit Israelis, & non erat cum eo deus alienus, Deut.32.b
Deum qui te genuit dereliquisti Israel, & oblitus es domini creatoris tui, Deut.32.c
Dei perfecta sunt opera, & omnes uiæ eius iudicia, Deut.32.a
Deus alius non est ut deus rectissimi (Israelis) ascensor cœli auxiliator tuus, Deut.33.d
Dei magnificentia discurrunt nubes, Deut.33.d
Dei habitaculum sursum, & subter brachia sempiterna, Deut.33.d
Deus eijciet à facie tua inimicum, dicetq; Conterere, Deut.33.d
Deus pugnat pro Iosue deus Israel, Ios.10.g

Deus tradit oẽs reges Chanaan Iosue, Ios.11.a
Deus dicitur arca dei à Palæstinis, 1.Reg.4.b
Dei laudes & opera audiant reges & principes, Iud.5.a
Deus alius non est extra te, nec fortis sicut deus noster, 1.Reg.2.a
Deus solus saluauit uos de uniuersis malis & tribulationibus uestris, 1.Reg.10.c
Deus non uult perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est, 2.Regum 14.c
Deus repropitiatus est terræ Israel prius sumptã pœnam de Saul à Gabaonitis, 2.Reg.21.c
Deus nullus præter dominum, 2.Reg.22.c
Deo non est similis in cœlo desuper, & deorsum super terram, 3.Reg.8.c 2.Par.6.b
Dei solius est occidere & uiuificare, 4.Reg.5.b
Deúsne uere putandus est habitare sup terram? 3.Reg.8.c 2.Par.6.c
Deus uindictas impiorum â diebus antiquis plasmat, & nunc adducit, 4.Reg.19.e
Deus tu fecisti cœlum & terram, 4.Reg.19.c
Dei nomen confitendum, inuocandum, notum faciendum, 1.Par.16.a
Dei mirabilia canenda, psallenda, narranda, 1.Paralip.16.b
Dei nomen sanctum laudandum, 1.Par.16.b
Deus magnus laudabilis & horribilis super omnes deos, 1.Par.16.c
Deo debetur confessio, magnificentia, fortitudo, gloria, imperium, ab oĩbus familijs gentium, 1.Par.16.c
Deo sacrificandum, deus adorandus in decore sancto, 1.Par.16.c
Deus regnauit dicant omnes nationes, 1.Pa.16.c
Dei gloria & mirabilia narranda in cunctis populis, 1.Par.16.c
Deus est qui saluat pios, congregat, eruit, qui solus confitendus, 1.Par.16.d
Deus Israel ab æterno benedictus, cui hymnus debetur ab omnibus, 1.Par.16.d
Dei multæ miserationes sunt quàm hominum, 1.Par.21.b
Deum patris tui scito, serui ei corde perfecto, & animo uoluntario, 1.Par.28.b
Deus scrutatur omnia corda, & uniuersas mentium cogitationes intelligit, 1.Par.28.b
Deum si quæsieris inuenies, si autem dereliqueris proijciet te in æternum, 1.Par.28.b
Dei est magnificentia, potentia, gloria, uictoria, laus, 1.Par.29.c
Dei sunt omnia quæ in cœlo & terra, regnum & principatus, 1.Par.29.c
Dei sunt diuitiæ, gloria, dominium, uirtus, potentia, magnitudo, & impium omnium, 1.Pa.29.c
Dei sunt omnia quæ promittere possumus, de manu dei omnia accepimus, & dedimus tibi, 1.Par.29.d

Dei cultus in templo erat, incenſum adolere, fumigare aromata, proponere panes, holocauſta facere mane & ueſpere, ſabbathis, neomenijs, & ſolennitatibus iuxta legem, 2.Para.2.a

Deus Iſrael eſt qui fecit cœlum et terram, 2.Pa.2.c

Deum Iſrael timentes, & colere cupientes, in decem tribubus ueniunt ad Roboam in regnum Iuda, 2.Par.11.c

Deus pollicitus eſt, ut habitaret in caligine, 2.Paralip.6.a

Deum me dereliquiſtis, & ego reliqui uos in manu Seſac, 2.Par.12.b

Deus terret fidelium aduerſarios, 2.Para.14.d

Deus noſter tu es, non prævaleat contra te homo, 2.Para.14.c

Dei oculi contẽplant uniuerſam terrã, 2.Par.16.c

Deus fortitudinem præbet his qui corde perfecto credunt in eum. 2.Par.16.c

Dei auxilium uidebitis ſup uos, non uos eritis q̃ dimicabitis, ſed tãtum ſtate cõfidẽter, 2.Pa.20.d

Dei eſt adiuuare exercitum, & in fugam conuertere, 2.Par.25.c

Deus Iſrael deus in cœlo eſt, dominatur cunctis regnis gentium, cuius eſt fortitudo & potentia, 2.Para.20.b

Deus bonus, ꝓpitiabitur cunctis, qui in toto corde reqrunt dñm deum patrum ſuorũ, & non imputabit eis q̃ minus ſanctificati ſunt, 2.Pa.30.c

Deum omnipotẽtem comparat Aſſyrijs dijs gentium, 2.Par.32.e.d

Deus ſolicite per nuncios prophetas monet Iſraelem de nocte conſurgens, eo quod parceret templo ſuo, 2.Par.36.c

Deus exercituum fortis Iſrael, Iſa.1.f

Deus ſolus exaltabitur in die illa, Iſa.2.c

Deus conſolabitur de hoſtibus ſuis, uindicabitur de inimicis, &c̃. Iſa.1.f

Dei exaltatio in punitione malorum, maxime uero idololatrarum, Iſa.2.b

Deo ſuo maledicens, & non credens uerbo eius, ſuſpiciet ſurſum, terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio & anguſtia, caligo perſequens, à qua non poterit auolare, Iſa. 8.d

Deus, ego quieſcam & conſiderabo de loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis, Iſa.18.b

Deum ſanctum Iſraelis blaſphemauit Aſſyrius, per ſeruos ſuos, Iſa.37.d

Deus ſedẽs ſuper cherubim, ſolus deus omnium regnorum terræ, terram & cœlum feciſti, uide & audi, Iſa.37.d

Deus ego, noui habitationẽ, egreſſum, introitum, & inſaniam, furorem et ſuperbiam tuã, Iſa.37.f

Deum cui ſimilem feciſtis, aut quam ei ponetis imaginem? Iſa.40.d

Cum deo quis conſilium iniit, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, erudiuit ſcientiæ? &c̃. Iſa.40.d

Deo ſunt omnes gẽtes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, Iſa.40.d

Deus ſedet ſuper gyrum terræ, cuius habitatores ut locuſtæ, Iſa.40.e

Deum cui aſſimilaſtis aut adæquaſtis? Iſa.40.f

Deus oĩa creauit uiſibilia ſubtus & ſupra, Ibidẽ.

Deus ſempiternus dominus, q̃ creauit terminos terræ, non deficiet, non laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius, Iſa.40.g

Deus hæc dicit, creans cœlos, extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea, dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam, Iſa.42.a

Deus non eſt formatus ante me, & poſt me non erit, Iſa.42.b

Deus qui dedit in mari uiam, & in aquis torrentibus ſemitam, Iſa.43.c

Deus qui eduxit quadrigam & equum, agmen robuſtum ꝙ, ſimul obdormierunt, nec reſurgẽt, Iſa.43.c

Deus dicit profundo: Deſolare, flumina tua areſciam, Iſa.44.d

Deus alius annunciet, & ordinem exponat mihi, ex quo conſtitui populum antiquum, uentura & quæ futura ſunt annuncient eis, Iſa.44.a

Deus ego Iſrael, ex tunc audire te feci, & annunciaui, uos eſtis teſtes mei, nunquid eſt deus abſq̃ me, & formator quem ego non nouerim? Ibi.

Deus Iſrael ego dominus ſum, faciens omnia ſolus, cœlos extendens, ſtabiliens terram, et nullus mecum, Iſa.44.d

Deus tantum in Iſrael eſt, non eſt abſque te deus Iſrael, Iſa.45.c

Deus Iſrael ſaluator. Vere tu es deus abſconditus, Iſa.45.c

Deus Iſrael dicit: Ventura interrogate me, ſuper filios meos, & ſuper opus manuum mearum mandate mihi, Iſa.45.b

Deus Iſrael, ego feci terram & hominem, ſuper eum creaui, manus meæ tetenderunt cœlos, & omni militiæ eorum mandaui, Iſa.45.b

Deus Iſrael ego ſuſcitaui eum (Cyrum) ad iuſtitiam, & oẽs uias eius dirigam, ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio neq̃ in muneribus, &c̃. Iſa.45.b

Deus Iſrael non in abſcondito locutus ſum, in loco terræ tenebroſo. Non dixi ſemini Iacob: Fruſtra quærite me, &c̃. Iſa.45.c

Deus Iſrael, ego dominus loquens iuſtitiam, annuncians recta, &c̃. Iſa.45.c

Deus Iſrael creans cœlos, ipſe deus formans terram, & faciens eam, ipſe plaſtes eius non inuacuum creauit eam, ut habitetur formauit eam, Iſa.45.c

Dei Iſraelis ſunt iuſtitiæ & imperium, ad eum uenient, & confundentur omnes qui ei repugnãt, Iſa.45.d

In domino deo iuſtificabitur & laudabitur omne

semen Israel, Isa.45.d
Deus iustus & saluans nõ est præter me, Isa.45.d
Ad deum conuertimini et salui eritis omnes fines terræ, quia ego deus & non est alius, Isa.45.d
Deus Israel in memetipso iuraui egredietur de ore meo iustitiæ uerbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua, Isa.45.d
Deus Israel residuos domus Iacob portat suo utero, gestatos sua uulua, Isa.46.a
Deus Israel ego ad senectã usq; ego ipse, & usq; ad canos ego portabo, ego feci, ego feram, ego portabo & saluabo, Isa.46.b
Deum Israel cui assimilastis, adæquastis, comparastis, & similem feciſtis? Isa.46.b
Deus Israel exaudiam eos, non derelinquam eos, Isa.41.e
Dei consilium stabit, omnis uoluntas mea fiet, uocans ab oriente auem, de terra longinqua uirum uoluntatis meæ, &c. Isa.46.d
Deus ego locutus sum, & adducam illud, creaui & faciam illud, Isa.46.d
Deum Israel audite, qui duri corde estis, qui longe estis à iustitia, Isa.46.d
Deus Israel redemptor noster, dominus exercituum nomen eius, sanctus Israel, Isa.47.a
Deus ego iratus sum populo meo, contaminaui hæreditatem meam, dedi eos in manu tua, ô Babylon, Isa.47.b
Deus Israel priora ex tunc annunciaui, ex ore meo exierunt, repente operatus sum & uenerunt, Isa.48.a
Deus ego propter nomen meum longe faciam furorem meum, laude mea infrenabo te Israel, ne intereas, Isa.48.b
Deus Israel prædixi antequam ueniant tibi, ne dicas Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia & conflatilia mandauerunt ista, Isa.48.a
Deus Israel solus certo prædicere potest. Quæ, inquit, audisti, uide omnia, conseruata sunt quæ nescis nunc, creata sunt omnia, &c. Isa.48.b
Deus Israel ego deus tuus, docens te utilia, gubernans te in uia, qua ambulas, Isa.48.c
Deus Israel, ego ipse, ego primus, ego nouissimus, manus mea fundauit terram, dextra mea mensa est cœlos, ego uocabo eos & stabunt simul, Isa.48.c
Deus non à principio in abscõdito locutus sum, ex tempore antequam fieret ibi eram, & nunc dominus deus misit me et spiritus eius, Isa.48.c
Deus Israel dominus præcedet uos, & congregabit uos, Isa.52.d
Deus excelsus, sublimis, habitans æternitatem, sanctum nomen eius, in excelso & in sancto habitans, Isa.57.d
Deus Israel duxit ad dexterã Mosen brachio maiestatis suæ, aquas scidit ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentes, Isa.63.c
Deus Israel attende de cœlo, uide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuę, ubi est zelus tuus? fortitudo? &c. Isa.63.d
Deus Israel, tu pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu domine pater noster, & redemptor, à sæculo nomen tuum, Ibid.
Deus Israel congregans dispersos Israel, adhuc congregabo ad eum cõgregatos eius, Isa.56.c
Deus Israel descendisti, à facie tua montes defluxerunt, Isa.64.a
Deus Israel, nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos uehementer? Isa.64.d
Deus Israel occurristi lætanti facienti iustitiam, in uijs tuis recordabuntur tui, Isa.64.b
Deus Israel, ecce tu iratus es, peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur, Isa.64.b
Deus ego qui alios parere facio, nunquid ipse nõ pariam? dicit dominus, Isa.66.c
Deus ego qui generationem tribuo cæteris sterilis ero? ait dominus deus tuus, Isa.66.c
Deus timendus, qui posuit arenã terminum maris, præceptum sempiternum quod non præteribunt, &c. Iere.5.e
Deus omne tuum est domine deus, Iere.10.a
Deo Israelis inter cunctos sapientes gentium & in uniuersis regnis eorum nullus est similis, Ieremiæ 10.a
Deus est qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, prudentia sua extendit cœlos, Ierem.10.b
Deus pars Iacob est, qui formauit omnia, ipse est Israel uirga hæreditatis eius, dominus exercituum nomen eius, Ierem.10.c
Deus è uicino ego sum? & non deus de longe? Ierem.23.e
Deus Israel fecit terram, homines, iumenta & quę sunt super faciem terræ, in fortitudine magna, in brachio extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis, Ierem.27.a
Deus leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, producit uẽtos de thesauris suis, Ierem.51.b
Deus fecit terram in fortitudine sua, præparauit orbem in sapientia sua, prudentia sua extendit cœlos, Ierem.51.b
Deus tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum? Baruch 3.a
Deus propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, ut inuocemus nomen tuum, &c. Bar.3.a
Deus post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, Bar.3.d
Deo obediunt per omnia diligenter sol, luna, sydera, fulgur, spiritus, nubes, ignis, Bar.6.f
Deus uidet furorem impiorum, opprobria, cogitationes,

tationes, labia, meditationes, seſſionem, reſurrectionem, opera pro quibus uicem reddit dominus, Thr.3.g

Dei ſimilitudo iterum Ezechieli apparuit, Ezechielis 8.a

Deus Iſrael non ſinet nomẽ ſuum pollui in mundo, ſed ſanctificabit, ait, nomẽ meum magnum, quod polluiſtis in gentibus, ad quas intraſtis, ut ſciant gentes quia ego dominus cum ſanctificatus fuero in uobis coram eis, Ezech.36.e

Deus reuelat profunda & abſcondita, nouit in tenebris conſtituta, & lux eſt cum eo, Dan. 2.d

Deus cœli reuelat myſteria, qui indicat regi Nabuchodonoſor quæ uentura ſint in nouiſſimis temporibus, Dan. 2.c

Deus cogitãti regi de futuris reuelauit myſterium de futuris, Dan.2.e

Deus Iſrael uere deus deorum eſt, & dominus regum, reuelans myſteria, &c̃. Dan.2.g

Deus noſter quem colimus eripere nos poteſt de camino ignis ardentis, et de manibus tuis ô rex, liberare: quod ſi noluerit, certe deos tuos nõ colimus, ſtatuam non adoramus, Dan.3.b

Dei Iſrael glorioſum nomen, qui iuſtus cum ſit omnia fecit rectiſſime, & uera ſunt iudicia eius, Dan.3.c

Deus Iſrael fac ſecundum manſuetudinem & miſericordiam, erue in mirabilibus, da gloriam nomini tuo, confundantur malefacientes ſeruis tuis, confundantur in potentia, ut ſciant quia tu es dominus deus ſolus & glorioſus, Dan. 3. d

Dei filio ſpecies quarti in fornace, Dan.3.g

Deum Iſrael ſolum adorant ſerui dei,, ppter quod uerbum regis immutãt, & corpora ſua tradunt, Dan.3.g

Contra deum Iſrael quicunq; blaſphemiam dixerit, diſpereat, & domus eius uaſtetur, Dan.3. g

Deus alius non eſt qui poſſit ſaluare præter deum Iſrael, Dan.3.g

Deum regem cœli laudo ego Nabuchodonoſor, magnifico & glorifico, quia opera eius uera, & uiæ eius iudicia, gradientes in ſuperbia poteſt humiliare, Dan.4.g

Dei poteſtas poteſtas ſempiterna, regnum eius in generatiõe et generationẽ, oẽs habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt, Dan. 4. g

Deus iuxta uoluntatẽ ſuam facit tam in cœli uirtutibus quàm in habitatoribus terræ, & non eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat: Quare feciſti? Dan.4. g

Deus Iſrael à Dario pauendus & colendus decernitur, quia deus ipſe ſit uiuens & æternus in ſæcula, cuius regnum non diſſipabitur, poteſtas eius uſq; in æternum, Dan.6.g

Deus Iſrael ipſe eſt liberator atq; ſaluator, faciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum, Dan.6.g

Deus Iſrael magne, terribilis, pactum cuſtodiens,

& miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua, Dan.9. a

Deo Iſrael iuſtitia, nobis confuſio faciei, ſicut eſt hodie uiro Iuda & habitatoribus Ieruſalem & omni Iſrael, Dan.9.b

Deus æternus qui abſconditorũ es cognitor, qui noſti omnia ante quàm fiant, Dan.13. e

Deum uiuentem qui creauit cœlum & terram, & poteſtatem habet omnis carnis, Dan.14.a

Deus ego & non homo, in medio tui ſanctus, nõ faciam furorem iræ meæ, non conuertar ut diſperdam Ephraim, Oſe.11. c

Deus quaſi leo rugiet, ipſe rugiet & formidabunt filij maris, Oſe.11. d

Deus de terra Aegypti ego ſum tuus, deum abſq; me neſcies, ſaluator non eſt præter me, Oſ.13.b

Dei amor & beneficentia ad ſuum populum, Ioelis 2.d

Deus eſt qui facit arcturum & orionem, conuertit in mane tenebras, diem in noctem murat, uocat aquas maris, effundit eas ſuper faciem terræ, dominus nomen eius, Amos 5.b

Deus eſt qui ſubridet uaſtitatem ſuper robuſtum, affert depopulationem ſuper potentẽ, Am.5.c

Deus quis ſimilis tui? qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarũ hæreditatis tuæ, &c̃. Mich.7.d

Deus non immittet ultra furorem ſuum, quoniã uolens miſericordiam eſt, Mich.7.d

Deus reuertetur & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, Mich.7. d

Deus proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra, Mich.7.d

Deus tu dabis ueritatem Iacob, miſericordiam Abraham, quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis, Mich.7.d

Deus æmulator, ulciſcens dominus, habens furorem, iraſcens inimicis ſuis, Naum 1.a

Dei indignationi quis reſiſtet? ante faciẽ eius quis ſtabit? Naum 1.b

Deus clemens & miſericors, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſup malitia, Ionæ 4. a

Deus ſtetit & menſus eſt terram, aſpexit & diſſoluit gentes, Abac.3.b

Deus Iſrael extendet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur, Soph.2.d

Deos omnes terræ attenuabit dominus, adorabunt eum uiri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium, Soph.2.c

Deus unus nunquid non creauit nos? Mala.2.b

Deus Iſrael, rex magnus ego, & nomẽ meum horribile in gentibus, Malach.1.d

Deum ſi affigit homo, quia uos configitis me, in decimis & in primitijs, &c̃. Malach.3. c

Deus eſt qui uulnerat, medetur, percutit & ſanat, Iob.5. c

Deum ego deprecabor, eloquium meum de deo, Iob 5.b

Deus facit magna, inscrutabilia, mirabilia, absq; numero, Iob 5.b

Deus pluuiam dat super terram, aquis irrigat uniuersa, Iob 5.b

Deus ipse me conterat, qui cepit soluat manum suam, & succidat me, Iob 6. b

Ad deum si diluculo consurrexeris, omnipotentẽ si fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, Iob 8.b

Deus si ad me uenerit non uidebo eum, si abierit non intelligam, Iob 9.b

Deus si repente interroget, quis ei respondebit? Iob 9.b

Deo quis dicere potest: Cur ita facis? Iob 9.b

Deo dicam: Noli me condemnare, indica mihi cur me ita iudices, Iob 10. a

Deus utinam tecum loqueretur, & aperiret labia sua tibi, Iob 11.a

Deus si omnia subuertat, & in unum coartauerit, quis ei contradicet, &c̃. Iob 11. b

Deus cœlo excelsior, quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Iob 11.b

Deum meum egoipse uisurus sum, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, &c̃. Iob 19.d

Deus nunquid te timens arguet te, & ueniet tecum in iudicium? Iob 22.a

Deum num quis docebit scientiam, qui excelsos iudicat? Iob 21.c

Deo nunquid potest comparari homo? etiã cum perfectæ fuerit scientiæ, Iob 22.a

Dei latibulum nubes esse impij credunt, ut non consideret nostra, Iob 22. b

Deum nihil nostrorum nosce impij putant, Iob 22.b

Deum per caliginem nostra iudicare impij credunt, Iob 22.b

Ad deum omnipotentem si reuersus fueris, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo, Iob 22.d

Deum ut cognoscam quis mihi tribuat & ut illum inueniam et ad solium eius usq; peruenia? Iob 23.a

Deum q̃ nouerunt ignorant dies illius, Iob 24.a

Deus si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non eum intelligam, Iob 23.b

Deum si in sinistra quæram, quid agam? non apprehendam eum, si me uertam ad dextram, non illum uidebo, Iob 23.c

Deus ipse scit uiam, probabit me quasi aurum quod per ignem tranſit, Iob 23.c

Deum considerans turbatus sum, à facie eius timore solicitor, Iob 23.d

Deus molliuit cor meum, omnipotens conturbauit me, Iob 23.d

Deus solus est, nemo auertere potest cogitationẽ eius, Iob 23.d

Deus quodcunq; uoluit hoc fecit, Iob. 23.d

Deus cum impleuerit in me uoluntatẽ suam, alia quoq; multa similia præsto sunt ei, Iob 23.d

Deo nihil adiutorij accidit ab hoĩbus, Iob 26.a

Deus mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi, Iob 30.c

Deus unus in utero me fecit, qui & illum operatus est, & formauit me in uulua unus, Iob 31.b

Deus me sicut et te fecit, de eodem luto ego quoq; formatus sum, Iob 33.a

Deus increpat per dolorem in lectulo, omnia ossa eius marcescere facit, Iob 33.c

Deus semel loquitur, secundo idipsum non repetit, Iob 33.b

Deus loquitur per somnum in uisione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, Iob 33.b

Deus auertit hominem ab his quæ fecit, & liberat eum de superbia, Iob 33. c

Deum si quis deprecabitur placabilis ei erit, & uidebit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam, Iob 33.c

Deus hæc omnia operatur tribus uicibus, per singulos, ut animas reuocet à corruptione, & illuminet luce uiuentium, Iob 33.d

Deus uere non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium, Iob 34.b

Deus innumerabiles conteret, stare faciet alios, p eis, Iob 34.c

Deus ubi est qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Iob 35.c

Deus docet nos super iumenta terræ, & super uolucres cœli erudit nos, Iob 35.d

Deus non audiet frustra, omnipotens causas singulorum intuebitur, Iob 35. d

A deo abſit impietas, & ab omnipotente iniquitas, Iob 34. a

Deum omnes homines uident, unusquisq; intuetur procul, Iob 36.c

Deus magnus est, uincẽs scientiã nostrã, Iob 36.d

Deus excelsus in sua fortitudine, nullus ei similis in legislatoribus, Iob 36.c

Deus super omnes cœlos considerat, lumen illius super terminos terræ, Iob 37.a

Deum digne inuenire non possumus, magnus fortitudine, iudicio & iustitia, & enarrari non potest, Iob 37.d

Deum timebunt uiri, non audebunt contemplari omnes qui sibi uidẽtur esse sapientes, Iob 37.d

Cum deo qui contendit, nunquid facile conquiescit? Iob 39.d

Deum qui arguit utiq; ei respondere debet, Iob. 39. d

Deo nemo antè dedit, ut reddatur ei, Iob 41.a

Dei sunt omnia quæ sunt sub cœlo, Iob 41.a

Deus omnia potest nulla eum latet cogitatio, Iob 42.a

Deum auditu auris audiui, nunc autem oculus meus te uidet, &c̃. Iob 42. a

Deum cogita in omnibus uijs tuis, & ipſe diriget greſſus tuos, Prou.3.b

Deum time & mãdata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo, Eccl'es 12.d

Deus in cœlo, tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui, Eccl'es 5.a

Deus in cœlis habitãs irridebit impios Chriſti hoſtes, dominus ſubſannabit eos, Pſal.2.4.

Deus dominus fortitudo, firmamentum, refugium, liberator, deus, adiutor, protector, cornu ſalutis, ſuſceptor dicitur à Dauide, nempe decem epithetis, Pſal.18.2.3.

Deus quis eſt præter dominum? aut quis deus præter deum noſtrum? Pſal.18.31.

Deus in ſancto habitas, laus Iſrael, Pſal. 22. 3.

Deus tu es, qui extraxiſti me de uẽtre, ſpes mea ab uberibus matris meæ, Pſal. 22. 9.

In deum proiectus ſum ex utero, de uentre matris meæ deus meus es tu, Pſal.22. 10.

Deus in ira indignatur, in uoluntate uiuificat, Pſal. 30. 5.

Deus ſolus inclamandus & deprecandus, Pſalmo 30. 8.

Deus protector, refugium, ſalus, fortitudo, paſtor & nutritius, Pſal.31.2. 3.

Deus ſecundum nomen tuum, ſic & laus tua in fines terræ, Pſal.48.10.

Deus refugium, uirtus, adiutor in tribulatiõibus, Pſal.46. 1.

Deus hic eſt, deus noſter in æternum & in ſæculum ſæculi, ipſe reget nos in ſæcula, Pſal.48.14

Deus deorum dominus locutus eſt, & uocauit terram à ſolis ortu uſq; ad occaſum, Pſal.50. 1.

Deus manifeſte uenier, uenier deus noſter, & non ſilebit, Pſal.50.3.

Deum qui obliuiſcimini intelligite, ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat, Pſal.50.22.

Deum non eſſe dicit inſipiens in corde ſuo, Pſalmo 53.1.

In deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo, Pſal.56.11.

Deus altiſſimus, deus q benefecit mihi, Pſal.57.2.

Deus dñabitur Iacob, & finium terræ, Pſal.59.13.

Deus ſuſceptor meus es, deus meus miſericordia mea, Pſalm.59.18.

Deus ego ſum, uacate & uidete, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, Pſal.64.10.

Deus in loco ſancto ſuo, deus qui inhabitare facit unius moris in domo, Pſal. 68. 5.

Deus uinctos educit in fortitudine, eos quoq; qui exaſperant, q habitant in ſepulchris, Pſal.68. 6.

Deus ſemel locutus eſt, duo hæc audiui, quia poteſtas dei eſt et tibi dñe miſericordia, Pſal.62. 11.

Deus ſolus es tu, magnus et faciẽs mirabilia, Pſalmo 86.10.

Deus Iſrael ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ, Pſal. 68. 35.

Deus quomodo ſcit, aut ſi eſt ſcientia in excelſo, (Pſal.73. 11.

Deo adhærere mihi bonum eſt, ponere in domino deo ſpem meam, &c. Pſal.73. 28.

Deus rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ, Pſal.74. 12.

Deus in ſancto uia tua, quis deus magnus ſicut deus noſter? Pſal.77.13.

Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat, Pſal.82. 1.

Deus tu ſurge iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus, Pſal.82. 8.

Deus quis ſimilis erit tibi? Pſal. 83. 1.

Deus Iſrael tu ſolus altiſſimus in omni terra, Pſalmo 83.18.

Deus tu dominus miſerator et miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & uerax, Pſal.86. 15.

Deus q glorificatur in cõcilio ſanctorũ, magnus & terribilis ſup omnes qui in circuitu eius ſunt, Pſal. 89. 7.

Deus uirtutum quis ſimilis tibi? potens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo, Pſal.89. 8.

Deus Iſrael eſt qui facit mirabilia ſolus, Pſ.72.18.

Deus Iſrael benedictum nomẽ maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra, Pſal.72. 19.

Deus Iſrael quàm bonus his q recto ſunt corde, Pſal.72. 21.

Dei altiſſimi pius cultor commorabitur in protectione dei cœli, Pſal. 91. 1.

Deo pius dicet: Suſceptor meus es tu, refugium meum deus meus, ſperabo in eum, Pſal. 91. 2.

Domini dei faciem præoccupemus in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei, Pſal.95.21.

Deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos, Pſal. 95. 3.

Deus magnus dominus laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos, Pſal. 96. 4.

Deus tu idem ipſe es, & anni tui non deficient, Pſal.102. 27.

Deus non impertuum iraſcetur, neq; in æternum comminabitur, Pſal.103. 9.

Deus meus & dominus magnificatus es uehementer, Pſal.104. 1.

Dei obliti ſunt qui ſaluauit Iſrael, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro, Pſal. 106. 21.

Deus dominus in altis habitat, et humilia reſpicit in cœlo & in terra, Pſal.113. 6.

Deus noſter in cœlo oĩa quç uoluit fecit, Pſ.115. 3

De domo domini benediximus uobis, deus dominus & illuxit nobis, Pſal. 118. 26.

Deus deorum, dominus dominorum, qui facit mirabilia magna ſolus, qui fecit cœlos in intellectu, firmauit terram ſuper aquas, Pſal. 136. 2. 3. 4. 5. 6.

Deus ubiq; eſt, & omnia nouit, Pſal.139.8.9. 10.

Deus miſericordia mea, refugium meum, ſuſceptor & liberator meus, protector meus, & in ipſo ſperaui, &c. Pſal. 144. 2.

Deus cœli dedit Cyro omnia regna terræ, & ipſe præcepit ei ædificare domum in Ieruſalē, quæ eſt in Iudæa, Eſd.1.a

Deus cœli eſt dominus deus Iſrael, ipſe eſt deus in Ieruſalem, Eſd.1.d

Dei ritus in ſacrificijs diligēter ſeruetur ne iraſcatur contra regnum regis & filiorum, Eſd.7.d

Deo cœli offerant oblationes, & orent pro uita regis & filiorum eius, Eſd.6.b

Dei imperium, fortitudo & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum, Eſd.8.d

Dei manus eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate, Eſd.8.d

Deus Iſrael iuſtus eſt, corā quo in delicto ſumus non etiam ſtari poteſt coram te ſuper hoc, Eſdræ 9.d

Deus cœli fortis, magnus, terribilis, pactum cuſtodiens miſericordiam diligentibus, Nee.1.b

Deus cœli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus, Neem.2.d

Dei magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus, filijs, filiabus & uxoribus ueſtris, Neem.4.c

Deus noſter pugnabit pro nobis contra impios, Neem.4.d

A deo confectum eſt opus muri Hieroſolymitani per Neemiæ ſtudium & fidem, Nee.6.d

Deus uidiſti afflictionem patrum in Aegypto, clamorem audiſti ſup mare rubrum, dediſti ſigna & portenta in Pharaone & ſeruis eius, Ne.9.b

Deus ſuperbos cognouiſti, feciſti tibi nomē ſicut & in hac die, mare diuiſiſti, &c. Neem.9.b

Deus tu propitius, clemēs, miſericos, longanimis multæ miſerationis, non dereliquiſti eos, Neemiæ 9.d

Deus iuſtus in omnibus & uerax, homines impij, Neem.9.g

Deus fortiſſimus, qui ueritas eſt, conuertit cœlum in gyro, in locum ſuum uno die, 3.Eſd.4.d

Dei iuſſio fortis, diſpoſitio terribilis: aſpectus arefacit abyſſos, indignatio tabeſcere facit montes, ueritas teſtificatur, 4.Eſd.8.b

Dei potentia ante omnia creata, finis & initium omnium eſt, 4.Eſd.6.a

Deus dixiſti, Fiat cœlum & terra, & tuum uerbum opus perfectum, 4.Eſd.6.c

Deus ſi nō donauerit de bonitate ſua ut alleuientur hi qui iniquitatem fecerunt de ſuis iniquitatibus, non poterit decies milleſima pars hominum uiuificari, 4.Eſd.7.d

Dei terminus iuſtificandus monetur, & cōſilium domini recipiendum, ut à domino collaudetur domino reſignatus, 4.Eſd.10.b

Dei fortis eſt dextra, quæ arcum tendit, ſagittæ eius acutæ, quæ ab ipſo mittuntur non deficient, cum cœperint mitti in fines terræ, 4.Eſd.16.a

Deus unus altiſſimus, creator omnium, omnipotens, & rex potens metuendus nimis, ſedens ſuper thronum & dominans, ipſe creauit illam in ſpiritu ſancto, & uidit, dinumerauit & menſus eſt, Eccleſiaſtici 1.a

Deus pius & miſericors eſt, remittit in die tribulationis peccata, protector eſt omnibus exquirentibus ſe in ueritate, Eccl'ci 2.c

Deus non reſpicit in multitudinem munerum, Eccl'ci 7.b

Dei in manu poteſtas hominis, Eccl'ci 10.a

Deum honora ex tota anima tua, et ſacerdotes honorifica & ,ppurga te cum brachijs, Eccl'ci 7.d

A deo ſunt bona & mala, uita & mors, paupertas & honeſtas, Eccl'ci 11.b

Deus quæ odit, tu homo ne feceris, Eccl'ci 15.c

Deus neminem implanauit, Eccl'ci 15.c

Deo non ſunt neceſſarij homines impij, Eccleſiaſtici 15.c

Deus in terram reſpexit, & impleuit illam bonis ſuis, Eccl'ci 16.d

Deus ſolus iuſtificabitur, & manet inuictus rex in æternum, Eccl'ci 18.a

Dei opera quis ſufficit enarrare? quis enim inueſtigabit magnalia dei? Eccl'ci 18.a

Dei magnitudinis uirtutem quis enunciabit? aut quis adijciet enarrare miſericordiam eius? Eccleſiaſtici 18.a

Deo omnia ſunt cognita antequam crearentur, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia, Eccl'ci 23.c

Deus fortiſſimus non habebit patientiā cum impijs iuſtorum oppreſſoribus, quouſq; contribuet dorſum ipſorum, Eccl'ci 35.d

Deus à ſæculo uſq; in ſæculum reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius, Eccl'ci 39.c

Dei omnia opera deſiderabilia, & tanquam ſcintilla, &c. Eccl'ci 42.d

Deo omnia obediunt in omni neceſſitate, Eccleſiaſtici 42.d

Deum nō præterit omnis cogitatus, nec ullus ſermo, Eccl'ci 42.d

Dei in manu nos ſumus & ſermones noſtri, & omnis ſapientia operumq; ſcientiæ diſciplina, Sap.7.b

Deus dedit mihi horum qui ſunt ſcientiam uerā, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, uirtutes elementorum, initium & conſummationem & medietatem temporum, Sap.7.c

Deus Iſrael, qui feciſti omnia uerbo tuo, ſapientia tua conſtituiſti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ à te facta eſt, Sap.9.a

Deus omnipotenti manu ſua creauit orbem ex materia inuiſa, Sap.11.c

Deum ex bonis creaturis inquirentes, tolerabilius errant quàm qui ex peſſimis & turpibus rebus, Sap.13.b

Deus alius non eſt quàm tu, cui cura eſt de omnibus, Sap.12.b

Dei incommunicabile nomen lapidibus et lignis impoſuerunt, Sap.14.c

Deum nemo poteſt ſibi ſimilem fingere, Sapientiæ 15.d

Deus noſter uerus es & ſuauis, patiens, & in miſericordia omnia diſponens, Sap.15.a

Deus Iſrael uitæ & mortis habet poteſtatem, Sapientiæ 16.b

Deus Iſrael deducit ad portas mortis & reducit, Sap.16.b

Deus ſolus eſt qui liberat ab omni malo, Ibidem.

Deum in mente habeas oĩbus diebus uitæ tuæ, & caue ne aliquando peccato cõſentias, & præter mittas præcepta domini dei noſtri, Tob.4.b

Deum benedic omni tempore, & pete ab eo ut uias tuas dirigat, &c̃. Tob.4.d

Deus magnus es domine in æternum, & in omnia ſæcula regnum tuum, quoniam flagellas tu & ſaluas, deducis ad inferos & reducis, & non eſt qui effugiat manum tuam, Tob.13.a

Deus alius non eſt omnipotens præter eum, ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam, Tobiæ 13.a

Deum regem cœlorum exaltate in operibus ueſtris, & aſpicite quæ fecit nobiſcum, & cum timore & tremore confitemini illi, Tob.13.b

Deus maieſtatem ſuam oſtendit in gentem peccatricem, Tob.13.b

Deum Iſrael adorabunt omnes reges terræ, & in Ieruſalem gaudebunt, &c̃. Tob.14.b

Deus mundi creator format hominis natiuitatẽ, 2.Mach.7.e

Deus Iſrael odit iniquitatem, Iudith 5.c

Deus non derelinquit præſumentes de ſe, & de ſua uirtute gloriantes humiliat, Iudith 6.d

Deus non comminabitur ut homo, nec ad iracundiam inflammabitur, Iudith 8.b

Deo non ſtatuenda dies quo miſereri debeat, Iudith 8.b

Deum alterum nos neſcimus, præter ipſum cui noſtras animas humiliamus, cum fletu dicẽtes, ut miſericordiam ſuam faciat nobiſcum ſecundum ſuam miſericordiam, Iudith.8.b

Dei eſſe cognoſcitis quod loqui potui, ita quod facere diſpoſui probate ſi ex deo eſt, & orate ut firmum faciat deus conſilium meum, Iudith 8.d

Deus fecit priora, & illa poſt illa cogitauit quæcunq; uoluit, cuius uiæ omnes paratæ ſunt, & iudicia in prouidentia, Iudith 9.b

Deus, cœlorũ creator aquarum, dominus totius creaturæ exaudi deprecantem me, & de tua miſericordia præſumentem, Iudith 9.d

Deo ſeruiat omnis creatura, quia dixiſti & facta ſunt, miſiſti ſpiritum tuum & creata ſunt, & nõ eſt qui reſiſtat uoci tuæ, Iudith 16.c

Deo & mammonæ ſeruire non poteſtis, Matthæi 6.d

Deus quod coniunxit homo non ſeparet, Marci 10.a

Dei quæ ſunt deo reddenda, Mar.12.b

Deus ſpei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abunderis in ſpe in uirtute ſpiritus ſancti, Rom.15.c

Deus Iſrael uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ, Luc.1.g

Ex deo nati ſunt filij dei credentes, non ex ſanguinibus nec ex uoluntate carnis, &c̃. Ioan.1.b

Dei pronitas ad miſerendum cõuerſis, Luc.15.e

Deum nemo uidit unquam, Ioan.1.c

Quia à deo uenisti magiſter ſcimus, Ioan.3.a

Deum ueſtrum quem dicitis non uos cognouiſtis, ego autem noui eum, Ioan.8.g

A deo niſi hic eſſet, non poterat facere quicquam, Ioan.9.f

Deum facis teipſum, homo cum ſis, Ioan.10.f

Deus dabit tibi ſcio quæcunq; popoſceris à deo, Ioan.11.c

Deum uerum cognoſcere, & quem miſit Ieſum Chriſtum, uita eſt æterna, Ioan.17.a

Deus à dextris mihi eſt, ne commouear, Act.2.d

Dei conſilio præſcientiaq; traditus eſt manibus iniquorum Chriſtus, Act.2.d

Deus & dominus qui feciſti cœlum et terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, Act.4.e

Deo non repugnandum, Act.5.g

Deus excelſus non in manufactis inhabitat, Actorum 7.f

Dei gloriam uidit Stephanus in cœlo, & Ieſum ſtantem à dextris dei, Act.7.g

Deus ego ſum patrum tuorum, deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, Act.7.d

Dij ſimiles facti hominibus deſcẽderunt ad nos, Act.14.b

Deum prohibere à ſua gratia qui poſſem̃t Actorum 11.b

Deus Iſrael patres elegit incolas in Aegypto, q̃s eduxit excelſo brachio, ſuſtinuit 40.annis in deſerto, Chananæos deſtruxit, & ſorte diuiſit tribubus, quaſi poſt 450.annos, deinde iudices ad Samuelẽ, deinde reges, Saul 40.annis regnauit, quo amoto Dauid ſuſcitauit regẽ, &c̃. Act.13.c

Deus qui fecit mundum & omnia quę in eo ſunt, cœli & terræ dominus, non habitat in templis manufactis, nec manibus humanis colitur, Act.17.f

Deus non aliquo indigens, cum det omnibus uitam & inſpirationem & omnia, Act.17.f

Deus fecit ex uno ſanguine omne genus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos hæreditationis eorum, Act.17.f

Deus non longe cum ſit ab unoquoq; noſtrum, non tamen eum quærere debent, ſi forte attrectent, aut eum inueniant, Act.17.f

In deo ipſo uiuimus & mouemur & ſumus, ut poëtarum quidam dixit, Acto.17.g

Deus uiuus fecit cœlum & terram & mare & om

De

nia quæ in eis sunt, qui dimisit omnes gentes ingredi uias suas, Act.14.c
Deus reliquit etiam gentibus incredulis sui testimonium, benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum, Act.14.c
Dei ipsius & genus sumus, Act.17.g
Deus diem statuit in quo iudicaturus est orbẽ in æquitate, in uiro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis, Act.17.g
Deum colere Paulus persuadet contra legem, sic eum Iudæi accusant coram Gallione, Act.18.d
Deus quanta fecit per ministerium Pauli in gentibus narratur Iacobo, Act.21.d
Dei quod notum est manifestum est in illis hominibus, Rom.1.c
Deus manifestauit illis ueritatem, Roma.1.c
Deum ignorare uolentes, tradidit deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, Rom.1.d
Dei bonitas, benignitas, patientia, longanimitas, ad pœnitentiam te adducat, Rom.2.a
Deus non tantum Iudæorum est, sed & gentium, Rom.3.d
Deus unus est qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem, Rom.3.d
Deus Abrahã cui credidit, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt, Rom.4.c
Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Romano.8.f
Deus si pro nobis, quis contra nos? Rom.8.f
Deus si uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quę pręparauit in gloriam, Rom.9.e
Deo quis prior dedit & retribuetur illi? Ro.11.d
Deus nullus est nisi unus, 1.Cor.8.a
Deus erit omnia in omnibus, cum Christus patri regnum obtulerit, 1.Cor.15.d
Deus pacis sit cum omnibus uobis, Amen, Romano.15.g
Deo potenti uos confirmare iuxta euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, &c. soli sapienti sit honor & gloria in sæcula sæculorũ, Amen, Rom.16.d
Deus pater, & dominus Iesus Christus, gratiam largiuntur & pacem, 1.Cor.1.a
Dei quæ sunt nemo cognouit nisi spiritus dei, 1.Corinth.2.c
Dei adiutores sumus ministri, ecclesia dei agricultura est, 1.Cor.3.b
Deus non est deus dissensionis, sed pacis, 1.Corinth.14.f
Deus iustificaris in sermõibus tuis, & uincis cum iudicaris, Rom.3.a
Deus Christum dominum in corpore suscitauit, & nos eius quoque membra suscitabit uirtute sua, 1.Cor.6.c
Dij quidem sunt qui dicuntur in cœlo & terra, nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, 1.Cor.8.b
Deo quia fortiores non sumus, ideo à nobis non æmulandus uel prouocandus, 1.Cor.10.c
Deus operatur omnia in omnibus, 1.Cor.12.a
Dei filius Iesus Christus prędicatus est Corinthijs per Paulum, Syluanum & Timotheum, 2.Corinth.1.d
Deus huius sæculi excæcat infidelium mentes, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi, 2.Cor.4.a
Ex deo omnia sunt, 2.Cor.5.d
Deum ignorantes, ijs qui natura non sunt dijs seruiebatis gentiles, Gal.4.a
Deus pater suscitauit Christum à mortuis, Ga.1.a
Deo & patri nostro sit gloria in sæcula sæculorũ, Galat.1.a
Deus autem unus est, Gal.3.d
Deus non irridetur, nolite errare, Gal.6.b
Deus gloriæ, pater domini nostri Iesu Christi, dat spiritum sapientiæ & reuelationis, &c. Eph.1.c
Deus opatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens in dextram suam, Ephe.1.d
Deo gloria in ecclesia et in Christo Iesu, in omnes generationes sæculi sæculorũ, Amen, Eph.3.d
Deus pater omnium qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, Ephes.4.a
Deo se æqualem Christus non rapinam est arbitratus, Philip.2.a
Deus saluator noster uult omnes homines saluos fieri, 1.Tim.2.a
Deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat ad uos uiam nostram, 1.Thes.3.d
Deus uiuus præstat nobis abunde omnia ad fruendum, 1.Tim.6.d
Deus uiuificat omnia, 1.Tim.6.c
Deus beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest, cui honor & imperium sempiternum, Amen, 1.Tim.6.c
Deo aduersabitur, & super omne quod dicitur deus extolletur filius perditionis, 2.Thes.2.a
Deum se esse ostendet filius perditionis, sedens in templo, 2.Thes.2.a
Deus qui non mentitur, promisit uitæ æternæ spem, manifestauit autẽ tẽporibus suis, Tit.1.a
Dei saluatoris nostri gratia apparuit omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie, &c. Tit.2.c
Deo uindicta & ille retribuet, Heb.10.f
Deo placere sine fide impossibile est, Heb.11.b
Deus noster ignis consumens est, Hebr.12.g

Deus ego, non te deseram, neque derelinquam, Hebr.13.a
Deus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, Hebr.13.a
Deus pacis aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, Hebr.13.d
Deus faciat in uobis quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. Hebr.13.d
Deus omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitq́, 1.Pet.5.c
Deus dat omnibus affluenter, et non improperat, & dabitur ei, Iaco.1.a
Deum unum credens benefacis, & dæmones idipsum credunt, & contremiscunt, Iaco.2.c
Ex deo uos estis filioli, & uicistis antichristum, 1. Ioan.4.a
Ex deo quod natum est uincit mundum, 1.Ioannis 5.a
Deum qui non diligit, is non nouit deum, 1.Ioannis 4.b
Deus charitas est, 1.Ioan.4.b
Deum qui nouit, audit nos, 1.Ioan.4.b
Deus in nobis manet si diligamus inuicem, 1.Ioannis 4.c
Deus manet in eo, & ipse in deo, qui confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, 1.Ioan.4.c
Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo, 1.Ioan.4.d
Deum nemo uidit unquam, 1.Ioan.4.b
Deus alpha & ω ego sum, principium & finis, qui est & qui erat, & qui uenturus est omnipotens, Apoc.1.b
Deus habitabit super dealbatis, & sibi in templo semper seruientibus, Apoc.7.d
Deo nostro laudem dicite omnes sancti eius, & qui timetis eum pusilli & magni, Apoc.19.a
Dei faciem uidebunt, & nomen eius in frontibus eorum in noua Ierusalem, Apoc.22.a
Deum adora, non me angelum tibi conseruum, Apoc.22.b
Deus spirituum & prophetarum misit angelum suum, ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito, Apocalyp.22.b
Deorum similitudinem suadet dæmon, Gen.3.a
Deos alienos abijcere Iacob docet familiam cum esset adoraturus in Bethel, Gen.35.a
Deos alienos & inaures tradunt ut sepeliantur, Gene.35.a
Deos alienos non habebis coram me, Exo.20.a
Dijs sacrificans occidatur, præter quàm domino soli, Exod.22.c
Deos argenteos non facietis mecum, nec deos aureos facietis uobis, Exod.20.d
Dijs (iudicibus) non detrahes, Exod.22.d
Dijs gentium si seruieris, id tibi erit in scandalum, Exod.23.g
Deos gentium destrues, confringes statuas eorũ, Exod.23.e
Deos gentium non adorabis, nec coles, Exo.23.e
Deos fac nobis, qui nos præcedant, Exod.32.a
Deos petunt Israelitæ, qui se præcedant & aurum pollicẽtur, & sponte præstant ꝓ idolo, Exo.32.e
Deos conflatiles non facies tibi, Exod.34.c
Dij gentium hominum manu fabricati, ligna & lapides, qui non uident, nec audiunt, nec comedunt, non odorantur, Deut.4.d
Deos alienos cunctarum gentium non sequeris, deus enim æmulator est, dominus, ne quando irascatur furor eius, & auferat de superficie terræ, Deut.6.c
Deos alienos si secutus fueris, eos adorando, omnino disperibis, Deut.8.d
Dijs alienis ne seruiatis & adoretis eos, decepti corde, & recedentes à domino, ne iratus dominus cœlum claudat, et pluuiæ non descendant, &c̃. Deut.11.b
Deos suos colentes non imiteris, Deut.12.d
Deorũ & idolorum culturã ciuitas ꝑsuasa suscipiens certo, habitatores omnes ꝑcuties in ore gladij, & eam delebis, & igne absumes totã, & omnia, ut sit tumulus anathematis, & auertatur à te ira dei, Deut.13.c.d
Dij noui recentesq́ uenerunt, quos non coluerunt patres eorum, Deut.32.c
Dijs alienis Israel prouocauerunt domini dei zelum, & in abominationibus suis ad iracundiã concitauerunt, Deut.32.c
Deos alienos ne colatis, nec eis seruiatis, Ios.23.d
Deos auferte, quibus seruierunt patres uestri in Mesopotamia & Aegypto, Ios.24.c.d
Deos alienos auferte de medio uestri, & inclinate corda uestra ad dominum deum Israel, Ios.24.e
Dij gentium quorum aras Israelitæ non subuerterunt, facti sunt Israelitis in ruinam, Iud.2.a
Deos inuocare iubentur à domino Israelitæ ingrati, Iud.10.d
Dij eorum ubi sunt in quibus habebant fiduciã? De quorum uictimis comedebant adipes & bibebant uinum libaminum, Deut.32.e
Dij falsi surgant & opitulentur suis cultoribus, & in necessitate eos protegant, Deut.32.e
Deos Amorrhæorum ne timueritis, in quorũ terra habitatis, Iud.6.b
Dijs Syriæ, Sidonis, Moab, Am̃on, & Philisthijm, seruierunt Israelitæ, Iud.10.b
Deos meos quos mihi feci tulistis, sacerdotem & omnia quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est? Iudic.18.f
Deos alienos Baalim & Astaroth ut auferant Israelitæ hortatur Samuel, 1.Reg.7.a
Deorũ illorũ sublimium à manu qs nos saluabit? ij sunt dij q ꝑcusserunt Aegyptum, &c̃. 1.R.4.b
Deos uidet Pythonissa ascendẽtes de terra, 1.Regum 28.b

Deos alienos si coluerit is & adoraueritis, auersiq; fueritis à me, auferam Israel de terra quam dedi, templum proijciam, Israel in prouerbium erit et fabulam, domus hæc in exemplum, super quo transiens sibilabit & stupebit, &c. 3. Reg. 9. b

Deos alienos adorauerunt & coluerunt, ideo induxit super eos dominus omne hoc malum, 3. Reg. 9. b

Dij montium sunt dij Israel, ideo superant nos, pugnemus ergo contra eos in campestribus, ut obtineamus, 3. Reg. 20. d

Deos suos fabricata est quælibet gens in suis urbibus in quibus habitabant, 4. Reg. 17. f

Deos alienos adorauit Israel, ideo captiuatur, 4. Reg. 17. b

Deus Emath, Arphad, Sepharuaim, Ana, Aua, Samariæ, non liberarunt cultores suos, 4. Reg. 18. g Isa. 36. d

Deos gentium Assyrij in ignem miserunt, quia dij non erant, sed ex ligno & lapide opera hominum, 4. Reg. 19. d

Dij gentium omnes idola sunt, 1. Par. 16. c

Deos Palæstinorũ Dauid iussit exuri, 1. Para. 14. c

Deos alienos si Israelitæ coluerint euellentur de terra domini, & templum proijcietur à facie domini, & erit in exemplum tam populus quàm domus toti mundo, 2. Par. 7. d

Dijs Damasci percussoribus suis Achas immolauit, ut sibi auxilio essent, altaria eis fecit in omnibus angulis Ierusalem, 2. Par. 28. d

Dijs alienis sacrificantes manet furor & stillabit ut non extinguatur, 2. Par. 34. e

Dij gentium omnium impotentes deprehendun tur, etiam ab impijs, 2. Par. 32. c

Dij gentium uastati à regibus Assyriorum, 2. Paralip. 32. c

Dei potentia & bonitas blasphematur à rege Assyriorum, 2. Par. 32. c

Dij gentium non liberarunt cultores suos, ergo nec deus Ezechiæ ipsum potest liberare, sic arguit Rabsaces impijssimus, Isa. 36. d

Deos suos gens nulla mutare cõsueuit, cum non sint dij, ut faciunt Israelitæ, Iere. 2. c

Dij tui quos fecisti tibi, ubi sunt? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ, Iere. 2. f

Dij tui Iuda erãt secundum numerum ciuitatum tuarum, Ierem. 2. f

Deos adamaui alienos, ait Israel, & post eos ambulabo, Iere. 2. f

Ad deos clamabunt quibus libant ciuitates Iuda & Ierusalem, & non saluabunt eos tempore afflictionis eorum, Ierem. 11. b

Dij tui Iuda erãt secundum numerum ciuitarum tuarum, & secundum numerum uiarum Ierusalem posuisti aras confusionis ad libandum Baalim, Ierem. 11. c

Deos alienos si non secuti fueritis in malum uobismetipsis, habitabo uobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus uestris, Iere. 7. b

Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt, Iere. 10. b

Dijs alienis seruietis in terra quam ignoratis die & nocte, qui non dabunt uobis requiem, Ieremiæ 16. c

Deos nunquid homo sibi faciet, & ipsi non sunt dij? Ierem. 16. d

Dijs alienis ne sacrificarent Iudæi semper sunt à prophetis admoniti, sed nequicquam, Ier. 44. a

Dijs alienis sacrificauerunt Iudæi, etiam in urbibus Aegypti, ideo ibidem quoq; disperdendi per iram dei prædicuntur à Ieremia, Iere. 44. b

Dijs alienis sacrificantes in urbibus Iuda, & plateis Ierusalem, saturati sumus panibus, bene nobis erat, malum non uidimus, uerba sunt impiorum, Ierem. 44. d

Deorũ delubra in Aegypto Babylonius rex succendet, Ierem. 43. d

Dijs nõ est cum hominibus cõuersatio, Dan. 2. b

Dij soli somnia quæ habeantur dicere possunt, Dan. 2. b

Deos aureos, argenteos, lapideos, ligneos portãt Babylonij, Baruch 6. a

Deorum falsorum cultus multis ostenditur, Baruch 6. c

Dij gentium cæco uisum non restituunt, non liberant hominem à necessitate, uiduæ non miserebuntur, orphanis non benefacient, Bar. 6. d

Dij gentium lapides sunt de monte, &c. Bar. 6. d

Dijs gentium meliores sunt bestiæ, quæ possunt fugere sub tectum, & prodesse sibi, Bar. 6. g

Dij fortes terræ uehementer eleuati sunt, Psalmo 47. 9.

Dij estis & filij excelsi omnes, ego dixi: Vos autẽ sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis, Psal. 82. 7.

In dijs domine non est similis tui, & non est secundum opera tua, Psalm. 86. 8.

Deos gentiles insipientes putauerunt esse, ignem aut spiritum, citatum aërem, gyrum stellarũ, aquam nimiam, solem aut lunam, Sap. 13. a

Deos putauerunt creaturas, ipsarum specie delectati gentiles, Sap. 13. a

Deos appellantes opera manuum suarum infelices sunt quorum spes est inter mortuos, Sapientiæ 13. b

Dij gentium omnia sunt dæmonia, dominus autem cœlos fecit, Psal. 96. 5.

Deos si dixit eos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit et misit in mundum, uos dicitis, Quia blasphemas: quia dixit, Filius dei sum, Ioan. 10. f

Dij qui manibus fiunt, non sunt dij, Paulus docet contra quæstuosos artifices, Act. 19. e

¶ *Deuteronomion.*

Deuteronomij liber legis est explanatio, Deu. 1. b

Deuteronomij uerba à Mose dicta & scripta sunt populo

populo omni Israel trans Iordanē in solitudine campestri, & prope mare rubrum & in Pharan & Tophel, &c. Deut.1.a

Deuteronomium præcipitur legi septimo quoq; anno, Deut.31.c

Deuteronomij liber reponitur in arcam, Deuteronom.31.g

Deuteronomij lectionem cōtinuam præcipit dominus Iosue, Ios.1.b

Deuteronomium scribitur in altare lapideum à Iosue, Ios.8.f

Deuteronomium inuenitur in domo domini, 4. Reg.22.b

¶*Dextra.*

A dextris mihi est dominus ne commouear, Psalmo 16.8.

Dextera domini magnificata est in fortitudine, Exod.15.a

Dextera dei exaltatus Christus, et promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hoc donum quod uidetis & auditis, Act.2.e

Dextra manu apprehensa alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ, Actorum 3.a

Dextra in cœlestibus consistit, Christus suscitatus à mortuis à deo, Ephes.1.d

A dextris eius dominus confregit in die iræ suæ reges, Psal.110.5.

Dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit uirtutem, Psal.118.16.

Dextra dei repleta est muneribus, Psal.26.10.

Dexteram tuam sic notam fac & eruditos corde in sapientia, Psal.90.12.

Dextera illius amplexabitur me, Cant.2.b

Dextera dei magnificata contra hostes impios, Exod.15.a

¶*Diabolus.*

Diabolus deo inuidet & homini, Gene.3.a

Diabolus contraria suadet uerbis domini, Genesis 3.a

Diabolus promittit oculorum apertionem, Genesis 3.a

Diabolus insidiatur calcaneo Christi, qui semen est mulieris sine uiro concipientis, Gene.3.c

Diabolus egredietur ante pedes eius, Abac.3.a

Diabolus stet à dextris eius, constitue super eum peccatorem, Psal.109.6.

Diabolum impius maledicens, maledicit ipse animam suam, Eccl'ci 21.d

Diaboli inuidia mors introiuit in orbem terrarū, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius, Sap.2.d

Diabolus assumpsit Christum in sanctam ciuitatem, & statuit super pinnaculum templi, Matthæi 4.a

Diabolus Christo dicit: Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat, Luc.4.a

Diabolus Christum duxit in montem excelsum,

& ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, Luc.4.a

Diabolus assumpsit Christum in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, dicens: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, Matth.4.b

Diabolus duxit Iesum Hierosolymam super pinnam templi, Luc.4.b

A diabolo tentabatur Iesus in deserto, Luc.4.a

Diabolus dicit Christo: Tibi dabo potestatē hanc uniuersam & gloriam illorum, Luc.4.b

Diabolus ait, Regna mundi tradita sunt mihi, & cui uolo do illa, Luc.4.b

Diabolus recessit à Christo usq; ad tempus tentatione consummata, Luc.4.b

Diabolus est unus ex uobis, cum uos duodecim elegerim, Ioan.6.g

Diabolo ex patre uos estis, & patris uestri desideria uultis facere, Ioan.8.f

Diabolus homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo, Ioan.8.f

Diabolus cum mendacium loquitur ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius, Ioannis 8.f

Diabolus misit in cor Iudæ ut traderet Iesum, Ioannis 13.a

Diabolo nolite locum dare, Ephes.4.f

Diabolum habentem mortis imperium, Christus sua morte destruxit, Hebr.2.d

Diabolus ab initio peccat, 1.Ioan.3.b

Diaboli ut opera dissoluat filius dei apparuit, 1. Ioan.3.b

Diabolo resistite & fugiet à uobis, Iaco.4.b

Diabolus, satanas, draco, serpens antiquus proiectus est qui seducit orbem uniuersum, Apocalyp.12.b

Diabolum uicerunt sanguine agni, & uerbo testimonij fratres, qui non dilexerunt animas suas ad mortem, Apoc.12.c

Diabolus descendit ad uos, habens iram magnā, sciens quod modicum tempus esset, Apoc.12.c

Diabolus missus in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta semper cruciabuntur, Apoc.20.c

Diabolus aduersarius tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, 1.Pet.5.c

Diabolo resistendum in fide, 1.Pet.5.c

¶*Diadema.*

Diadema quod erat in capite Saul & armillam de brachio eius tuli & attuli ad te dominum meum huc, 2.Reg.1.b

Diadema speciei accipient de manu domini, Sapientiæ 5.c

Diadema regni eris in manu dei tui, Isa.62.a

¶*Diana.*

Dianæ magnæ templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, Acto.19.e

Dianam tota Asia & orbis colit, Act.19.e

Diana magna Ephesiorum clamant quæstores, Act.25.f
Dianæ magnæ Iouisq; prolis cultrix est Ephesiorum urbs, Act.19.g
Dianæ argentarius faciens ædes argenteas Demetrius, seditionem mouet contra uerbum domini, Act.19.c

¶*Diaconus.*

Diaconos oportet esse pudicos, nõ bilingues, nõ multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura, 1.Tim.3.b
Diaconi probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes, 1.Tim.3.b
Diaconi sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint, & suis domibus, 1.Tim.3.c

¶*Dibon.*

A Dibongad ueniunt in Helmon Deblathaim, Num.33.f
Dibon constructa urbs à filijs Gad, Num.32.f
Dibon usq; disperijt ab Hesebon, Num.21.f
Dibon regio apta alendis animalibus, Nu.32.a
Dibon tribus Ruben ciuitas, Ios.13.c
Dibon oppidum Moab, Isa.15.a Iere.48.d
Dibon aquæ repletæ sunt sanguine, Isa.15.b
Super Dibon ponam additamenta, his qui fugerint de Moab leonem, & reliquijs terræ, Isa.15.b
Dibon filia habitatio descende de gloria, sede in siti, quoniam uastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas, Ierem.48.c
Dibon habitatio Iudæorum post reditum, Neemiæ 11.d

¶Didrachma magister uester non soluit? Matthæi 17.d

¶*Dicere.*

Dixit dominus & facta sunt omnia, ipse mandauit & creata sunt, Psal.33.9.
Dicere, Dimittuntur peccata & surge & ambula, utrumq; difficile soliq; deo possibile, & Christo domino, Matth.9.a
Dico amodo uobis, priusquã fiat, ut cum factum fuerit credatis, quia ego sum, Ioan.13.c
Dixi nunc uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis, Ioan.14.d
Non dixi hæc uobis ab initio, quia uobiscum eram, Ioan.16.a
Dicere uobis habeo adhuc multa, sed non potestis portare modo, Ioan.16.b
Dicere idipsum omnes credentes debent, 1.Corinth.1.b
Idipsum dicere & sentire uult Paulus omnes fideles, 1.Cor.1.b
Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis, &c. Act.2.e

¶*Dies.*

Dies est uespera & mane, Gene.1.a
Dies dicitur à deo lux, Gen.1.a
Dies significantur per luminaria cœli, Gen.1.b
Dies & nox luminaribus diuiduntur. Gen.1.b
Diei præest luminare maius, Gen.1.c
Dies septimus benedictus, Gene.2.a
Dies anni diuisi in sementem, messem, frigus, æstum, æstatem & hyemem, Gene.8.d
Dies dati hominibus annorum centum uiginti, Gene.6.a
Dies & nox non requiescent, Gene.8.d
Die eadem eduxit dominus filios Israel de terra Aegypti per turmas suas, Exod.12.g
Diei egressionis de Aegypto mementote, ut non comedatis fermentatum panem, Exod.13.a
Diebus sex operaberis, et facies omnia opera tua, Exod.20.b
Dierum tuorum numerum implebo, si domino deo tuo seruies, Exod.23.f
Dies longissima in bello Iosue pro Gabaonitis, Ios.10.c
Dies expiationis decimo die mensis septimi, Leuit.16.g
Die ad occasum inclinante infeliciter iter incipitur, Iud.19.c
Dies tribulationis, increpationis, blasphemiæ, aborsuum, exprobrationis, & orationis est dies Sennacherib, 4.Reg.19.a
Dies nostri quasi umbra super terram & nulla est mora, 1.Par.29.d
Dies domini super omnes oculos sublimes, super omnem arrogantem & humiliabitur, Isa.2.c
Dies domini prope est, ululate, quia uastitas à domino ueniet, Isa.13.a
Dies domini uenit crudelis, plenus indignationis, iræ furorisq; ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, Isa.13.b
Dies tribulationis, correptionis & blasphemiæ dies hæc, in qua filij uenerunt ad partum, & uirtus non est pariendi, Isa.37.a
Diem sæculi recordatus est dominus, et Moysi populi sui, Isa.63.c
Secundum dies ligni erunt dies populi mei, Isaiæ 65.d
Dies maledicta in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta, Ier.20.d
Dies ille domini dei exercituum, dies ultionis, ut sumat uindictam de inimicis suis, &c. Ieremiæ 46.c
Dies en ista est quam expectabamus, inuenimus, uidimus, Thr.2.e
Ad diem solennem uocasti eos qui me terrerent de circuitu, Thr.2.g
In die furoris domini non fuit qui effugeret & relinqueretur, Thr.2.g
Die solenni legendi in ecclesia sunt libri prophetarum, Bar.1.c
Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi, Ezech.4.b
Dies domini appropinquabit, die nubis tempus gentium

gentium uenit, Ezech.30.a
Die ſolenni & feſtiuitatis domini quid facietis Iſraelitæ? Oſe.9.a
Dies uiſitationis uenerunt dies retributionis, Oſeæ 9.b
Dies domini magnus, terribilis ualde, quis ſuſtinebit eum? Ioel.2.c
Diem domini deſiderantibus uæ, ad quid eam uobis? Amos 5.e
Dies domini iſta tenebræ & non lux, Amos 5.e
Dies domini nunquid non tenebræ ſunt, & non lux? caligo & non ſplendor in ea? Amos 5.f
In diem malum ſeparati eſtis, appropinquatis ſolio iniquitatis, Amos 6.a
Dies ſpeculationis tuæ, uiſitatiò tua uenit, nunc erit uaſtitas eorum, Mich.7.b
Dies ut ædificentur maceriæ tuæ, Mich.7.c
In die iræ domini argentum & aurum non poterit liberare peccatores, Soph.1.d
Dies domini magnus iuxta eſt, & uelox nimis, Soph.1.c
Diei domini uox magna & amara tribulabitur ibi fortis, Soph.1.c
Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos, Soph.1.d
Dies una erit quæ nota eſt domino, nõ dies neq; nox & in tempore ueſperi erit lux, Zach.14.b
Dies pereat in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo, Iob 3.a
Dies illa uertatur in tenebras, non requirat eum deus deſuper, non illuſtretur lumine, Iob 3.a
Diem natalis mei obſcurent tenebræ & umbra mortis, occupet eum caligo, inuoluatur amaritudine, Iob 3.a
Dies mei uelotius tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſq; ulla ſpe, Iob 7.b
Dies mei nihil ſunt, ideo parce mihi, Iob 7.c
Dies noſtri ſicut umbra ſunt ſuper terrã, Iob 8.b
Dies mei uelociores fuerunt curſore, fugerunt, nõ uiderunt bonum, Iob 9.c
Dies mei tranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila uolans ad eſcam, Iob 9.d
Dies hominis ut ſunt, dies tui, & anni tui ſicut humana tempora ſunt? Iob 10.a
Dierum meorum paucitas nunquid finietur breui? Iob 10.d
Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum, Iob 17.c
Dies ſuos in bonis ducunt impij, & in puncto ad inferna deſcendunt, Iob 21.b
Dies nomen unius de filiabus Iob, Iob 42.d
Dierum longitudinem, annos uitæ, & pacem apponent tibi præcepta mea obſeruata, Pro.3.a
Dies ſuperuentura quid pariat ignorans, ne glorieris in craſtinum, Prou.27.a
Dies hominis cuncti doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente quieſcit, Eccleſiaſtes 2.d
Dies mortis melior eſt die natiuitatis, Eccles 7.a
Dierum antiquorum memor fui, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabor, Pſal.143.5.
Dies diei eructat uerbum, et nox nocti indicat ſcientiam, Pſal.19.2.
Dies eorum defecerunt in uanitate, & anni eorũ in feſtinatione, Pſal.78.33.
Dierum meorum numerum quis eſt, ut ſciam qd deſit mihi, Pſal.39.4.
Dies meos poſuiſti menſurabiles, ſubſtantia mea tanquam nihil eſt ante te, Pſal.39.5.
Dies immaculatorum nouit dominus, hæreditas eorum in æternum erit, Pſal.37.18.
Dies ſuper dies regis adijcies, &c. Pſal.61.6
Die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius, apud me oratio deo uitæ meæ, Pſal.42.8.
Dies tuus eſt, tua eſt nox, aurorem & ſolem tu fabricatus es, Pſal.74.16.
Dies una in atrijs tuis, melior eſt ſuper millia, Pſal.84.10.
Dies noſtri omnes defecerunt, in ira tua defecimus, Pſal.90.9.
Dierum longitudine replebo eum, oſtendam illi ſalutare meum, Pſal.91.16.
Dies antiquos cogitaui, et annos æternos in mente habui, Pſal.77.5.
Dies mei defecerunt ſicut fumus, Pſal.102.3.
Dies mei ſicut umbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui, Pſal.102.11.
Diem ſolennem conſtituite in condenſis, uſq; ad cornu altaris, Pſal.118.27.
Dies ſerui tui quot ſunt, quando facies de perſequentibus me iudicium? Pſal.119.84.
Dierum meorum paucitatem nuncia mihi, Pſalmo 102.23.
In dierum meorum dimidio ne me reuoces, Pſalmo 102.24.
Dies hæc quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, Pſal.118.24.
Dies perſeuerant ordinatione tua, quoniam omnia ſeruiunt tibi, Pſal.119.91.
Dies formabuntur & nemo in eis, Pſal.139.16.
Diebus ſingulis benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum, &c. Pſal.145.2.
Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro, nolite lugere, & nolite flere, Neem.8.c
Dies domini eſt, ite comedite pinguia, bibite mulſum, mittite partes his qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies domini eſt, &c. Nee.8.c
Dies ſanctus eſt, nolite dolere, Nee.8.c
Dies ſanctus eſt domino, digreſſi manducate pinguiſſima quæq; , bibite dulciſſima, mittite mu-

nera his qui non habent, 3.Esd.9.g
Dies hic domini sanctus est, nolite mœsti esse, 3. Esd.9.g
A die bono non frauderis, & particula bonæ diei non te prætereat, Eccl'ci 14. c
Dies quare diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? Eccl'ci 33.a
Dierum quosdam exaltauit deus, & magnificauit, & ex ipsis posuit in numerum dierum, Ecclesiastici 33.b
Dierum numero uita uiri, dies autem Israel innumerabiles sunt, Eccl'ci 37.d
Dies festi uestri conuertentur in lamentationes & luctum, Amos propheta dicit 8.c Tob.2.b
Diei sufficit sua malitia, Matth.6.d
Diem illam & horam nemo scit, neq; angeli cœlorum, nisi solus pater, Matth.24.c
Die altera quæ est post parasceuen ueniunt sacerdotes & pharisæi ad Pilatum, petentes custodiri sepulchrum, Matth.27. g
Dies nisi breuiasset dominus non fuisset salua omnis caro, sed propter electos breuiauit dies, Marc.13.c
Diem illam uel horam nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius nisi pater, Mar.13.d
Dies illa tanquam laqueus superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ, Luc.21.g
Die quæ ad pacem tibi, nunc abscondita sunt ab oculis tuis, Luc.19.g
Dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt, Luc.21.d
Dies uenient in quibus dicent: Beatæ steriles, & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt, Luc.23. d
Die nouissimo resuscitabo omne quod dedit mihi pater, ne illud perdam, Ioan.6.e
Diei horæ nónne duodecim sunt? Ioan.11.b
Dies donec est operari me oportet, opera eius qui misit me, Ioan.9.a
Diem inter diem alius iudicat, Rom.14.a
Diem omnem alius iudicat, Rom.14.a
Dies domini qui in igne reuelabit ministrorum Christi opus, quod ædificant super fundamentum Christum, 1.Cor.3.c
Dies mali sunt, ideo redimite tempus, Ephes.5.d
Dies domini quasi instet non uos terreat, 2.Thessaloniceñ.2.a
Dies domini non ueniet nisi primum uenerit discessio, 2.Thes.2.a
Dies domini non uos sicut fur comprehendat, quia non estis in tenebris, 1.Thess.5.a
Dies domini sicut fur in nocte ita ueniet, 1.Thessaloniceñ.5.a
Diei & lucis filij sumus, sobrij ergo simus, 1. Thes.5.b
Diem domini præueniendo reuelabitur filius perditionis, 2.Thes.2.a
In die domini ut non confundamini, ecce prædixi uobis, 2.Ioan.d
Diem domini oportet sanctis conuersationibus & pietatibus expectare, & properare fideles, 2. Petri 3.c
Diem domini expectantes satagite immaculati et inuiolati inueniri in pace, 2.Pet.3.c
Dies domini ut fur aduenier, in quo cœli magno impetu transient, elementa calore soluentur, terra & quæ in ipsa sunt opera exurentur, 2.Petri 3. b
Diem qui sapit domino sapit, Rom.14.a
Diei & noctis tertia pars obscurata, Apo.8.d
¶Dieui gens in Samariam transiata, Esd.4.b
¶Dielus filius Banni, 3.Esd.9.d

¶*Difficile.*

Difficile nihil est deo, Gene.18.b
Difficilia negotia iudicanda referantur ad Mosen ut audiat, Deut.1.c
Difficiles res cunctæ non potest eas homo explicare sermone, Eccl'es.1.b
Difficilia quatuor: Via aquilæ in cœlo, uia colubri super terram, uia nauis in medio mari, uia uiri in adolescentula, Prou.30.c
Difficilia duo, Negotiantem exui à negligentia, & iustificari cauponē à peccatis labiorum, Ecclesiastici 26.d

¶*Digitus.*

Digito dei si dæmonia eijcio, profecto peruenit in uos regnum dei, Luc.11.c
Digitus dei est hoc, quia ciniphes facere nequiuerunt, Exod.8.d
Digitus minimus meus grossior est dorso patris mei, 3.Reg.12.c 2.Par.10.c
Digitum supponebant ori suo, Iob 29.b
Digiti eius apprehenderunt fusum, Pro.31.c
Digito non tangitis sarcinas, Luc.11.f
Digito scribebat in terra Iesus, Ioan.8.a
Digiti manus apparuerunt quasi scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspiciebat articulos manus scribentis, Dan.5.a
Digiti mei pleni sunt myrrha probatissima, Canticorum 5.b
Digitis tribus deus molē terræ appendit, Isa.40.c

¶*Dignus.*

Dignum domino quid offeram? Mich.6.b
Dignus si quis sit in ciuitatem uel castellum intrantes interrogate, Matth.10.b
Dignum inuenientes ibi manete donec exeatis, Matth.10.b

¶*Diligere.*

Diliges amicum tuum sicut teipsum, Leu.19.d
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, Deut.6.a
Diligendus deus in toto corde & tota anima, Deut.13.a
Diligens dominum deum, & obediens uoci eius uiuet,

uiuet, Deut.30.d
Diligentes dominum, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilant, Iud.5. d
Diligite attentius inuicem ex corde, 1.Pet.1.d
Dilige dilectam mulierem amico & adulteram, ſicut diligit dominus filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt uinacia uuarũ, Oſeæ 3.a
Dilexi uos, dicit dominus, & dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Malach.1.a
Diligentis uulnera meliora ſunt quàm fraudulenta oſcula odientis, Prou.27.a
Diligit omni tempore qui amicus eſt, Prou.17.c
Dilecti mei uox, ecce iſte uenit, ſaliens in montibus, Cant.2.b
Dilectus meus ſimilis eſt capreæ hinnuloꝙ ceruorum, Cant.2. b
Dilectus meus en ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, ꝓſpiciens per cancellos, Cant.2.b
Dilectus meus loquitur mihi: Surge propera, &c̃. Cant.2.b
Dilectus meus mihi, ego illi, qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, Cant.2.d
Dilecte mi reuertere, ſimilis eſto capreę, Can.2.d
Dilectum meum inueni cum paululum pertranſiſſem, tenui, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, Cant.3.b
Dilectus meus ueniat in hortum ſuum, comedat fructum pomorum ſuorum, Cant.5. a
Dilecto meo ſurrexi ut aperirem, Cant.5. b
Dilectum meum quæſiui, non inueni: uocaui, nõ reſpondit mihi, Cant.5.b
Dilecto meo nuncietis, qa amore langueo, Canticorum 5.c
Dilectus tuus qualis eſt ex dilecto, ô pulcherrima mulierum, quia ſic adiuraſti nos, Cant.5.c
Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, Cant.5.c
Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius, Canticorum 5.b
Dilecto meo ego, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia, Cant.6.a
Dilectus meus totus deſiderabilis, talis eſt dilectus meus, & iſte eſt amicus meus filiæ Ieruſalem, Cant.5. d
Dilectus tuus quò abiit, ô pulcherrima mulierũ? quò declinauit dilectus tuus? & quęremus eum tecum, Cant.5.d
Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad arcolam aromatum, ut paſcatur in hortis & lilia colligat, Cant.6. a
Dilecto meo ego, et ad me cõuerſio eius, Can.7.c
Pro dilectione ſi dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuæ, quaſi nihil deſpiciet eum, Can.8.c

Dilecte mi fuge, & aſſimilare capreæ hinnuloꝙ ceruoꝝ, ſup montes aromatum, Cant.8.d
Dilectionis tempus & odij, Eccl'es 3.b
Diligentes nomen domini gloriabuntur in domino, Pſal. 5. 11.
Dilecti tui fac ut liberentur, Pſal.60.5.
Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ, Pſal.116.1.
Dilexi mandata tua ſuper aurũ & topazion, Pſalmo 119.127.
Dilectio dei honorabilis ſapientia, Eccl'ci 1. b
Dilectio & uiæ bonorum apud deum ſunt, Eccleſiaſtici 11.b
Dilige deum omni uita tua, & inuoca illum in ſalute tua, Eccl'ci 13.c
Diligit omne animal ſibi ſimile, ſic & omnis homo proximum ſibi, Eccl'ci 13.c
Diligẽs deum exorabit ꝓ peccatis, cõtinebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudiet, Eccl'ci 3.a
Dilectus deo & inter peccatores uiuens trãſlatus eſt iuſtus, & raptus ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã illius, Sap.4.b
Dilectio eſt cura diſciplinæ, Sap.6.c
Dilectio cuſtodia legum eſt dei, Sap.6.c
Dilige deum qui te fecit, in tota uirtute tua, & miniſtros eius non derelinquas, Eccl'ci 7.d
Diligis omnia quæ ſunt, nihil odiſti eorum quæ feciſti, Sap.11.d
Dilige proximum & coniungere fide cum illo, Eccl'ci 27.b
Dilecti uel proximi, ſi abſconſa nudaueris, non perſequaris poſt eum, Eccl'ci 27.c
Dilectus meus quid eſt quod in domo mea facit ſcelera multa? Iere. 11. c
Diligite inimicos ueſtros, Matth.5. g
Dilige proximum tuum & odio habebis inimicum tuum, recitatur, Matth.5. g (19.c
Diliges ꝓximum tuum ſicut teipſum, Matt. 22.d
Diligentes eos qui uos diligunt, quam mercedẽ habetis? publicani hoc faciunt, Matth.5.g
Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & in tota aĩa tua, & in tota mente tua, Matth.22.d
Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, Luc.6.d
Si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis eſt gratia? nã & peccatores diligentes ſe diligunt, Ibi.
Diligatis ut inuicẽ hæc mando uobis, Ioan.15.c
Diligit minus cui minus dimittitur, Luc.7.g
Diligit plus is cui plus donatur, Luc.7.f
Diligite inimicos ueſtros, Luc.6.e
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex oĩbus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut te ipſum, Luc.10.e
Dilexit deus ſic mundum, ut omnis qui credit in eum nõ pereat, ſed habeat uitam ęternã, Ioã.3.b
Dilectionem dei non habetis in uobis, ſed co-

gnoui uos, Ioan.5.g
Diligatis inuicem sicut dilexi uos, ut & uos inuicem diligatis, Ioan.13.d
Dilectionem si habueritis ad inuicem omnes cognoscent quia discipuli mei estis, Ioan.13.d
Diligens me diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum, Ioan.14.c
Diligit me is qui habet mandata mea, & seruat ea, Ioan.14.c
Diligit si quis me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, et mansionem apud eum faciemus, Ioan.14.c
Si diligeretis me gauderetis utiq; quia uado ad patrem, quia pater maior me est, Ioan.14.d
In dilectione mea manete, Ioan.15.b
Dilexisti pater discipulos meos, sicut & me dilexisti, Ioan.17.d
Dilectio qua me dilexisti in ipsis sit, et ego in ipsis, Ioan.17.d
Dilexisti me ante mundi constitutionẽ, Ioan.17.d
Diligis me plus his Simon Ioannis? Ioan.21.c
Diligatis ut inuicem hoc est præceptum meum, sicut ego dilexi uos, Ioan.15.b
Dilectionem maiorem nemo habet, quàm ut animam suã ponat quis pro amicis suis, Ioan.15.b
Diligentibus deum oĩa cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti, Rom.8.e
Dilectio sit sine simulatione, Rom.12.b
Dilexit Christus suos qui erant in mundo in finem, Ioan.13.a
Diligendo proximum sicut teipsum non adulterabis, non occides, non furaberis, &c. Ro.13.c
Dilectio proximi malum non operatur, Romanorum 13.c
Dilectio est plenitudo legis, Rom.13.c
Dilectione pleni estis, repleti omni scientia, Romanorum 15.c
Diligens deum is cognitus est ab eo, 1.Cor.8.a
Dilexit me Christus dei filius, & tradidit semetipsum pro me, Gal.2.d
Diliges ꝓximum tuum sicut teipsum, lex omnis est, uno sermone impletur, Gal.5.c
In dilectione ambulate, sicut & Christus dilexit nos, Ephes.5.a
Dilexit ecclesiam Christus, & seipsum tradidit ꝓ ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, Ephes.5.e
Diligere inuicem à deo discitur, 1.Thes.4.b
Diligens fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est, 1.Ioan.2.b
Diligamus fratres non uerbo neq; lingua, sed opere & ueritate, 1.Ioan.3.c
Non diligens fratrem suum iustus non est, 1.Ioannis 3.b
Si diligimus fratres scimus nos translatos de morte ad uitam, 1.Ioan.3.c
Qui non diligit manet in morte, 1.Ioan.3.c
Dilexit si sic deus nos, & nos debemus alterutrum diligere, 1.Ioan.4.b
Diligens deum ex deo natus est, & deum cognoscit, 1.Ioan.4.b
Diligatis alterutrum, hæc est annunciatio quam audistis ab initio, 1.Ioan.3.b
Diligere qui se dicit deum, & odit fratrem suum, mendax est, 1.Ioan.4.d
Diligamus deum, quia deus prior dilexit nos, 1. Ioan.4.d
Qui non diligit fratrẽ suum quẽ uidet, deum quẽ non uidet quomodo potest diligere? 1.Ioã.4.d
Qui deum diligit diligat & fratrem suum, 1.Ioannis 4.d
Dilexit nos prior deus, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris, 1.Ioan.4.b
Diligens eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo, 1.Ioan.5.a
Diligere nos cognoscimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus, 1.Ioã.5.a
Diligamus alterutrum mandato dei, quod habuimus ab initio, 2.Ioan.b
Diligentibus deum repromisit deus coronam uitæ, Iaco.1.b
Dilexi te quoniã seruasti uerbum patientiæ meæ, Apoc.3.b
¶Dilatemini & uos habentes eandẽ remunerationem tanquam filijs dico, 2.Cor.6.c

¶*Diluculum.*

Vt diluculum præparatus est egressus eius, Os.6.a
Diluculo nunquid præcepisti post ortum, & ostendisti auroræ locum suum? Iob 38.b
Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas, Soph.3.b

¶*Diluuium.*

Diluuium uniuersale qua causa, Gen.6.a
Diluuium prædicit & promittit, Gen.6.c
Diluuij finiti signum ramus oliuæ, Gen.8.b
Diluuium ultra non erit ex pacto dei cum uiuentibus omnibus in terra, Gene.9.b
Diluuium durauit centum 50.diebus, Gene.7.d
Diluuio omnia pereunt, Gene.7.d
Diluuium super terram 40.diebus, Gen.7.d
Diluuium uniuersale non ultra futurum, Geneſis 8.d
Diluuij inundatio quando cœpta, Gene.7.b
Diluuium mundo impiorum deus induxit, 2. Pet.2.b
In diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius, Naum 1.b
Diluuium dominus immittit, & sedet rex in æternum, Psal.29.10.
Diluuium iterum induxisti in tẽpore sup inhabitantes sæculum, & perdidisti filios Adam, & factum est in uno quoq; eoꝝ sicut Adæ mori, sic his diluuium, 4.Esd.3.b
¶Diminuerit si quis de uerbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro uitæ, & de ciuitate

ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto, Apoc.22. d

Diminutæ sunt ueritates à filijs hoim, Psal. 11. 1.

¶*Dimittere.*

Dimitti angelus petit à Iacob in aurora, Ge.32.f

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et uobis pater uester cœlestis delicta uestra, Matthæi 6. b

Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace, Luc.2.d

Dimittite & dimittemini, Luc.6.e

Dimittere uinctum Pilatus solebat Iudæis quem uoluissent, Mar.15. a

Dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est dimittat uobis peccata uestra, Marc.11. d

Si non dimiseritis, nec pater uester qui in cœlis est dimittet uobis peccata uestra, Mar.11.d

¶Dimona ciuitas Iudæ à meridie uersus Edom, Ios.15. e

¶*Dina.*

Dina filia Leæ, Gene.30. b

Dinam tristem deliniuit blanditijs Sichem, Genesis 34.a

Dina petitur in uxorem ab Hemor patre, Genesis 34. a

Dina curiosa uidet filias regionis, & opprimitur à Sichem, Gene.34.a

Dina filia Iacob, Gene.46.b

Dina sublata est de domo Sichem, Gene.34.c

Dinæ fratres Simeon & Leui occidunt omnes Sichimitas ante triduum circuncisos, Gen.34.c

¶Dinæi officiales Persarum in Samaria, Esd.4.b

¶Dionysius Areopagita credidit Athenis Paulo, Act.17. g

¶*Diotrephes.*

Diotrephes amat gerere primatum in eis, 3.Ioã.c

Diotrephes garrit in nos uerbis malignis, 3.Ioannis c

Diotrephes non suscipit fratres primatum ambiens, 3.Ioan.c

¶Dipsas & scorpio in solitudine, Deut.8.d

¶Diriguntur à domino gressus uiri, Prou.20.d

Dirigat dominus corda uestra in charitate dei, & patientia Christi, 2.Thes.3. a

¶Disau filius Seir, Gen.36.b 1.Para.1.c

¶Discalciati domus quæ dicatur, Deut.25. c

¶*Discedere.*

Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, Matt. 25.d

Discedite à me operarij iniquitatis, Luc.13. f

Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini, 2.Tim.2. c

¶Disceptationibus cogitationum non confundite fide infirmum, Rom.14. a

Disceptabo cum eis in ualle Iosaphat, Ioel.3.a

¶*Discere.*

Discenda prudentia, uirtus, intellectus ubi sint, ut sciatur ubi sit longiturnitas uitæ, & uictus, ubi sit lumen oculorum & pax, Baruch 3.b

Discere qui uitat incidet in mala, Prou.17.c

Disces fili si mihi attenderis, & si accommodaueris animum tuum sapiens eris, Eccl'ci 6.d

Disce antequam loquaris, Eccl'ci 18. c

Discite quid sit, Misericordiam uolo & non sacrificium, Matth.9. b

Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, Mat.11.d

Discentes semper & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, 2.Tim.3. b

¶*Discipulus.*

Discipuli duodecim accipiunt à Christo potestatem super spiritus immundos eijciendos, Matthæi 10.a

Discipulorum duodecim nomina, Simon Petrus, Andreas frater eius, Philippus, Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, Ioannes frater eius, Thomas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, Matth.10. a

Discipulus non est super magistrum, Matth.10.c Luc.6. f

Discipulo sufficit si sit sicut magister eius, Matth. 10.c Luc.6. f

Discipuli petunt uesperi dimitti à Christo turbas pro cibo emendis, Matth.14.b

Discipuli iubent à Christo, ut dent turbæ ad manducandum, Matth.14. b

Discipuli à Christo coguntur in nauiculã & præcedere, donec dimitteret turbas, Matth.14. c

Discipuli turbantur, Christum super mare phantasma putantes, & clamant, Matth.14. c

Discipuli cadẽtes in facies timuerunt ualde, Matthæi 17.a

Discipulis dicit Christus: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscum? usq; quo patiar uos? Matth.17. c

Discipuli indignãtur de pditione unguenti, quia potuerit uenundari multo & dari pauperibus, Matth.26.a

Discipuli relicto eo fugerunt, Matth.26. f

Discipulis dicite, cito euntes, quia surrexit, & ecce præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, ecce prædixi uobis, Matth.28.b

Discipuli Ioannis & pharisæorum erant ieiunantes, pro quo murmurantibus Christus respondit, Nunquid possunt filij nuptiarum ieiunare quandiu cum illis est sponsus? Mar.2. c

Discipuli nõ potuerunt eijcere dæmonium, Marci 9. c

Discipulis dicit: O generatio incredula quandiu apud uos ero? quandiu uos patiar? Marc.9.c

Discipuli relinquentes eum oẽs fugerunt, Marci 14. e

Discipulus meus odiat patrem, matrem, uxores, filios, fratres, sorores, & animam quoque suam, Luc. 14. f

Discipulus Christi non est qui non baiulat crucẽ

ſuam,& uenit poſt Chriſtum, Luc.14.f
Diſcipulum Chriſti uiuere grauis res eſt & ardua, ideo præcogitanda, Luc.14. f
Diſcipulos tuos increpa magiſter, Luc.19. f
Diſcipuli quidam abierunt ad monumentum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum uero non inuenerunt, Luc.24.d
Diſcipuli non credebant & mirabantur præ gaudio, Luc.24.f
Diſcipuli teſtes eſtis horæ Chriſtus ait, Luc. 24.g
Diſcipuli erant ſemper in templo laudantes & benedicentes deum,Amen, Luc.24.g
Diſcipuli Ieſu crediderunt in eum, Ioan.2. b
Diſcipuli mirabantur,quia cum muliere loquebatur, Ioan.4.d
Diſcipuli abierant in ciuitatem ut emerẽt cibum, Ioan.4. a
Diſcipulos duodecim elegit & apoſtolos nominauit, Luc.6. b
Diſcipulos plures facit Ieſus & baptizat quàm Ioannes, Ioan.4.a
Diſcipulorum Ieſu multi ex hoc abierunt retro, & iam non cum eo ambulabant, Ioan.6. g
Diſcipulis duodecim dixit: Nunquid & uos uultis abire? Ioan.6.g
Diſcipuli tui uideant opera tua,quæ tu facis, Ioannis 7.a
Diſcipuli mei uere eritis, ſi in ſermone meo manſeritis, Ioan.8. d
Diſcipuli non cognouerunt prophetias impleri de Chriſto tunc, ſed quando glorificatus eſt Ieſus tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo,&c̃. Ioan.12.c
Diſcipuli ad inuicem aſpiciebãt hæſitantes à quo diceret ſe tradendum, Ioan.13.c
Diſcipulus unus recumbens erat in ſinu Ieſu,quẽ diligebat Ieſus, Ioan.13.c
Diſcipulus tu ſis illius, nos Moyſi diſcipuli ſumus, Ioan.9.e
Diſcipuli mei ut efficiamini,clarificatur pater meus, Ioan.15.a
Diſcipulos dediſti mihi de mundo,tui erãt,& mihi eos dediſti,abs te ſunt, Ioan.17.a
Diſcipuli mei ſermonem tuum ſeruauerunt & cognouerunt quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt, Ioan. 17. b
Diſcipulis dedi uerba quæ tu dediſti mihi, & ipſi acceperunt & cognouerunt uere quia à te exiui,& crediderunt quia tu me miſiſti, Ioan. 17. b
Pro diſcipulis meis rogo,nõ ꝓ mundo rogo, ſed ꝓ his quos dediſti,quia tui ſunt, Ioan.17.b
Diſcipulos quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex eis perijt,niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleretur, Ioan.17. b
Diſcipulis ego dedi ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſed ut ſerues eos à malo, Ioan.17.c
Diſcipulos meos non rogo ut tollas eos de mundo,ſed ut ſerues eos à malo, Ioan.17. c
Diſcipuli de mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo, Ioan.17. c
Diſcipulis meis notum feci nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit,& ego in ipſis, Ioan.17.d
In diſcipulis meis ego ſum,& tu in me,ut ſint conſummati in unum, ſicut & nos unum ſumus, Ioan.17.d
Diſcipuli quos mihi dediſti uolo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dediſti mihi, Ioan.17.d
Diſcipuli mei claritatem meam uideant,quam mihi dediſti, Ioan.17. d
Diſcipulus alius notus pontifici exiuit,& dixit oſtiariæ,& Petrum introduxit, Ioan.18.c
Diſcipuli gauiſi ſunt uiſo domino, Ioan.20. e
Diſcipulus ille erat notus pontifici, & introiuit atrium pontificis, Ioan.18. c
Diſcipulo quem diligebat dicit Ieſus : Ecce mater tua, Ioan.19.e
Diſcipulus ex illa hora accepit eam in ſua, Ioannis 19.e
Diſcipulus Ieſu occultus erat Ioſeph ab Arimathæa,propter Iudæorum metum, Ioan.19.g
Diſcipulus ille tunc introiuit qui uenerat primus ad monumentum, & uidit & credidit, Ioannis 20.b
Diſcipuli duo ſimul currebant, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, Ioan.20.a
Diſcipuli abierunt iterum ad ſemetipſos, Ioannis 20.c
Diſcipuli alij dixerunt: Vidimus dominum, Ioannis 20. f
Diſcentium uel diſcipulorum nemo audebat interrogare eum,Tu quis es? ſcientes quia dominus eſt, Ioan.21. b
Diſcipulum quem diligebat Ieſus Petrus ſequentem uidit, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius,& dixit:Domine quis eſt qui tradet te? Ioannis 21.d
Diſcipulis præcepit ab Hieroſolymis ne diſcederent,ſed expectarẽt promiſſionẽ patris, Act.1.a
Diſcipulorum numerus creuit in illis diebus, Actorum 6.a
Diſcipulorum numerus multiplicabatur in Ieruſalem ualde, Act.6.b
Diſcipuli replebantur gaudio & ſpiritu ſancto, Act.13.d

¶ *Diſciplina.*

Diſciplinam domini dei ueſtri non uiderunt filij ueſtri magnalia eius,robuſtam manum, extentum brachium, ſigna & opera quæ fecit in Aegypto, Deut.11.a
Diſciplinã Chriſtus portauit pacis noſtrę, Iſa.53.b
Diſciplinam non receperunt filij ueſtri,quos fruſtra percuſſi, Ierem.2.f
Diſciplinã nunquid recipitis ut obediatis uerbis meis,dicit dominus ô filij Iſrael, Iere.35.c

A disciplina longe fecisti cor eorum, ideo non exaltabuntur, Iob 17.a

Disciplinam tu odisti, proiecisti sermones meos retrorsum, Psal. 50. 17.

Disciplina tua domine correxit me in finem, Psalmo 18. 35.

Disciplinam patris tuis audi fili mi, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo, Prou. 1.a

Disciplinam domini ne abijcias, ne deficias cum ab eo corriperis, Prou. 3.b

Disciplinam patris audite filij, & attendite ut scias prudentiam, Prou. 4.a

Disciplinam tene, ne eam dimittas, custodi illam, quia ipsa est uita tua, Prou. 4.b

Disciplinam ne deresteris, & increpationibus acquiescat cor tuum, Prou. 5.c

Disciplinam non habens ipse morietur, et in multitudine stultitiæ suæ decipietur, Prou. 5.d

Disciplinam custodienti uia uitæ, Prou. 10. c

Disciplinam diligens diligit scientiam, Prouerbiorum 12. a

Disciplinam deserenti egestas & ignominia, Prouerb. 13. c

Disciplinam patris sui irridet stultus, Prou. 15.a

Disciplinam abijciens despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus possessor est cordis, Prou. 15.d

Disciplina sapientiæ timor domini, Prou. 15. d

Disciplinam subtrahere noli à puero, si enim uirga eum percusseris non morietur, Prou. 23.b

Disciplinam sensus disce fili uerbis meis, attende corde tuo, dicam in æquitate disciplinam, &c. Eccl'ci 16.d

Disciplinam non spernas, & in nouissimo inuenies uerba mea, Eccl'ci 31.c

Disciplinam insensati & fatui caue, Eccl'ci 42.b

Disciplinam assumite in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea, Eccl'ci 51.d

Disciplinæ cura dilectio est, dilectio custodia est legum illius, custoditio legum cõsummatio incorruptionis, incorruptio autem facit esse proximum deo, Sap. 6. c

Disciplinã si recusatis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filij estis, Heb. 12.b

Disciplinam fili mi noli negligere, neq; fatigeris dum ab eo argueris, Hebr. 12.b

In disciplina perseuerate, Hebr. 12.b

Disciplina omnis in præsenti uidetur nõ esse gaudij, sed mœroris, fructum autẽ pacatissimum postea reddet iustitiæ per eam exercitatis, Heb. 12.c

Disciplinam in pace conseruate filij, Eccl'ci 41.c

¶Discordias seminantes inter fratres odit deus, Prou. 6.c

Discordias qui meditatur diligit rixas, Prou. 17.c

¶Discrimini qui uos obtulistis, propria uoluntate, benedicite dominum, Iud. 5.a

¶*Discumbere.*

Discumbẽtium unum rex uidit absq; nuptiali ueste, Matth. 22.a

Discumbebat uesperi Christus cum undecim discipulis, Matth. 26.b

Discumbentibus & manducantibus, ait Iesus: Vnus ex uobis tradet me, qui manducat mecum, Marc. 14.b

Discumbunt homines ubi fœnum erat multum, Ioan. 6.b

¶*Dissensio.*

Dissensio iterum facta inter Iudæos propter Christi sermones, Ioan. 10.d

Dissensio in turba facta est propter Iesum, Ioannis 7.f

Dissensio inter pharisæos & Sadducæos facta soluit multitudinem contra Paulum, Act. 23.b

Dissensiones & offendicula facientes, præter doctrinam quam uos didicistis obseruate, Romanorum 16. c

¶Dysenteria laborantem patrem Publij Paulus sanat, Act. 28.b

¶Dissimulaui, silui, quieui, & uenit tamen super me indignatio, Iob 3.d

¶*Dison.*

Dison filius Ana, 1.Par. 1.c

Dison filius Seir, Gen. 36.b 1.Par. 1. c

Dison filius Sebeon, Gen. 36.c Eseban, 1.Pa. 1.c

¶Dissolui non potest opus quod ex deo est, uel consilium, Act. 5.g

¶Dispensatores sunt episcopi mysteriorum dei, 1.Cor. 4.a

Dispensatores inueniantur omnino fideles, 1. Corinth. 4.a

¶Dispersio manus populi sancti completa cum fuerit, complebuntur uniuersa hæc, Dan. 12.c

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, 2.Cor. 9.c Psal. 113.

¶Dithalassum locum incidimus ubi prora fixa, puppis soluebatur à ui maris, Act. 27.g

¶*Ditari.*

Ditari non uult Abram per spolia, & à Sodomitis, Gene. 14.d

Ditauit deus Laban ,ppter Iacob fidem, Ge. 30.c

Ditatus Iacob supra modum in seruis, ancillis, camelis, asinis & gregibus, Gene. 30.e

Vt diteris noli laborare, sed prudentiæ tuæ impone modum, Prou. 23. a

Ditari festinans non erit innocens, Prou. 28. d

Ditari festinans & alijs inuidens, ignorat quod egestas superueniet ei, Prou. 28. d

¶*Diues.*

Diues Abram armentis, auro & argento, Genesis 13. a

Diuites eius repleti sunt iniquitate, habitantes in ea loquebantur mendacium, lingua eor̃ fraudulenta in ore eorum, Mich. 6.c

Diues cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet, Iob 27.d

Diuitem apprehendet quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas, Iob 27.d
Diuitem tollet uentus urens, auferet, & uelut turbo rapiet eum de loco suo, Iob 27.d
Diuiti non parcet deus, de manu eius fugiens nõ fugiet, Iob 27.d
Super diuitem stringet deus manus suas, sibilabit super illum, intuens locum eius, Iob 27. d
Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autẽ dominum nõ minuẽtur omni bono, Psal. 34.10
Diuitum sepulchra domus illorum sunt in æternum, Psal. 49. 11.
Diuites uocauerunt nomina sua in terris suis, Psal. 49. 11.
Diues cum factus fuerit homo ne timueris, cum multiplicata fuerit gloria domus eius, Psalmo 49. 16.
Diues cum interierit non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius, Psal. 49. 17.
Diuitis anima in uita eius benedicetur, cõfitebuntur tibi cum benefeceris ei, Psal. 49. 18.
Diues introibit in progenies patrum suorũ, usq; in æternum non uidebit lumen, Psal. 49. 19.
Diuitis saturitas non sinit eum dormire, Ecclesiastes 5. c
Diues filium generauit, qui in summa egestate erit, Eccl'es 5. c
Diuites facit benedictio domini, &c̃, Prou. 10. c
Diuitis substantia urbs fortitudinis eius, pauor pauperum egestas eorum, Prou. 10. c
Diues est aliquis cum nihil habeat, & est pauper cum in multis diuitijs sit, Prou. 13. a
Diues & pauper obuiauerunt sibi, utriusq; operator est dominus, Prou. 22. a
Diues sapiens sibi uidetur, pauper autem prudẽs scrutabitur eum, Prou. 28. b
Diues pauperibus imperat, Prou. 22. a
Diues si fueris, non eris minimus à delicto, Ecclesiastici 11. b
Diuitias si secutus fueris, non apprehendes, si præcurreris non effugies, Eccl'ci 11. b
Diues confundet te pauperem in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter, in nouissimo deridebit, postea uidens derelinquet te, caput suum mouebit ad te, Eccl'ci 13. a
Diues dicit, Inueni requiem mihi, nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit quod tempus prætereat illum, & mors appropinquet, & relinquet omnia alijs, & morietur, Eccl'ci 11. c
Diues iniuste egit & fremet, pauper autem læsus tacebit, Eccl'ci 13. a
In domum non descendat qui super tectum est, nec introeat ut tollat qd de domo sua, Mar.13.c

Domum suã reliquit peregre profectus, deditq; seruis suis potestatem cuiusq; operis,& ianitorĩ præcepit ut uigilet, Marc.13.d

Domus dominum nescitis, si ueniat sero, media nocte, gallicantu, an mane, ideo uigilate ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes, Marci 13. d

Domum ædificans in altum fodiens,& super petram fundans,inundans flumen non uerebitur, sapiens est, Luc.6. g

Domus magna ruina eius qui ædificat sine fundamento, in quã illisus est fluuius & continuo cecidit, Luc.6. g

Domus fundata super firmam petram à sapiente, Luc.6.g

Domum Iesus principis ad mortuam puellam ingrediens,accepit secum Petrum, Iacobum & Ioannem cum patre & matre puellæ, Luc.8.g

Domum quam intraueritis ibi manete,& inde ne exeatis, Luc.9. a

Domum quamcunq; intraueritis primum dicite, Pax huic domui, Luc.10.a Matth.10.b

De domo in domum nolite transire, Luc.10. b

Dómo eadem manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, Luc.10. a
Domi tuæ oportet hodie me manere, Luc. 19. a
Domui huic hodie ſalus facta eſt, eo quod filius ſit Abraæ, Luc.19.b
Domum patris mei nolite facere domum negotiationis, Ioan.2.c
Domum quam ædificabitis mihi? aut quis locus requietionis meæ eſt? Act.7.f
Domum Stephanæ Paulus baptizauit, 1.Cor.1.c
Domum non manufactã, hoc eſt ſpirituale corpus habebimus æternum in cœlis, 2. Cor. 5.a
Domui ſuæ præeſſe neſciens, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit? 1.Tim.3.a
Domus noſtra terreſtris huius habitationis, ſi diſſoluatur, ædificationem ex deo habemus, domum non manufactã æternã in cœlis, 2.C.5. a
Domo in magna non ſolum ſunt uaſa aurea, & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædã quidem in honorem, quædam autem in contumeliam, 2.Tim.2.c
Domus Chriſti nos ſumus ſi fiduciã et gloriã ſpei uſq; ad finem firmam retinemus, Hebr.3.b

¶*Domeſtici.*

Domeſtici omnes ueſtiti duplicibus in domo mulieris fortis, Prou.31. c
Domeſticis fidei maxime benefaciamus, Gal.6.c
Domeſticam eorum eccleſiam ſalutate, Ro. 16. a
Domeſtici dei eſtis ſuperædificati, &c. Epheſ.2.d

¶*Donum.*

Donum liberorum petit à deo Abram, Gene.15.a
Donum dei ſunt paruuli & uxores, Gen.33.b
Donorum multitudo non inclinet te, Iob36.c
Donum bonum tribuam uobis, legem meam ne derelinquatis, Prou.4. a
Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes ſpacium ei facit, Prou.18.c
Dona iniquorum nõ probat altiſſimus, nec reſpicit ad oblationes iniquorum, Eccl'ci34. c
Dona & xenia excæcant oculos iudicum, et quaſi mutus in ore auertit correptiones eor, Eccleſiaſtici 20.d
Donúmne maius eſt quàm altare ſanctificãs donum? Matth.23.c
Donum dei ſi ſcires, & quis eſt q dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, Ioan.4. b
Donum hoc promiſſi ſpiritus ſancti Chriſtus effudit in iſtos ut uideris & auditis, Act.2.e
Donum dei exiſtimaſti Simon pecunia poſſideri, Act.8. d
Donum non ſic eſt, ſicut p unum peccatum, Romanorum.5. c
Donum nõ eſt ſicut delictum Adæ, Rom.5.c
Donum proprium unuſquiſq; habet à deo, alius quidem ſic, alius uero ſic, 1.Cor.7.a
Donum dei eſt gratia ſaluationis, nõ ex operibus ut ne quis glorietur, Epheſ.2.b
Dona dedit hominibus, aſcendens in altum captiuam q; duxit captiuitatem, Epheſ.4.b
Donaria exigunt uaria, pretioſa & ſpontanea ad extructionẽ tabernaculi & uaſorũ oĩm, Ex.35.a
Donaria offeruntur à populo ſponte, à uiris & mulieribus omnia ſua pretioſa tradẽtibus iuſſi à Moſe ſecundum uerbum domini, Exo. 35.c
Donaria offerentẽ populum tuum uidi cum ingenti gaudio, 1.Par.29. d
Donata nobis à deo ſcimus, quæ & loquimur nõ in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſpiritus, 1.Cor.2.c
Donetis, & conſolamini magis econtrario reſipiſcenti, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, 2.Cor.2. b
Donat peccati indulgentiam Apoſtolus ei, cui donat eccleſia pœnitenti, 2.Cor.2.b
Donat Apoſtolus pœnã peccati in perſona Chriſti, ſi quid donat propter eccleſiam, 2.Cor.2.c
Donate inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit uobis, Epheſ.4. g (lemo.d
Donari me ſpero uobis per oratiões ueſtras, Phi
Donate uobismetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit uobis, ita & uos, Col.3. b

¶*Dor.*

Dor regio iuxta mare, Ioſ.11. a
Dor urbis rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12. d
Dor prouinciæ rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12.d
Dor cum ſuis habitatoribus in tribu Manaſſis, Ioſ.17.c
Dor habitatores non deleti à Manaſſe, Iud.1.e
Dor urbs Ephraim cum filiabus, 1.Par.7.f
¶Doram ob Tryphonem obſidet Antiochus terra & mari, 1.Mach.15.c
¶Dorcas eadem quæ & Tabita à Petro à mortuis reſuſcitata, Act.9.g.f
¶Dorda inſigniter ſapiens, 3.Reg.4.d
¶Doryminus pater Ptolemæi ducis, 1.Mach.3.e

¶*Dormire.* (19.g

Dormiunt filiæ Lot cum patre & cõcipiunt, Gen.
Dormit Iacob ſuper lapides ſub diuo, Gen. 28. b
Dormire cum patribus eſt ſepeliri in ſepulchro maiorum ob ſpem reſurrectionis, Gen.47.g
Dormiens cum uxore proximi patris, &c. maledictus, Deut.27.d
Dormiens cum oĩ iumento maledictus, Ibidem.
Dormiens cum ſorore ſua filia patris uel matris maledictus, Deut.27.d
Dormiens cum ſocru ſua maledictus, Deut.27.d
Dormiẽs cum uxore ,pximi ſui maledictus, Ibi.
Dormire iubetur Ezechiel 390. diebus ad latus ſiniſtrum, & 40. diebus ad dextrum, Ezec.4.a.b
Dormiam nunc in puluere, ſi mane me quæſieris non ſubſiſtam, Iob 7. d
Non dormiunt qui me comedunt, Iob 30.c
Dormientium in puluere terrę multi euigilabunt, hij ad uitam æternã, alij in opprobrium ad contemptum, ut uideant ſemper, Dan.12.a

Dormiui ego & ſoporatus ſum,& exurrexi,quia dominus ſuſcepit me, Pſal.3. 5.
Dormierunt ſomnum ſuum,& nihil inuenerunt oēs uiri diuitiarum in manibus ſuis, Pſal.75.5.
Dormitauerunt qui aſcenderunt equos ab increpatione tua deus, Pſal.75.6.
Dormitauit anima mea præ tædio confirma me in uerbis tuis, Pſal. 119. 28.
Dormientes inuenit diſcipulos, Matth.26.d
Dormientes iterum inuenit oculis grauatis, Ibid.
Dormite iã & requieſcite, Matt.26.d Mar.14.d
Dormientes denuo inuenit grauatis oculis, ignorantes quid reſponderent ei, Mar.14. d
Dormitis ne? ſurgite, orate ne intretis in tentationem, Luc.22.e
Dormiens Petrus inter duos milites, Act.12. a
Dormierunt fratres,id eſt mortui ſunt, 1.Co.15.a
Dormientium primitiæ Chriſtus eſt, qui reſurrexit à mortuis, 1.Cor.15. c
De dormientibus non cõtriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent, 1.Theſ.4.c
Non dormiamus ſicut & cæteri, 1.Theſ.5. a
Dormientes per Ieſum deus adducet cum eo, 1. Theſ.4. c
Dormientes nõ præueniemus nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu dñi, 1.Theſſ.4. d
Dormiunt nocte qui dormiunt, 1.Theſ.5. a
¶Dorſum dediſti mihi inimicorum odientium, 2.Reg.22. d
¶Doſithæus & Soſipater duces cum Machabæo peremerunt à Timotheo relictos 10000. uiros, 2.Mach.12.c (chab.12.f
Doſithæus de Bacenoris eques uir fortis, 2.Ma-

¶*Dothain.*

Dothain ciuitas in qua Eliſeus habitat, 4.Re.6.c
Dothain locus ubi fratres Ioſeph paſcebant, Geneſis 37. d
Dothain ciuitas quam reſpicit apex loci, qui dicitur Belma, Iudith 7.a

¶*Draco.*

Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei, Pſalmo 104. 26. (Pſal. 148. 7.
Dracones & omnes abyſſi laudate dominum,
Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum cades, Ezech.29.a
Draco magnus à Babyloniis colebatur ut uiuens deus,quem Daniel occidit abſq; gladio et fuſte, Dan.14. e
Draco diruptus ex maſſa confecta de pice, adipe & pilis pariter coctis, Dan.14. e
Draco ſtetit ante mulierem parituram ut enixum filium deuoraret, Apoc.12.a
Draco magnus & rufus habens capita ſeptẽ,cornua decem , & diademata ſeptẽ, cauda trahens tertiam ſtellarũ partem, Apo. 12. a
Draco pugnabat et angeli eius,& non ualuerunt neq; locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo, Apoc.12. b
Draco magnus ſerpens antiquus ,qui ect us eſt, quĩ uocat diabolus & ſatanas, q ſeducit uniuerſum orbẽ, ,qui ect us eſt in terrã cum angelis ſuis, Ibid.
Draco uidens ſe ,qui ect um, ꝓſecutus eſt mulierem cui datæ ſunt alæ aquilæ magnæ, ut uolaret in deſertum locum ſuum,ubi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie ſerpentis, Apoc.12. c. d
Draco mulieri iratus abijt facere prælium cum reliquis de ſemine eius qui mandata dei cuſtodiunt,et habẽt teſtimonium Ieſu Chriſti, Ap.12.d
Draco uel ſerpens ex ore ſuo miſit aquam tanquã flumen poſt mulierem, ut eam faceret trahi à flumine, Apoc.12.d
Draconem adorauerunt, qui dedit poteſtatem beſtiæ, Apoc.13.b
Draconem apprehendit angelus antiquum ſerpentem, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligauit eum per annos mille, Apoc.20. a
¶Dudia Ahohites ſuper turmam ſecundi menſis, 1.Para.27.a (1.b
¶Duel pater Eliaſaph principis tribus Gad, Nu.
¶Duma filius Iſmael, Gen.25.b 1.Para.1.b

¶*Durus.*

Dure accipit Abraham Saræ imperium, Ge.21.b
Duritiam populi huius,impietatẽ et peccatum ne aſpicias propter gloriam tui nominis, Deu.9.d
Durus ſermo ſuſcitat furorem, Pro. 15. a
Dura oſtẽdiſti populo tuo, potaſti nos uino compunctionis, Pſal.60. 3.
Durus homo es ſcio dñe, metis ubi nõ ſeminaſti, & congregas ubi nõ ſparſiſti,timens abij & abſcondi talẽtum in terra, ecce habes quod tuum, Matth.25. c
Durũ tibi eſt contra ſtimulum calcitrare, Act.9.a

¶*Dux.*

Duces duodecim ex Iſmaele prodibunt, Ge.17.c
Duces ex Eſau quatuordecim nominati, Ge.36.b
Duces Horræorum nominantur, Gene.36.c.
Duces ex Eſau in Edom, Gen.36.d
Dux itineris fuit Iſraeli dominus utroq; tempore, die & nocte,columna nubis & ignis, Ex.13.d
Ducibus populi dei adeſt angelus domini præcedens, Exod.32. g
Dux Ioſue cum ſenioribus ſit in fronte exercitus, uallatus auxilio pugnatorum, Ioſ.8. b
Ducem domini petunt Iſraelitæ oſtendi ſibi à domino poſt Ioſue, Iud.1.a
Dux infidelis uerbo prophetæ Eliſei,in porta Samariæ oppreſſus eſt,& conculcatus à turba currentium, 4.Reg.7.d
Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, plantaſti radices eius & impleuit terram, Pſal.80.9.
Duces cohibebant uocem ſuam, lingua eorũ gutturi ſuo adhærebat, Iob 29.b
Dux Iſraelis erit ex eo, & princeps de medio eius producetur, applicabo eum & accedet ad me, Ierem.30.d

Dux Iſrael prophane tu Sedechias, tibi uenit dies in tempore iniquitatis præfinita, Ezech.21.f
Ducum annonas Neemias non comedit, nec ſui fratres, Neem.5.c
Duces Iudæorum ante Neemiam populum grauantes acceperunt quotidie 40. ſiclos in pane, uino & pecunia, Neem.5.d
Ducum quoque miniſtri depreſſerant populum, Ibidem.
Ducatum noli quærere ab homine, neq; à rege cathedram honoris, Eccl'ci 7.a
Dux qui regat populum meum Iſrael exiet ex Bethlehem Iuda, Matth.2.a

¶*Dulce.*

Dulcius quid eſt melle? leone quid fortius? Iudicum 14.d
Dulcis eſt dominus, ſi tamen guſtaſtis, 1.Pet.2.a
Dulcedinis diuinæ magna eſt multitudo, quam abſcondit timentibus ſe, Pſal.31.19.
Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in uia, Pſal.25.8.
Dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo, Pſal. 119. 103.

¶*Duo.*

Duo in carne una, pro in unam carnem, Ge.2.d
Duo de immundis animalibus in arca, Ge.7.a
Duæ cognationes quas elegerat dominus abiectæ ſunt, & populum meum deſpexerunt, eo quod non ſit ultra gens coram eis, Iere. 33.d
Duo nunquid pariter ambulabunt niſi eis conuenerit? Amos 3.a
Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, Vanitatem & uerba mendacij fac longe à me, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum uictui neceſſaria ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt dominus? Prou.30.b
Duos eſſe ſimul melius eſt quàm unum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, Eccl'es 4.b
Duo ſi dormierint fouebuntur mutuo, unus quo modo calefiet? Eccl'es 4.c
Duo contra duo, unum cõtra unum, Eccl'ci 33.b
Duo ex uobis, ſi conſenſerint ſuper terram de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo, Matth.18.c
Duo uel tres congregati in nomine meo, ubi ſunt ibi ſum in medio eorum, Matth.18.c
Duo talenta qui acceperat, ait: Domine duo talenta tradidiſti, &c̃. Matth.25.b
Duobus miſſis dicit: Ite in ciuitatem & occurret uobis homo lagenã aquæ baiulans, ſequimini eum quocunq; introierit, & dicite domino domus, &c̃. Marc.14.b
Duobus ambulantibus oſtenſus eſt Ieſus in alia effigie euntibus in uillam, qui cæteris nunciauerunt, nec illis crediderunt, Marc.16.c
Duarum quæ pariter molunt, una aſſumetur, altera relinquetur, Luc.17.g

Duas qui habet tunicas, det non habenti, Luc.3.c
Duorum in uno lecto, unus aſſumetur, alter relinquetur, Luc.17.g
Duorum in agro, unus aſſumetur, alter relinquetur, Luc.17.g
Duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorum 60. ab Ieruſalem, nomine Emaus, Luc.24.b
Duo diſcipuli narrabant geſta in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis, Lucæ 24.e
Ex duobus his unum oſtende quem elegeris accipere locum miniſterij huius & apoſtolatus de quo præuaricatus eſt Iudas, &c̃. Act.1.d
Duos conditin ſemetipſo, in unum nouum hominem Chriſtus, Epheſ.2.c
Duo erunt in carne una, 1.Cor.6.d Epheſ.5.g
Duobus teſtibus dabo, ut propherent diebus mille, & ducentis ſexaginta, Apoc.11.a
Duo oliuæ & duo candelabra ſtantia ante deum, Apoc.11.a

¶*Duplex.*

Duplex ſpelunca in agro Ephron, Gene.23.b
Pro duplici confuſione & rubore in terra ſua fideles duplicia poſſidebunt, Iſa.61.c
Duplex tribulatio non conſurget, Naum 1.c
Duplici corde uæ, & labijs ſceleſtis, manibus quoque malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus uijs, Eccl'ci 2.c
Duplicia omnia, unum contra unum, & non fecit quicquam deeſſe, Eccl'ci 42.d
Duplex animo uir, incõſtans eſt in omnibus uijs ſuis, Iaco.1.a
Duplices primum reddam iniquitates & peccata eorum, quia contaminauerunt terram meam, in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam, Ierem.16.d

¶*Duodecim.*

Duodecim annis ſeruiunt Sodomitæ, Gen.14.a
Duodecim duces ex Iſmaele promittuntur, Geneſis 17.c
Duodecim filij Iacob numerantur, Gen.35.d
Duodecim ſerui tui fratres ſumus, filij uiri unius in terra Canaan, &c̃. Gene.42.c
Duodecim fontes & ſeptuaginta palmæ in Elim erant, Exod.15.g
Duodecim millia pugnatorum mittuntur contra Madianitas, Num.31.a
Duodecim lapides à duodecim uiris de ſingulis tribubus iubentur tolli de medio aluei Iordanis, ubi ſteterunt ſacerdotum pedes, ut ſtatuantur in loco caſtrorum, ubi prima nocte fixerunt tentoria, Ioſ.4.a
Duodecim lapides de Iordane aſſumpti, poſiti ſunt in Galgalis, Ioſ.4.d
Duodecim diſcipulos miſit ad euangelizandum, Matth.10.a

Duodecim fecit esse quos mitteret ad prædicandum, Marc.3.b

Duodecim cophinis fragmentorꝝ sustuliſtis, Marci 8.b

Duodecim annorum puer Iesus Hierosolymam cum parentibus ascendens ad festum,remansit, Lucæ 2.f

Duodecim discipulos elegit et apostolos nominauit, Luc.6.b

Duodecim uos nónne elegi,& ex uobis unus diabolus est? Ioan.6.g

Duodecim cophini fragmentorum superfuerunt de quinq; panibus, Luc.9.b

Duodecim de Beniamin, & duodecim de Iuda gladijs sese mutuum confodiunt, 2.Reg.2.c.d

Duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas, Apo.12.f

¶*Ducenta.*

Ducentæ capræ cum uiginti hircis Esau mittuntur munus, Gen.32.c

Ducentæ oues, uiginti arietes Iacob mittit fratri Esau, Gen.32.c

Ducenti quinquaginta uiri occisi cum Core seditiosi, Num.16.a.g.& 26.b

Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, &c̃. Ioan.6.a

Ducentis cubitis erant à terra discipuli. Ioan.21.b

Ducentę septuagintasex animæ in naui cum Paulo satiatæ cibo, Act.27.f

¶*Ebal.*

EBal filius Sobal, Gen.3.6.c. 1.Pa.1.c

¶*Ebrius.*

Ebrius à uino Noë nudatus est, Genesis 9.d

Ebria si assumit sitientem,dominus non ignoscit, Deut.29.c

Præ ebrietate errauerunt,præ uino nescierunt sacerdotes & prophetæ, Isa.28.b

Ad ebrietatem sectandam mane consurgitis, & potandum usq; ad uesperam, ut uino æstuetis, Isa.5.c

Ebrietate implebo oms̃ habitatores Iuda, reges, sacerdotes, prophetas dispergã omnes,non parcam, non concedam, nõ miserebor, Ierem.13.c

Ebrij expergiscimini, flete, ululate omnes, qui uinum bibitis in dulcedine,quoniam perijt ab ore uestro, Ioel.1.a

Ebrietas ubi regnat, ibi nullum est secretum, Prouerb.31.a

Ebriosus operarius nõ locupletabitur, Eccli 19.a

Ebrij non sunt hi sicut uos æstimatis, cum sit hora diei tertia, Act.2.c

Ebrietas fugienda, Rom.13.d

Ebriosis Christianis non communicandum in cibo, 1.Cor.5.d

Ebriosi regnum dei non possidebunt, 1.Corinrinth.6.b

Ebrij qui sunt, nocte ebrij sunt, 1.Thes.5.a

¶*Ebur.*

Eburneam domum ædificauit Achab, 3.Re.22.f

Eburnei dentes & hebenini pretium Tyri, Ezechiel.27.c

Eburneis in lectis dormitis, & lasciuitis in stratis uestris, Amos 6.b

Ebor Indicum in transtra nauium Tyrijs, Ezechiel. 27.a

¶*Ecbatanis*

Ecbatanis castrum in Medena prouintia. Esdræ 6.a

Ecbathanis oppidum in Media regione. 3.Esdræ 6.c

Ecbatanis ciuitas potentissima ædificata ab Arphaxat rege Medorum, Iudith 1.a

Ecbatanis urbs muris cincta, altitudine septuaginta cubitorum, latitudine triginta cubitorum:turribus alt. cẽtum cubit. &c̃. Iudith. 1. a

Ecbatanam ueniens Antiochus recognouit gesta Nicanoris & Timothei, 2.Macha.9.a

¶Eccelon, 3.Esd.8.d

¶Eccetan pater Iohannan de filijs Azgad, Esdræ 8.b

¶Echi filius Beniamin, Gen.46.c

¶*Ecclesia*

Ecclesiam domini cur eduxistis in solitudinem, Num.20.a

Ecclesiam domini non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis, Deut.23.a

Ecclesiã non intrabit mamzer .i. scorto natus,usque in decimam generationem, Deut.23.a

Ecclesia uniuersa nouerit,quia non in gladio nec hasta saluat dominus, 1.Reg.17.f

Ecclesia benedixit domino,inclinauerunt se,& adorauerunt dominum,deinde regẽ, 1.Pa.29.e

Ecclesia dilata locum tentorij tui pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fac funiculos tuos,& clauos tuos consolida, Isaiæ 54.a

Ecclesia, ad dextram & leuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit, Isa.54.a.b

Ecclesia gentium, noli timere, quia non confunderis nec erubescs: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuę obliuiscris, & opprobrij uiduitatis tuæ non recordaberis amplius, Isa.54.b

Ecclesiæ dominabitur qui te fecit, dominus exercituum nomẽ eius, et redemptor tuus sanctus Israel, Isa.54.c

Ecclesiam ex gentibus uocauit te dominus,mulierem derelictam, & spiritu mœrentem, uxorem ab adolescentia abiectam, dixit deus tuus, Isa. 54.c

Ecclesia, ad punctum in modico dereliqui te, &

in miſerationibus magnis congregabo te, Iſa. 54.c

Ab eccleſia in momento indignationis abſcondi faciem meam, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemptor tuus dominus, Iſa. 54.c

Ab eccleſia miſericordia mea non recedet, & fœdus pacis meæ non mouebitur, etiamſi montes commoueantur, & colles contremiſcant, dixit miſerator tuus dominus, Iſa. 54.d

Eccleſia paupercula tempeſtate conuulſa, abſque ulla conſolatione, Iſa. 54.e

Eccleſiæ lapides ego ſternam per ordinem, fundabo in Saphiris, ponam iaſpidem propugnacula tua, portas tuas in lapides ſculptos, omnes terminos tuos in lapides deſyderabiles, Iſa. 54.e

Eccleſiæ uniuerſos filios ponam doctos à domino, & pacis multitudinem filijs ſuis, Iſa. 54.e

Eccleſia, in iuſtitia fundaberis, recede procul à calumnia, quia nõ timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi, Iſa. 54.f

Eccleſiæ accola uenier ecce, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi, Iſaiæ 54. f

Eccleſia malignantium odibilis, cum impijs non communicandum, Pſal. 26. 5.

Eccleſiæ gentium dicit deus, noli timere mater filiorum, quoniã te elegi, mittam tibi adiutorium pueros meos, Iſaiam & Ieremiam, ad quorum conſilium ſanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas uarijs fructibus, & totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immenſos ſeptẽ, habentes roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos, 4.Eſd. 2.b

Eccleſiæ gentium, & omnium fidelium ſtudia, & mores, uiduã iuſtificare, pupillo iudicare, egenti dare, tueri orphanum, nudum ueſtire, &c. 4.Eſd. 2.b

Eccleſia gentium mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia, ſicut columba confirma pedes eorum, quoniam te elegi dicit dominus, 4.Eſd. 2.b

Eccleſia, noli fatigari cum uenerit dies præſſuræ, & anguſtiæ, alij plorabunt & triſtes erunt, tu autem hilaris & copioſa eris, 4.Eſd. 2.c

Eccleſia mater iucundare cum filijs tuis, quia ego te eripiam, dicit dominus, 4.Eſd. 2.c

Eccleſia, filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, miſericordiam illis faciam, quoniã miſericors ſum, 4.Eſd. 2.c

Eccleſia, amplectere natos tuos, uſq; dum uenio, & præſtem illis miſericordiam, quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet, 4.Eſd. 2.c

Eccleſiaſtes ſapientiſſimus docuit populum, & enarrauit quæ fecerat, & inueſtigans compoſuit parabolas multas, Eccleſiaſtes 12.c

Eccleſiaſtes quæſiuit uerba utilia, conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac ueritate plenos, Eccleſiaſtes. 12.d

In eccleſia facta eſt die illo magna perſequutio, Acto. 8.a

Eccleſia per totam Iudęam, Galilęam, Samariam, habebat pacem, & ædificabatur, ambulans in timore domini, & conſolatione ſpiritus ſancti replebatur, Acto. 9.e

Eccleſijs præfecit Paulus presbyteros cum orationibus & ieunijs, quas & deo commẽdauit, cui crediderunt, Acto. 14.d

Eccleſiæ confirmabantur fide, & numero abundabant, Acto. 16.a

Eccleſiam dei regere epiſcopos poſuit ſpiritus ſanctus, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, Act. 20.f

Eccleſiæ membra differentes habent donationes, ſecundum gratiã quæ data eſt nobis, Ro. 12.b

Eccleſiæ dei quę Corinthi ſanctificatis ſcribit Paulus, 1.Corin. 1.a

Eccleſiæ optãda pax & gratia à patre deo & Chriſto, 1.Corin. 1.a

Eccleſia inuocantium nomen domini noſtri Ieſu Chriſti eſt in omni loco, tam Corinthi quàm Epheſi, 1.Corin. 1.a

In eccleſia dei ſunt omnes inuocantes nomen domini Ieſu Chriſti, 1.Corin. 1.a

Eccleſiarum epiſcopi æſtimẽtur non aliud, quàm miniſtri Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei, 1.Corin. 4.a

Eccleſiam dei contemnunt, qui cœnam domini non legitime celebrant, 1.Corin. 11.e

Eccleſia eſt corpus Chriſti, in qua mẽbra de membro, 1.Corin. 12.d

Eccleſiæ membra apoſtoli, prophetæ, doctores, uirtutes, gratiæ curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum, 1.Corin. 12.d

Eccleſia inſanire uidebitur idiotis, in qua omnes tantum linguis loquentes audiuntur, 1. Corin. 14.e

Eccleſia in qua omnes prophetant, adoranda uidebitur, ſi quis intret infidelis: conuincitur enim ab omnibus & dijudicatur, & cordis eius occulta manifeſtantur, 1.Corin. 14.e

Eccleſiæ ædificationem quærite ut abundetis, 1. Corin. 14.c

In eccleſia conuenientes habent pſalmum, doctrinam, apocalypſim, linguam, interpretationem, omnia autem ad ædificationem habeantur. 1. Corin. 14.e

Eccleſię quę eſt Corinthi ſcribit, & in tota Achaia, Paulus cum Timotheo, 2.Corin. 1.a

Eccleſia cui donat peccatum & apoſtolus donat, 2.Corin. 2.b

Eccleſiarum uitia contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones, 2. Corin. 12.g

Ecclesiam dei Paulus supra modum persequebatur, Gal. 1.c

Ecclesia corpus est Christi, qui est caput, datus à patre, & plenitudo omnia implens, Ephesiorum. 1.d

Ecclesia reuelauit multiformem sapientiam dei, secundum præfinitionem sæculoꝝ, Eph. 3. b

Ecclesiæ sanctorum consummandæ dedit deus apostolos, prophetas, Euangelistas, pastores, & doctores, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, Ephe. 4.a

Ecclesiam sibi glorioſam exhibuit Christus, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata, Ephe. 5.e.f

Ecclesia subiecta est Christo, ita mulieres uiris suis in omnibus, Ephe. 5.e

Ecclesiam suam Christus ut suam carnem diligit, nutrit, & fouet, odire non potest, Ephe. 5.g

Ecclesia corpus est Christi, Col. 1.d

Ecclesiæ corporis caput est filius dei Christus, Col. 1.c

Ecclesiam salutat Paulus, quæ est in domo Nymphæ, Col. 4.d

Ecclesia non grauetur sustentandis indignis, quo sufficere possit dignis & necessarijs, 1. Timothei 5.c

Ecclesiæ quę est in domo Philemonis, Philem. a

Ecclesiæ septem in Asia, Ephesus, Smyrna, Pergamus, Thyatira, Sardis, Philadelphia, Laodicea, Apo. 1.c

Ecclesiæ cœlestis Ierusalem, uide Ierusalem.

¶Edema ciuitas tribus Nephthali, Ios. 19. c

¶*Eden.*

Eden orientalior plaga, Gen. 4.c

Eden filij in Thelassar uastati ab Assyrio, 4. Regum 19.c. Isa. 37.c

Eden substitutus ad sanctorum dispensationes, 2. Par. 31.d

Eden filius Ioah leuita de Gerson, 2. Paralip. 29. c

Eden negotiatores Tyri, Ezech. 27. e

¶Eder filius Musi, filij Merari, 1. Paralip. 23.c. & 24. d

Eder ciuitas Iuda à meridie iuxta Edom, Iosue. 15.e

¶Edias filius Iesu, 3. Esd. 5.c

¶Aediculæ effœminatoꝝ in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci, 4. Reg. 23.b

¶Ediſſa altero nomine Esther, Esth. 2.a

¶Aedituui in Bethauen exultauerunt in gloria uituli, quia migrauit ab eo, Ose. 10.b

Aedituorum nomina cum sacerdotibus disperdẽda, Soph. 1.b

¶*Aedificare.*

Aedificatores turris & urbis uisitat deus, Genesis 11.a

Aedificatur turris Babel, Gen. 11.a

Aedificator sepium uocaberis, auertẽs semitas in quietem, Isa. 58.d

Aedificauit in gyro meo, circumdedit me felle & labore, Thr. 3.a

Aedificabunt isti Idumæi & ego destruam, uocabuntur termini impietatis, populus cui iratus est dominus usq; in æternum, Mala. 1.b

Aedificauit nemo quod deus destruxerit, si inclusserit hominem nullus est qui aperiat, Iob 12.c

Aedificationes has magnas uidetis templi? Marci 13.a

Aedificatio dei est ecclesia Christi & agricultura, 1. Cor. 3.b

Aedificant non omnia, omnia autem mihi licent, 1. Cor. 10.e

Aedificans iterum quæ destruxi, præuaricatorem me constituo, Gal. 2.d

Aedificatio omnis constructa in Christum, crescit in templum sanctum in domino, Ephe. 2.d

Aedificate alterutrum sicut & facitis, 1. Thessalonic. 5.b

Aedificatio dei est charitas, de corde puro, conscientiaq; bona, & fide non ficta. 1. Tim. 1.b

Aedificationem præstantes, docendæ in ecclesia doctrinæ quæ est in fide, 1. Tim. 1.b

¶*Edna.*

Edna succeſſit Haram, aliâs Rehum, Neemiæ 12. a

Ednas princeps de Manasse, socius Dauidis, 1. Par. 12.d

Ednas dux in tribu Iuda sub Iosaphat, cum 300000. 2. Par. 17.d

Edna de Pahatmoab duxit alienam, Esd. 10.d

¶Eddo primus in Chasphiæ loco, Esd. 8.c

¶*Edrai.*

Edrai in loco Og rex Basan pugnaturus uenit, Num. 21.g

Edrai mansio Og regis Basan, Deuter. 1.a. Iosue 12. b

Edrai ciuitas regni Og in Basan, Deuteronomij 3.b

Edrai urbs in tribu Manassis dimidia, Iosue 13. d

Edrai ciuitas in tribu Nephthali, Iosue 19.c

¶*Edom.*

Edom dicitur Esau ob rufum colorem, Geneſis 25. d

Edomitæ principes turbantur ad Israelis profectum, Exo. 15.c

Ad Edom regem nuncium mittit Moses de Cades, orans ut transire illius terram liceat, Numeri 20. c

Edom frater Israelis, Num. 20.c

Edom egressus obuiam Israel, cum infinita multitudine, et forti manu prohibuit transitum, Numeri 20. d

Edom terminus Iudæ usq; ad desertum Sin, contra meridiem, Iosue 15. a
Edom regionem pertransijt dominus, Iud. 5. a
Edomitæ recusarunt transitum Israelitis, Iudicum 11. c
Edomitæ percussi à Saule, 1. Reg. 14. g
Edomitæ nõ habebant regem tempore Iosaphat, 3. Reg. 22. g
Edom recessit de sub regno Iuda, 4. Reg. 8. f
Edomitarum reges enumerantur, 1. Paralipomenon 1. d
Edom rebellauit sub rege Ioram filio Iosaphat, 2. Par. 21. b.
Edomitæ percussi noctu à Ioram rege Iuda, nihilominus tamen rebellarunt, 2. Paralipomenon 21. b
Edomitarum terra sanguine inebriabitur, & humus eius adipe pinguium, &c̃. Isa. 34. b
Edom torrentes conuertentur in picem, & humus eius in sulphur, &c̃. Isa. 34. b
De Edom fumus ascendet in sempiternum, à generatione in generationem desolabitur, in læcula sæculorum non erit transiens per eam, Isa. 34. c
Edom hoc est Iudæos & synagogã possidebunt onocrotalus, ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea, Isa. 34. c
Edomitarum in domibus orientur spinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile Draconum & pascua struthionum, Isaiæ 34. c
De Edom quis est iste qui uenit tinctis uestibus de Bosra? Isa. 63. a
Edom regi Ieremias uincula mittit, Iere. 27. a
Edom filia gaude & lætare, quæ habitas in terra Hus, ad te quoq; pueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis, Thr. 4. d
De Edom iniit consilium dominus, si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum, à uoce ruinæ eorũ commota est terra, clamor in mari rubro auditus est, Ier. 49. d
Edom filia uisitauit iniquitatem tuam, discooperuit peccata tua, Thr. 4. d
Edom tribus sceleribus & quarto nõ conuertam, quia gladio persequutus est fratrẽ, uiolauit misericordiam, seruãs furorem & indignationem suam usq; ad finem, Am. 1. c
Edom paruulum dedi in gentibus, contemptibilis tu es ualde, Abd. a
Edom superbus habitat in scissuris petrarum, exaltat solium suum, dicens: Quis detrahet me in terram? Abd. a
Edom si exaltatus fueris ut aquila, si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, Abdiæ b
Edom si fures introissent ad te, si latrones per nõctem, quomodo conticuisses? &c̃. Abd. b

Edom si uindemiatores introissent ad te, nunqd saltem racemum reliquissent tibi, Abd. b
Edom & Esau quomodo scrutati sunt, & inuestigauerunt abscondita eius, Abd. c
De Idumæa perdam sapientes, & prudentiam de monte Esau, Abd. c
Edom timebunt fortes tui à meridie, ut intereat uir de monte Esau, Abd. d
Edom operiet cõfusio, & peribis in æternum propter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuum Iacob, Abd. d
Edom, unus tu eras ex eis, cum stares aduersus Iacob, & alieni ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, Abd. d
Edom, non tu despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius, Abd. e
Edom, non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum, non magnificabis os tuum in die angustiæ, Abd. e
Edom, non ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorũ, neq; despicies tu in malis eius, &c̃. Abd. e
Edom, non stabis in exitibus, ut interficias eos, qui fugerint, & non condudes reliquos eius in die tribulationis, Abd. e
Edom, sicut fecisti fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum, Abd. f
Edom, quomodo bibistis super sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, bibent & absorbebunt, erunt quasi non sint, Abd. f
Edom, filiorum memor esto domine, in die Ierusalem, Psal. 137. 7.
¶Effœminatorum animæ esurient, Prou. 19. b
Effœminati dominabuntur eis, Isa. 3. a

¶*Egenus.*

Egenum deus saluum faciet à gladio oris astutorum, & de manu uiolenti pauperem, Iob 5. c
Egeno spes erit, iniquitas cõtrahet os suum, Iob 5. c
Egestas à domino in domo impij, habitacula autem iustorum benedicentur, Prou. 3. d
Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat, Prou. 10. a
Egentem qui calumniatur exprobrat factori suo, Prou. 14. d
Eegenum suscitat de puluere dominus, 1. Regum. 2. b
Egens homo marcidus uirtute deficiens, paupertate abundans, oculus tamen dei eum respicit in bono, & eum erexit ab humilitate ipsius, exaltauit eius caput, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt deum, Eccl'i 11. b
Egens nullus erat in credentibus, Acto. 4. g

¶*Ego.*

Ego sum alpha & ω primus & nouissimus, principium & finis, Apo. 22. c
Ego ego sum, ego uidi dicit dominus, Ieremiæ 7. b

Ego ſum qui ſum, nomen domini dei eſt Iſraël, Exod. 3.e

Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, Mat. 22. c

Ego dominus, hoc eſt nomẽ meum, gloriã meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptibus, Iſa. 42.b

Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, Iſa. 43.d

Ego dominus & non eſt amplius, extra me non eſt deus, &c. Iſa. 45.a

Ego ſum, ait Ieſus, nolite timere, Ioan. 6.c

Ego ſum, ego ſum dominus, & non eſt abſq; me ſaluator, ego annunciaui & ſaluaui, auditum feci, & non fuit in uobis alienus, Iſa. 43. b

Ego uobiſcum ſum omnibus diebus, uſq; ad conſummationem ſæculi, Mat. 28.d

Ego ſum cum Ieſus dixiſſet, abierunt retrorſum, & in terram ceciderunt, Ioan. 18.a

¶Egeus eunuchus fœminarum Aſſueri, Eſth. 2. a

¶Egla uxor Dauid ſexta, mater Iethraam, 2. Regum 3. a. 1. Par. 3.a

¶*Eglon.*

Eglon poſt Lachis capta & uaſtata, Ioſ. 10.f

Eglon rex occiſus à Ioſue, Ioſ. 12.d

Eglon ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ. 15.e

Eglon rex Moab à domino confortatus contra impios Iſraelitas, Iudic. 3.b

Eglon cum ſocijs Ammon & Amalec percuſſit Iſrael, & cepit urbem palmarum, Iudic. 3.b

Eglon rex de throno ſurgit, audiens uerbum dei ſe auditurum, Iudic. 3.c

Eglon confoſſus ſica in uentrem tam ualide, ut capulus ſequeretur ferrum in uulnere, Iudicum 3. c

Eglon rex craſſus nimis, Iudic. 3.c

Eglon in terra iacens mortuus, Iudic. 3.d

¶*Eijcere.*

Eijcitur Adam de paradiſo ut laboret, Geneſis 3.d

Eijciuntur à facie domini homicidæ, Geneſis 4.c

Eiecit è templo uendentes & ementes in templo, & menſas numulariorum & cathedras uendentium columbas euertit, Marc. 11.b

¶*Egredi.*

Egreditur à facie domini Cain, Gen. 4.c

Egrediamur foras, non eſt in Hebræo, Geneſis 4. b

Egreditur arcam Noë cum omnibus ſuis, Geneſis 8.d

Egredi domum paternam uocante deo, Geneſis 12.a

Egredi & ingredi non poteſt Moſes, ut transferat Iſraelem Iordanis flumen, Deut. 31.a

Egreſſa non eſt, quæ habitat in exitu, Mich. 1.c

Egreſſus Ieſus cum diſcipulis trans torrentem Cedron, ubi erat ortus, in quem introiuit cum diſcipulis, Ioan. 18.a

¶*Ela.*

Ela dux ex Eſau, Gen. 36.d. 1. Par. 1.d

Ela filius Baaſa, regnat 26. anno Aſa regis Iuda, in Therſa duobus annis, occiſus à Zambri ſeruo, 3. Reg. 16.b

Ela pater Semei principis, 3. Reg. 4.b

Ela pater Oſeę regis Iſrael ultimi, 4. Reg. 15.f

Ela filius Caleb pater Cenez, 1. Par. 4.c

Ela filius Ozi filij Mochori, 1. Par. 9.b

¶Elad & Ezer occiſi à uiris Geth indigenis, 1. Par. 7. d

¶Elada filius Thahath pater Thahath, 1. Paralip. 7.d

¶Elai pater Oziæ filius Iamnon, Iudith 8. a

¶Elam cunctis regibus calix iræ dei ebibendus, Ierem. 25.e

Elam filius Sem, 1. Par. 1.b

¶Aelam quintus ianitor filij Meſelemiæ, 1. Paralip. 26.a

¶*Elaſa.*

Elaſa filius Helles pater Siſamoi, 1. Paralipomenon 2. e

Elaſa filius Rapha pater Aſel, 1. Par. 8.d

Elaſa filij Saphan, epiſtolæ Ieremiæ baiulus, Ieremiæ 29.a

Elaſa filius Pheshur ſacerdos duxit alienam, Eſdræ 10. c

¶De Elath campeſtri uia uenimus in deſertum Moab, Deu. 2.b

¶*Elcana.*

Elcana filius Core, Exo. 6.d

Elcanæ duæ uxores Anna & Phenenna, 1. Regum 1.a

Elcana piæ uxori cedit & defert ad uota, 1. Regum 1.d

Elcana aſcendebat ſtatutis diebus, ut adoraret, & ſacrificaret in Silo. 1. Reg. 1.a

Elcana meliorem ſe dicit Annæ uxori, quàm decem filij, 1. Reg. 1.b

Elcana uotum perſoluturus aſcendit ad Silo, 1. Reg 1. d

Elcana de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, 1. Reg. 1.a

Elcana filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph Ephratęus, 1. Reg. 1.a

Elcana filius Azir, pater Abiaſaph, 1. Paralipomen. 6.b

Elcana filij Amaſai & Achimoth & Elcana, 1. Par. 6.b

Elcana filius Ieroam, pater Samuelis, 1. Paralipom. 6.b

Elcana filius Elcana, 1. Par. 6.b

Elcanæ pater Sophai, 1. Par. 6.b

Elcana filius Ioel, filij Mahath, 1. Par. 6.c

Elcana filius Ioel, filij Azariæ, 1. Par. 6.c

Elcana pater Aſa, 1.Par.9.c
Elcana de Carehim Beniamita, 1.Par.12.a
Elcana cuſtos arcæ, 1.Par.15.
Elcanan ſecundum ab Achaz rege occidit Zechri, 2.Par.28.a
Elchanan filius Dodo de Bethleem, 1.Par.11.f
¶Eldad & Medad in caſtris manent, quanquam uocati à Moyſe, ſup quos ſpiritus dei requieuit & prophetarunt, Num.11.f

¶*Eleale.*

Eleale regio apta alendis animalibus, Num.32.a
Eleale urbs ædificata à Rubenitis, Num.32.g
Eleale in terra Moab, Iſa.15.b
Vſq; Eleale de Heſebon & Iaſa clamor fuit, Ieremiæ 48.f
¶Elehanan filius patrui eius de Bethleem, 2.Reg.23.d

¶*Eleemoſyna.*

Eleemoſynis redime peccata tua, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, Dan.4.e
Eleemoſyna reſiſtit peccatis, ſicut aqua ignem extinguit, Eccl'ci 3.d
Eleemoſyna patris non erit in obliuione, Eccl'ci 3.b
Eleemoſynam facere & exorare ne deſpicias, Ecclesiaſtici 7.a
Eleemoſyna uiri quaſi ſacculus cum ipſo, gratiã hominis quaſi pupillam conſeruabit, Eccl'ci 17.c
Eleemoſynam conclude in corde pauperis, & hęc pro te orabit ab omni malo, Eccl'ci 29.b
Eleemoſyna uiri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillum conſeruabit, poſtea reſurget, & illis retribuet retributionem, uni cuiq; in caput illorum, Eccl'ci 29.b
Eleemoſyna ſuper ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit, Ecclesiaſtici 29.b
Eleemoſynam facientis deus meminit in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum, Eccl'ci 3.d
Eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuerras à paupere, Eccl'ci 4.a
Eleemoſyna liberat ab omni peccato, & à morte, nec patietur animam ire in tenebras, Tob.4.b
Eleemoſynam facientibus fiducia magna erit coram ſummo deo, Tob.4.b
Eleemoſynam fac ex tua ſubſtantia, Tob.4.b
Eleemoſyna melior eſt quàm theſauros auri recondere, Tob.12.b
Eleemoſyna liberat à morte, purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & uitam æternam, Tob.12.c
Eleemoſynam te faciente, neſciat ſiniſtra quid faciat dextra, Mat.6.a
Eleemoſyna tua ſit in abſcõdito, & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi, Mat.6.a
Eleemoſynam faciens, noli tuba canere ante te, ut

hypocritæ faciunt in ſynagogis & uicis, Mathæi 6.a
Eleemoſynã date, & ecce omnia munda ſunt uobis, Luc.11.f
Eleemoſynam date, & uendite quæ poſſidetis, Luc.12.d
Eleemoſynam rogabat accipere claudus, cum uidiſſet Petrum & Ioannem introire incipientes, Acto.3.a
Eleemoſynas facit multas plebi Cornelius in Cæſarea, Acto.10.a
Eleemoſyna miſſa in Iudæam à fratribus per manus Barnabæ & Sauli, Acto.11.d
Eleemoſynas facturus Paulus Hieroſolymam uenit, & uota habens in templo, purificatus inuentus eſt, Acto.24.d
Eleemoſyna fiat, non ut alijs remiſſio, uobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate, 2.Cor.8.c
Eleemoſyna dicitur benedictio, gratia, miniſterium, beneficentia, 2.Cor.8.&9.c
Eleemoſynæ beneficium Corinthij præ alijs eccleſijs diligenter, ſponte, cito, & alacriter præbeant, 2.Cor.9.a
Eleemoſyna in ſanctos prõpte à Corinthijs data, prout gloriatur de eis apoſtolus, 2.Cor.9.a
Eleemoſynam det quiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate, 2.Corin.9.b
Eleemoſynam dantibus potens eſt deus omnem gratiam abundare facere, ut in omnibus ſemp omnem habeant ſufficientiam, ut abundent in omne opus bonum, 2.Cor.9.b
Eleemoſynã comparat ſemini ſeminato copioſe, 2.Cor.9.c
Eleemoſynam facientes, in omnibus locupletati, abundantes in omnem ſimplicitatem, 2.Corin.9.d
Eleemoſynæ collectio apoſtolica non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed cauſa eſt multæ gratiarumactionis, in gloriam dei & profeſſionem Euangelij, 2.Cor.9.d
Eleemoſynã ſuſcipientes gratias agunt deo, probant apoſtolicum miniſterium, confeſſionem Euangelij Chriſti, obſecrãtur pro dantibus, deſyderant gratiam illis eminentiorem, 2.Corin.9.d
Eleemoſyna eccleſiaſtica dicitur à Paulo hoſtia deo accepta & placens in odorẽ ſuauitatis (hoc autem nõ intelligentes Miſſantes intellexerunt corpus Chriſti hoſtiam eſſe in Miſſa, cum ueri priſci patres collectas pro eccleſia intellexerint ex hoc loco hoſtiam in odorem ſuauitatis) Phil.4.d

¶*Eleazar.*

Eleazar uxorem duxit de filiabus Phutiel, quæ ei peperit Phinees, Exo.6.d
Eleazar filius Aaron princeps principum Leuiticorum, Num.3.e

Eleazar curabit oleum lucernæ, & incenſi com-
poſitionem, & oleum unctionis, Num. 4.b
Eleazar iubetur colligere thuribula ex incendio
reliqua, & ſanctificata in mortibus peccato-
rum, Num. 16. e
Eleazar quos cum Moſe numerauit omnes in pri
ma numeratione, numerati non fuerunt cum
Aaron, prçter Caleb & Ioſue: omnes enim mor
tui fuerant in ſolitudine, Num. 26.g
Eleazar ſacerdos conſulet dominum pro Ioſue, ſi
quid agendum eſt, Num. 27.d
Eleazar ſacerdos terram diuidet, Num. 34.d
Eleazar ſacerdotio functus eſt pro Aarone, Deu.
10. b
Eleazar ſacerdos et Ioſue diuiſerunt terram Cha-
naan filijs Iſrael, Ioſ. 14.a
Eleazar filius Aaron mortuus eſt, ſepultus in Ga-
baath Phinees filij eius, quæ data eſt ei in monte
Ephraim, Ioſ. 24.g
Eleazarum filium Abinadab ſanctificant ad ar-
cam dei cuſtodiendum, 1. Reg. 7.a
Per Eleazarum fecit deus ſalutem magnam in po
pulo, qui fugerat, ſed reuerſus eſt ad cæſorũ ſpo
lia detrahenda, 2. Reg. 23.b
Eleazar filius patrui Dauid Aholites inter tres
fortes, cum Dauide cõtra Palæſtinos exprobran
tes, 2. Reg. 23.b
Eleazar Paleſtinos percuſſit, donec deficeret ma-
nus & obrigeſceret cum gladio, 2. Reg. 23.b
Eleazar genuit Phinees ſacerdotes, 1. Paralipo.
6. a.d
Eleazar filius Dodo Aholites, 1. Par. 11.c
Eleazar fuit cum Dauid in Phesdomim in agro
pleno hordei, quem & defendit, 1. Par. 11.c
Eleazar filius Moholi filij Merari, 1. Par. 23.c. &
24. d
Eleazar filius Moholi non habuit filios, ſed filias,
quas uxores duxerunt fratres earum filij Cis,
1. Par. 23.c. & 24.d
Eleazari filijs, quia multi erant, Dauid diſtribuit
ſorte ſedecim uices, Ithamar autem filijs, quia
pauciores, diſtribuit octo, 1. Par. 24.a
Eleazar filius Phinees appenſor auri & uaſorum,
Eſd. 8. g
Eleazar pater Phinees filius Aaron, Eſd. 7. a. 3.
Eſd. 8.a
Eleazar cum canticis ſacerdos, Nee. 12.d
Eleazarus alienam abiecit, 3. Eſd. 9.c. & 8.d
Eleazari filij Saura magnanimitas cõtra beſtiam,
& exercitum regis Antiochi pro gente mortui,
1. Mach. 6.e.f
Eleazarus filius Mathathiæ cognomine Abaron,
1. Mach. 2.a
Eleazarus primas ſcribarum, coactus carnes ede-
re porcinas, & rogatus recuſans, exemplum prę
bet iunioribus obſeruantię legis, & fortitudinis
in fide & legibus, 2. Mach. 6.d.e.f.g
Eleazar filius Eliud pater Mathan, Mat. 1.b

¶*Electio.*

Electa ſepulchra offeruntur Abrahæ, Gen. 23.
Electi à domino appropinquabunt ei, Numeri
16.a
Electionis dei cauſæ ad Iſraelem, Deut. 7.b
Elegit te dominus, ut ſis ei in populum peculia-
rem, de cunctis gentibus, quæ ſunt ſuper terrã,
Deut. 14.a
Electio datur Iſraeli, ſi domino ſeruire uelit, aut
dijs gentium, Ioſ. 24.d
Electus eris cum electo, 2. Reg. 22.c
Electi mei hęreditabunt terram meã, & ſerui mei
habitabunt ibi, Iſa. 65.b
Electis meis inueterabunt opera manuum eorũ,
Iſa. 65.d
Electi mei non laborabunt fruſtra, nec genera-
bunt in conturbatione, quia ſemen benedicto-
rum domini eſt, & nepotes eorum cum eis, Iſa.
65. d
Electorum orationes antequam clament exau-
diam, adhuc illis loquentibus ego audiam, Iſa.
65. d
Cum electo electus eris, cum peruerſo peruerte-
ris, Pſal. 18.26.
Electi dei omnes benedicite dominum, agite dies
lætitiæ, & confitemini illi, Tob. 13.c
Electi pauci ſunt, cum ſint uocati multi, Matthęi
20. b
Electi congregabuntur à quatuor uentis, à ſum-
mis cœlorum uſque ad terminos eorum, Mat
thæi 24. c
Elegi ego uos, non uos me elegiſtis, Ioan. 15. c
Elegi uos & poſui uos ut eatis, & fructum affera
tis, & fructus ueſter maneat, Ioan. 15.c
Electio conſecuta eſt quod quærebat, cæteri uero
excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Deus illis, &c̃.
Rom. 11. b
Elegit deus infirma mundi, ut confundat fortia,
1. Cor. 1.d
Elegit deus ſtulta mundi, ut confundat ſapientes,
1. Cor. 1.d
Elegit deus contemptibilia & ignobilia mundi, et
quæ non ſunt, ut ea q̃ ſint deſtrueret, 1. Co. 1.d
Elegit nos deus ante mundi conſtitutionem in
Chriſto, ut eſſemus ſancti & immaculati in con
ſpectu eius in charitate, Eph. 1.a
Electionem ueſtram à deo ſcientes fratres dilecti,
1. Theſſ. 1.b
Electorum dei fides & agnitio ueritatis, quæ ſe-
cundum pietatem eſt in ſpem uitę æternæ, Ti
ti 1.a
Electæ ſororis tuæ filij te ſalutant, 2. Ioan. d
¶Electri ſpecies de medio nubis, & ſplendoris, &
ignis, Ezech. 1.b
Electri ſpeciem uidi uelut aſpectum ignis in-
trinſecus eius per circuitum à lumbis eius et de-
ſuper, & à lumbis eius uſque deorſum, Eze-
chiel. 1.g

¶Eldaa filius Madian, Gen. 25. a. 1.Par.1.c

¶*Elementa.*

Elementa calore ſoluentur in die dñi, 2. Par. 3.b
Elementa ignis ardore tabeſcent, 2.Par.3.c
Elementa in ſe dum conuertuntur, qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt, Sap. 19.d
Elementa infirma & egena huius mundi ad quæ Galatæ conuertebantur erant ceremonialia legis, Gal. 4.b
Elementa infirma ſunt dierum, menſium, temporum & annorum obſeruationes, Gal.4.b
Elementis mundi nemo uos decipiat,& non ſecundum Chriſtum, Col. 2.b
Elementa omnia ſunt in interitu ipſo uſu, ſecundum p̃cepta & doctrinas hominum, Col. 2. d
Elementa humanæ traditionum de ſuperſtitioſa humiliatione ad non parcendum corpori,rationem quidem habent ſapientiæ, ſed non ſunt in honore aliquo ad ſaturitatem carnis, Col.2.d
Elementa huius mundi quid adhuc cum Chriſto mortui tanquam uiuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis,ne guſtaueritis, neq; contrecta ueritis, Col. 2. d
Elementa exordij ſermonum dei nondum ſcitis, cum deberetis propter tempus eſſe magiſtri, Heb. 5.d
¶Eleph ciuitas tribus Beniamin, Ioſ.18.d

¶*Elephas.*

Elephanti in exercitu Antiochi 32. docti ad prælium, 1.Mach.6.d
Elephantis ſanguis uuæ & mori oſtenditur ad acuendum eos ad prælium, 1.Mach.6.d
Elephantis ſingulis adfiſtunt 1000. uiri in loricis cõcatenatis, & galeę in capitibus, 1.Mach.6.d
Elephantum in bello qualis diſpoſitio et uſus, 1. Mach.6.d
Elephantis turres lignei & uiri impoſiti, 1.Machab. 6.d
¶Eleutherus fluuius in regione Amathiti, 1.Machab.12.d.& 11.a

¶*Eliab.*

Eliab filius Helon princeps tribus Zabulon, Numeri 1. a
Eliab filius Helon dux Zabulon obtulit tertio die ad altaris dedicationem,&c̃. Num.7.c
Eliab filij Dathan & Abiron, Deut. 11.a
Eliab filius Phallu, Num. 26.a
Eliab pater Namuel, Dathan, Abiron, Nu.26.b
Eliab uiſum, Samuel putauit ungendum,quia ipſius Iſai primogenitus, 1.Reg.16.b
Eliab abieci, quia non iuxta intuitum hominis ego iudico, 1. Reg.16.b
Eliab frater iraſcitur Dauidi, & probro afficit, 1. Reg. 17.d
Eliab primogenitus Iſai, 1. Par.2.b
Eliab filius Nahath, pater Ieroham, 1.Par.6.b
Eliab Gaddites fortis cum Dauid, 1.Par.12.b

Eliab in Nablis arcana canit, 1. Par.15.c
Eliab ianitor Dauidis tempore, 1. Par.15.c.cantor, 1. Par. 16.a
Eliab filius Iſai pater Abihail uxoris Roboam, 2.Par.11.d
¶Eliaba Salabonites, 1.Par.11.g
Eliaba de Sabaloni, 2.Reg.23.d
¶Eliada pater Razon regis Damaſci, 3.Re.11.e
Eliada filius Dauid, 1.Par.3.b
¶Elica de Harodi fortium unus Dauidis, 2.Regum 23. d
¶Eliam pater Bethſabeæ, 2. Reg.11.a
Eliam filius Achitophel Gelonites ex fortibus Dauid unus, 2. Reg.23.d

¶*Elias.*

Elias iubetur ire ad Sareptha Sidoniorum,ut ibi à uidua paſcatur, 3.Reg. 17.a
Elias Thesbites de habitatoribus Galaad iurat regi Achab defuturam pluuiam & rorem terræ, niſi iuxta uerbum oris ſui, 3.Reg.17.a
Elias iubetur abſcondi in torrente Carith contra Iordanem, coruis paſcendus, 3. Reg. 17.a
Elias uult ſibi primum parari cibum à paupere uidua,deinde ſibijpſi & filio, 3.Reg.17.b
Elias aquam petit cum buccella panis à uidua Sarepthana, 3. Reg.17.b
Eliam exaudiuit dominus, anima reuerſa intra puerum,qui fuerat mortuus, 3. Reg.17.d
Elias puerum tradidit matri ſuæ, dicens,En uiuit filius tuus, 3.Reg.17.d
Eliæ dicit uidua,Nunc cognoui,quoniam uir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo uerum eſt, 3.Reg. 17.d
Elias expandit ſe, & menſus eſt ſuper puerum tribus uicibus, clamãs ad dominum, 3.Reg.17.d
Elias comedit,& uidua, & domus eius ex hydria farinæ & lecytho olei, donec facta eſt pluuia, 3.Reg. 17.c
Elias uitæ reſtituit filium mortuum matrisfamilias, orando ſuper eum in cœnaculo, 3.Regum 17. c. d
Eliæ uerbum domini fit anno tertio, ut regi ſe Achab oſtendat, & dominus pluuiam largiatur, 3. Reg. 18.a
Elias iurat hodie ſe regi Achab apariturum, 3. Reg. 18. c
Elias corripit Iſraelẽ quare claudicẽt in duas partes, 3. Reg. 18.d
Elias populum conuocat ad dei ueri cultum,reuerentiam & ſacrificium, 3.Reg. 18.c
Elias altare deo cõſtruit ex 12. lapidibus iuxta numerum filiorum Iacob & Iſrael, cum aquæductu in circuitu altaris,lignorum compoſitione, aqua ſuperfuſa lignis, & membris bouis ſacrificandi, idq; ſecundo facit & tertio, 3. Re.18.c.f
Eliæ oratio ad dominum, ut oſtendat ſe deum eſſe Iſrael, & Eliam eſſe ſeruum dei ſedulum, utq; conuertat Iſraelem, 3. Reg.18.f

Elias propheta domini ſolus: prophetæ Baal erãt 450. 3.Reg.18.d

Eliæ zelus & inſtitutum pro dei ueri uero cultu contra ſacerdotes & prophetas Baal, 3. Regum 18. d

Elias proponit experimentum diuinæ excellentiæ & deorum falſorum impotentiæ, 3. Regum 18. d

Elias facta ſuper ſe manu domini, lumbis accinctis currebat ante Achab, donec ueniret in Iezrael, 3.Reg.18.g

Elias occidit circa torrentem Ciſon omnes prophetas Baal, 3. Reg.18.g

Elias promittit regi Achab multam pluuiam, utq; comedat & bibat hortatur, 3.Reg.18.g

Elias in Carmelo pronus orat pro pluuia ſeptem uicibus, donec puero ſuo appareret nebula, 3. Reg. 18.g

Elias meridie illudebat prophetis Baal, ut fortiter clamarent ad deos ſuos, 3.Reg. 18. c

Elias timens abijt quo eum ferebat uoluntas, & uenit Berſabee Iuda, & uiam abijt deſerti trium dierum, 3. Reg.19.a

Elias ſubter iuniperum petit animæ ſuæ ut moriatur, 3. Reg.19.a

Elias ait, Sufficit mihi domine, tolle animã meã, non enim melior ſum q̃ patres mei, 3.Re.19.a

Eliam dormientem in umbra iuniperi angelus tetigit, iubens edere de pane ſubcineritio ad caput poſito, 3.Reg.19.a

Elias ſurgit, comedit, bibit, ambulat in fortitudine cibi illius, 40. diebus & 40. noctibus, uſque ad montem dei Horeb, 3.Reg.19.b

Elias in ſpelunca reſpondet domino, Zelo zelatus ſum pro domino exercituum, quem Iſrael reliquerit, altaria dei deſtruendo, & occidendo prophetas, ad unum uſq; ſe ſolum, 3. Re.19.b

Eliæ apparet dominus tranſiens, & ſpiritus grandis montes ſubuertẽs, petras conterens, auditq; dominum eſſe, non in ſpiritu, non in commotione, non in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis, 3. Reg. 19. b.c

Elias uultum operuit pallio, ſtans in oſtio ſpelunc æ, dominumq; audit loquentem, cui reſpõdet, ſe ſolum relictum zelatorẽ gloriæ dei, 3.Re.19.c

Elias iubetur redire Damaſcum, ungere Azaelem regem ſuper Syriam, & Iehu ſuper Iſraelem, Eliſeum prophetam pro ſe, 3.Reg.19.c

Elias reperit Eliſeum & pallium immiſit in eum, & ſtatim relictis omnibus abijt poſt Eliam, 3. Reg.19.d

Elias mittitur à dño contra Achab deſcendentem ad uineam Naboth ut poſſideat, 3.Reg.21.e

Elias uir piloſus, zona pellicea accinctus renibus, 4.Reg.1.b

Eliam uocant ad regem, quinquaginta cum quinquagenario, qui igne de cœlo deſcendente deuorantur duabus uicibus, 4. Reg.1.b

Elias homo dei euocat ignẽ de cœlo, 4.Reg. 1. b

Eliam tertius quinquagenarius orat ut parcat animabus ſeruorum ſuorum, & ſibi, & auditur, 4.Reg.1.c

Elias à domino eleuãdus in cœlum per turbinem ibat cum Eliſeo de Galgalis, 4.Reg.2.a

Elias curru igneo per turbinẽ aſcendit in cœlum, 4.Reg.2.b

Elias mittitur à domino in Bethel in Iericho ad Iordanem, 4.Reg. 2.a.b

Elias iubet poſtulare Eliſeum quæ uelit ab eo ſibi dari, antequam tollatur, 4.Reg.2.b

Elias pallio ſuo inuoluto ſecat aquas Iordanis, ut tranſeat cum Eliſeo per ſiccum, 4. Reg.2.b

Elias inquiritur à filijs prophetarum 50. in montibus & uallibus tribus diebus, & non inuenitur, 4. Reg.2.c

Eliæ angelus domini loquitur, ut ad regẽ Ochoſiam deſcendat, 4.Reg.1.d

Eliæ Thesbitis prophetia ex uerbo domini agno ſcitur impleta ad unguem, 4. Reg. 9. g

Eliam ecce ego mittam uobis prophetam, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis, Mala. 4.b

Elias conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, Mal. 4.b

Elias ꝓpheta ſurrexit quaſi ignis & uerbum ipſius quaſi facula ardebat, Eccl'ci 48.a

Elias induxit in Iſrael famem, & imitantes illum inuidia ſua pauci facti ſunt: non enim poterant ſuſtinere præcepta domini, Eccl'ci 48.a

Elias uerbo domini exaltauit cœlum, & deiecit à ſe ignem terræ, Eccl'ci 48. a

Elias magnificatus eſt in mirabilibus ſuis, & plus quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi, Eccl'ci 48.a

Elias, ſuſtuliſti mortuum ab inferis de ſorte mortis in uerbo domini dei, Eccl'ci 48.a

Elias, deieciſti reges ad pernitiem, & confregiſti facile potentiam ipſorum, & glorioſos de lecto ſuo, Eccl'ci 48.a

Elias audit in Sina iudicium, in Horeb iudicia de ſenſionis, Eccl'ci 48.b

Elias ungit reges ad pœnitentiam, & prophetas facit ſucceſſores, Eccl'ci 48. b

Elias ſuſceptus eſt in turbine ignis, in curru equorum igneorum, Eccl'ci 48. b

Elias inſcriptus in iudicijs temporum, lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium, reſtituere tribus Iacob, Eccl'ci 48.b

Eliam beati qui uiderunt, & in amicitia decorati ſunt eius, nos uita uiuimus tantum, poſt mortem autem nõ erit tale nomen noſtrum, Eccl'ci 48. b

Elia de filijs Aelam duxit alienam, Eſd. 10.d

Elias qui uenturus eſt, eſt ipſe Ioannes Baptiſta, Mat. 11.b

Elia ex Harim ſacerdos duxit alienigenam, Eſdræ 10.c

Eliam quidam arbitrantur Christum, Mat.16.c
Eliam oportet primum uenire, Mat.17.b
Elias quidem uenturus est, & restituet omnia, Mat.17.b
Elias iam uenit dico uobis, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt, Mat.17.b
Eliæ epistola allata Ioram regi in qua illi prædicitur interitus, ob spretam uiam Iosaphat, & Asa, sequutum autem exemplum Achab, & fratricidam factum, 2.Par.21.c
Elias liberans si ueniat uideamus, Mat.27.f
Elias & Moyses apparuerunt loquentes cum Iesu, Marc.9.a
Eliam oportet uenire primum, dicunt pharisæi, Marc.9.b
Elias cum uenerit primo restituet omnia, Marci.9.b
Elias uenit, & fecerunt illi quæcunq; uoluerunt, Marc.9.b
Elias si ueniat, sinite uideamus, ad deponendum eum, Marc.15.d
Eliæ diebus clausum cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta est fames magna in omni terra, Luc.4.e
Elias missus est tantum ad uiduam mulierem in Sarepta Sidonis, Luc.4.e
Elias dicebatur apparuisse aut aliquis ex prophetis in Christo, Luc.9.a
Eliam se esse Ioannes negauit, Ioan.1.c
Eliæ dixit deus interpellanti contra Israel, reliqui mihi septem milia uirorum, &c. Rom.11.a
Elias queritur, Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animã meam, Ro.11.a
Elias homo similis nobis, oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex, Iac.5.d
Elias rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum, Iac.5.d

¶*Eliachim.*

Eliachim filius Helchiæ præpositus domus, 4.Reg.18.d
Eliachim præpositus domus & Sobna scriba ad Isaiam mittuntur cum senibus sacerdotibus, 4.Reg.19.a
Eliachim filium Iosiæ regem facit Pharao Aegyptius, mutato nomine Ioachim, 4.Reg.23.g
Eliachim filius Helchiæ egressus est ad Rabsacẽ, qui erat super domum Sobna & Ioahe, &c. Isaiæ 36.a
Eliachim filium Helchiæ seruum meum uocabo illum, & induam tunica Sobnæ, cuius potestatem dabo in manus illius, Isa.22.f
Eliachim quasi pater erit habitantibus Ierusalem, & domui Iuda, Isa.22.f
Eliachim in humeros dabo clauem domus Dauid, & aperiet, & non erit qui claudat, claudet & non erit qui aperiat, Isa.22.f
Eliachim figam ueluti paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui, Isa.22.f
In Eliachim suspendent omnem gloriam domus patris sui, uasorum diuersa genera, omne uas paruum, à uasis craterarum usq; ad omne uas musicorum, Isa.22.g
Eliachim significat & Christum & omnem fidelem prælatum, Isa.22.g
Eliachim frater Ioachaz succedit fratri, & nominatur Ioakim, 25.annorum dum esset, rexit 11.annis, & malum fecit, 2.Par.36.a
Eliachim sacerdos cum tuba, Nee.12.d
Eliachim sacerdos ordinat de prouintia claudenda hosti, Iudith 4.a
Eliachim sacerdos domini magnus Israelem circumiens adhortatur ad fiduciã in deum ex ante actis, Iudith 4.c
Eliachim filius Abiud pater Azor, Mat.1.b
Eliachim pater Iona filius Melcha, Luc.3.f
¶Eliada robustus ad prælia sub Iosaphat cum 200000. 2.Par.17.d
¶Eliadas alienigenam duxerat, 3.Esd.9.d
¶Eliasaph filius Duel, dux Gad sexto die obtulit ad altaris dedicationem, Num.7.d.1.b
¶Eliasub filius Elioenai, 1.Par.3.d
¶Eliatha cantorum 20. cum filijs & fratribus 1.Par.25.d.b

¶*Eliasib.*

Eliasib undecimæ uicis sacerdotium, 1.Paralip.24.b
Eliasib cantor duxit alienigenam, Esd.10.c
Eliasib de filijs Bani duxit alienam, Esd.10.d
Eliasib de filijs Zethua duxit alienam, Esdræ 10.d
Eliasib sacerdos magnus ædificauit portam gregis sanctificando & statuendo ualuas, Neemiæ 3.a
Eliasib pater Ionathan, Nee.12.b
Eliasib filius Ioakim, pater Ioiada, Nee.12.a
Eliasib malum fecit Tobiæ, faciens ei thesaurum in uestibulis domus dei, Nee.13.b
Eliasib prepositus in gazophylatio domus domini, Nee.13.a
Eliasib proximus Tobiæ, Nee.13.a
Eliasib fecit sibi grãde gazophylatium ubi munera reponebant, thus, uasa, decimas omnes, Nee.13.a
Eliasib filij redeuntes, 3.Esd.5.c
Eliasib filius Banni, 3.Esd.9.d
Eliasib cantor alienam abiecit, 3.Esd.9.c
¶Eliad filius Chaselon de tribu Beniamin terram diuidet, Nee.34.d

¶*Eliel.*

Eliel de filijs Hebron leuitis & fratres eius 80. 1.Par.15.a
Eliel prefectus decimæ sub Chonenia, 2.Par.31.c
Eliel cognatio Manassis, 1.Par.5.d

Eliel filius Thohu filij Suph, 1.Par.6.c
Eliel filius Semei familia in Ieruſalem, 1.Par.8.b
Eliel filius Seſac familia in Ieruſalem, 1.Par.8.c
Eliel Mahumites, 1.Par.11.g
Eliel & Obeb, 1.Par.11.g
Eliel Gaddites cum Dauid, 1.Par.12.b

¶*Eliezer.*

Eliezer hæres futurus Abrahę creditur, Gen.15.a
Eliezer alter filius Moſis ex Sephora, Exo.2.d
Eliezer dictus, deus patris mei adiutor meus & eripuit me de manu Pharaonis, Exo.2.d
Eliezer familia Bechor in Beniamin, 1.Par.7.b
Eliezer ſacerdos tubis clangens, 1.Par.15.c
Eliezer filij Moyſi Rohobia primus & ſolus, 1.Par.23.b
Eliezer frater Subael pater Rahabia, 1.Par.26.d
Eliezer filius Zechi dux Rubenitarum, 1.Paralip.27.c
Eliezer filius Dodan, de Maſera prophetauit contra Ioſaphat, ob amicitias cum impio, 2.Paralip.20.g
Eliezer nuncius ad Eddo, Eſd.8.c
Eliezer leuita duxit alienam, Eſd.10.c
Eliezer de filijs Pharos duxit alienam, Eſd.10.c
Eliezer filius Ioſue ſacerdotis duxit alienigenam, Eſd.10.c
Eliezer de filijs Herem duxit alienam, Eſd.10.d
Eliezer pater Ieſu filius Iorim, Luc.3.f

¶*Elim.*

Elim peruenerunt à Mara Iſraelitæ, Exo.15.g
De Elim egreſſi, tentoria poſuerunt ſuper mare rubrum, Num.33.b
Elim puteus prope Moab, Iſa.15.b
¶Elimeo rediit de Babylone ad Ieruſalem, 3.Eſd.5.a
¶Elymaidem Perſidis nobiliſſimã, & templum ibi ditiſſimum, Antiochus uult deprædari, quã Alexander ornauerat, 1.Mach.6.a

¶*Elymas.*

Elymas magus idem qui & Barieu, Acto.13.b
Elymas plene omni dolo, omni fallatia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere uias domini rectas, Acto.13.b
Elymas, manus domini ſuper te, cæcus eris, non uidens ſolem uſq; ad tempus, Acto.13.b
¶Elioda filius Dauid natus in Ieruſalem, 2.Reg.5.c
¶Elionas alienam duxerat, 3.Eſd.9.c

¶*Elioenai.*

Elioenai filius Naariæ, qui & pater Odaia, Eliaſub, Pheleia, Accub, Iohanan, Dalaia, Anani, 1.Par.3.d
Elioenai familia Simeonis, 1.Par.4.f
Elioenai familia Bechor in Beniamin, 1.Par.7.b
Elioenai filius Semei familia in Ieruſalem, 1.Paralip.8.b
Elioenai ſeptimus ianitor filius Meſelemiæ, 1.Par.26.a

Elioenai filius Pheshur duxit alienam, Eſd.10.c
Elioenai de filijs Zethua duxit alienã, Eſd.10.d
Elioenai filius Zarehæ cum ducentis uenit cum Eſdra, Eſd.8.a
Elioenai ſacerdos cum tuba, Nee.12.d
¶Eliozerus alienigenam dimittit, 3.Eſd.9.c
¶Elihoreph & Ahia filij Siſa ſcribæ Salomonis, 3.Reg.4.a

¶*Elphaal.*

Elphaal genuit Heber, Miſaam, Samad, 1.Paralip.8.b
Elphaal filij Zabadia, Moſollam, Hezeci, Heber, Ieſamari, Iezlia, Iobab, 1.Par.8.b
Elphaal filius Abitob, 1.Par.8.b
Eliphal filius Vr, 1.Par.11.g
¶Eliphalam filius Iebel, 3.Eſd.8.c

¶*Eliphaleth.*

Eliphaleth filius Dauid, natus in Ieruſalem, 2.Reg.5.c
Eliphaleth filius Aasbai, filij Machati ex fortibus Dauid unus, 2.Reg.23.d
Eliphalet filius Dauid, 1.Par.3.b
Eliphalet tertius filius Eſec, fratris Aſel, 1.Paralip.8.d
Eliphaleth alter filius Dauid in Ieruſalem natus, 1.Par.14.b
Eliphalet de filijs Haſom duxit alienam, Eſdræ 10.d
Eliphalet filius Adonicam, Eſd.8.b
¶Eliphalach filius Aſom, 3.Eſd.9.d
¶Eliphalu ianitor, 1.Par.15.c
Eliphalu in citharis pro octaua canit, 1.Par.15.c
¶Eliſaphat filius Zechri centurio, 2.Par.23.a

¶*Eliſeus.*

Eliſeus filius Saphat de Abelmeula propheta inungi præcipitur pro Elia, 3.Reg.19.c
Eliſeus arans in duodecim iugis boum, ab Elia pallio immiſſo relictis omnibus ſequitur Eliam, 3.Reg.19.d
Eliſeus dicit Eliæ, Oſculer oro patrem et matrem, & ſic te ſequar, &c. 3.Reg.19.d
Eliſeus tollit par boum, mactat, coquit, populo dat, comedunt, ſurgit, abit, ſequitur Eliam, ministrat eidem, 3.Reg.19.d
Eliſeus habitabat in Iericho, 4.Reg.2.c
Eliſeus clamat, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius, 4.Reg.2.b
Eliſeus non uidit amplius Eliam, cuius tamen uestimenta apprehendens ſcidit in duas partes, 4.Reg.2.c
Eliſeus pallio Eliæ percuſſit aquas Iordanis, & diuiſæ ſunt huc & illuc, ut tranſiret Eliſeus, 4.Reg.2.c
Eliſeus poſtulat ab Elia, ut fiat in ſe ſpiritus duplex Eliæ, 4.Reg.2.b
Eliſeus ſal mittit in aquas fontis Iericho, & ſanantur, ne ſterilem terram reddant, 4.Reg.2.d
Eliſeus à Iericho aſcendit Bethel, ubi pueros ſibi

illudentes ob caluitiem maledixit, ut à duobus urſis lacerati fuerint quadragintaduo pueri, 4. Reg.2.d
Eliſeus de monte Carmeli redijt Samariam, 4. Reg.2.d
Eliſeus de Bethel abijt in montem Carmeli, 4. Reg.2.d
Eliſeus iurat ſe non dimiſſurum Eliam, 4. Regum 2.a
Eliſeus in exercitu eſt, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ, 4.Reg.3.b
Eliſeum adeunt tres reges Iſrael, Iuda, et Edom, ut oret pro ipſis ad dominum, 4. Reg.3.b
Eliſeus mittit regem Iſrael ad prophetas patris ſui Achab, & matris Iezabel, 4.Reg.3.b
Eliſeum filij prophetarum adorant proni in terram, 4.Reg.2.c
Eliſeus foſſas fieri iubet in alueo torrentis, 4.Regum 3.c
Eliſeus ſuccurrit uiduæ, ne creditor filios redigat in ſeruitutem, 4.Reg.4.a
Eliſeum in gratiam Ioſaphat ſuccurrere promittit exercitui, & pſaltem aduocari mandat, 4.Regum.3.b
Eliſeus per Sunam tranſiẽs, à muliere magna hoſpitio ſuſcipitur, quam & frequentare cœpit rogatus, 4.Reg.4.b
Eliſeo paratur ab hoſpitibus cœnaculum, lectulus, menſa, ſella, candelabrum, 4.Reg.4.b
Eliſeus quærit à Sunamitide quid pro ſedulo miniſterio poſtulet gratitudinis, 4.Reg.4.c
Eliſeus promittit poſt tempus legitimum Sunamitidi habituram filium, 4.Reg.4.c
Eliſeus morabatur in monte Carmeli, 4. Regum 4.d
Eliſeus miniſtrum mittit Giezi, ut accepto baculo feſtinantiſſime illum ponat ſuper faciem pueri, 4.Reg.4.e
Eliſeus reuerſus eſt in Galgala, 4.Reg.4.f
Eliſeus orat ad dominum, ut faciat redire animã pueri in corpus mortuum, 4.Reg.4.f
Eliſei ſtudium & ceremoniæ circa puerum ſuſcitandum, donec calefieret caro pueri, 4. Regum 4.f
Eliſeus amaritudinem pulmenti adimit, immiſſa ollæ farina, 4.Reg.4.g
Eliſeo defert quidam primitiarum panes, & uiginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera, quo cẽtum uiri ſatiati ſunt, 4. Regum 4.g
Eliſeus in Samaria creditur & prædicatur à puella poſſe lepram curare principis Naaman, 4. Reg.5.a
Eliſeus audiens regem ueſtes ſcidiſſe, denunciat ut ad ſe mittatur leproſus Naaman, 4. Regum 5.c
Eliſeus per nuncium mandat Naaman, ut in Iordane ſepties abluatur, 4.Reg.5.c

Eliſeus à Naaman non accipit munera pro grata ſanitatum, quam gratis acceperat, 4.Reg.5.d
Eliſeus laborat cum diſcipulis in lignis parandis pro extructione domus in ſylua, 4.Reg.6.a
Eliſeus nouit quid hoſtes Syri in inſidijs moliren tur, & præmonuit regem Iſrael, 4. Reg.6.b
Eliſeus propheta indicat regi omnia uerba, quæcunq; loquutus fueris in conclaui tuo, 4.Regum 6.b
Eliſeus in Dothain proditur regi Syriæ, 4.Regum 6.c
Eliſei miniſter uidet exercitum hoſtium in circuitu ciuitatis, 4.Reg.6.c
Eliſei orationibus miniſter uidet plures eſſe defenſores ſanctorum, quàm hoſtes ad prophetæ exitium imminentes, 4.Reg.6.d
Eliſei orationibus cęcitate percutiuntur hoſtes ſui Syri à domino, 4.Reg.6.d
Eliſeus orationibus ſuis impetrat exercitui Syrię, ut uideant ſe in Samaria captos, 4.Reg.6.d
Eliſeus non patitur occidi hoſtes ſuos, quos ipſe ceperat, ſed appoſita ciborum præparatione magna dimiſit abire ad regem Syriæ, 4.Reg.6.e
Eliſeus morti adiudicatur à rege Iſrael propter famem ciuitatis, 4.Reg.6.f
Eliſeus præſentit aduentum lictoris pro ſe occidendo iuſſu regis filij homicidæ, 4. Reg.6.f
Eliſeus prædicit craſtino futuram maximam annonæ & incredibilem copiam in Samaria, 4. Reg.7.a
Eliſei incredibilis prędictio completa per omnia, 4.Reg.7.d
Eliſeus Damaſcum uenit, dum Benadad ægrotat, 4.Reg.8.c
Eliſei omnia magnalia à Giezi narrantur regi, 4.Reg.8.b
Eliſeus iubet renunciari ſanandum regem, reuera autem prædicit moriturum, 4.Reg.8.d
Eliſeus flet coram Azaele propter mala quæ ſit illaturus Iſrael, rex futurus Syriæ, 4. Reg.8.d
Eliſeus mittit prophetarum diſcipulum in Ramoth Galaad, ut ungat Iehu, filium Ioſaphat, filij Namſi in regem Iſrael, 4.Reg.9.a
Eliſeus ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt, 4.Reg.13.c
Eliſeus mortuus et ſepultus, in cuius ſepulchrum latrunculi proijcientes occiſum, ex tactu oſſium Eliſei reuixit mortuus, 4.Reg.13.d
In Eliſeo cõpletus eſt Eliæ ſpiritus, in diebus ſuis non pertimuit principem, potentia nemo uicit illum, nec ſupauit illum uerbum aliquod, Eccleſiaſtici 48.b
Eliſei mortuum corpus prophetauit, in uita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt, Eccli 48.b
Eliſei prophetę diebus multi leproſi in Iſrael, quorum nullus mundatus eſt, niſi Naaman Syrus, Luc.4.e

¶Elimelech homo de Bethlehem peregrinatur in Moabitidi regione, Ruth 1. a

¶*Eliphas.*

Eliphas filius Adæ & Esau, Gene.36.a
Eliphas Themanites amicꝰ Iob, Iob 2.d primꝰ.
Eliphas Themanites primo loquitur, Iob 4.a
Eliphas Themanites loquitur secundo, Iob 15.a
Eliphas Themanites tertio loquitur, Iob 22. a
Eliphas Themaniten deus increpat cum amicis, quia non fuerint locuti rectum sicut Iob, Iob 42. b
Eliphas filij, Theman, Omar, Sepho, Gatham, Senez, Gen.36.a.b 1.Par.1.c
¶Elisa filius Iauan filij Iaphet, 1.Pa.1.a Ge.10.a
Elisa insula in qua hyacinthum & purpuram parant, Ezech.27. b

¶*Elisaphan.*

Elisaphan filius Oziel, Exod.6.c
Elisaphan filius Oziel patruus Aaron, Leu.10. a
Elisaphan filius Oziel princeps Caathitarum, Num.3. d
Elisaphan filius Pharnath de tribu Zabulon diuidet terram, Num.34.d
Elisaphan filij Leuitæ 200.quorum princeps Semeias, 1.Par.15.a

¶*Elisama.*

Elisama filius Ammiud princeps tribus Ephraim, Num.1.a
Elisama filius Ammiud dux Ephraim, septimo die obtulit ad altare munus, Num.7. d
Elisama filius Dauid natus in Ierusalem, 2.Reg. 5.c 1.Par.14. d
Elisama auus Ismaelis pater Nathaniæ, 4.Regum 25.f
Elisama filius Icama, 1.Par.2.f
Elisama unus & alter filius Dauid, 1.Par.3. b
Elisama filius Ammiud pater Nun, 1.Par.7.e
Elisama sacerdos & prædicator legis dei, 2.Paralip.17.b
Elisama scriba princeps in aula Sedechiæ regis, Ieremiæ 36.c
Elisamæ scribæ gazophylacio absconditur uolumen Ieremiæ, & profertur, Ierem.36. c
Elisama auus Ismaelis homicidæ, Ierem.41.a
¶Elisua filius Dauid natus in Ierusalem, 2.Regum 5.c 1.Par.14. b
¶Elizur filius Sedeur de tribu Ruben princeps, Num. 1. a
Elizur filius Sedeur dux Ruben, quarto die obtulit ad dedicationem altaris, &c̃. Num.7.c
¶Eli eli lamma sabachthani, hoc est, deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me? Matt.27.e

¶*Eliu.*

Eliu pater Ieroham, filius Thohu, 1.Reg.1.a
Eliu de Manasse militibus cum Dauid, 1.Pa.12.d
Eliu filius Semei filij Obededom ianitor, 1.Paralip. 26. a
Eliu frater Dauid dux Iudaitarum, 1.Par.27.c

Eliu inuoluens sententias sermonibus imperitis, Iob 38. a
Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram, Iob 32. a
Eliu amicis indignatur, nõ inuenientibus responsionem rationabilem, sed tantummodo cõdemnantibus Iob, Iob 32.a
¶Eliud filius Achim pater Eleazar, Matth. 1.b

¶*Elizabeth.*

Elizabeth uxor Aaronis, filia Amminadab, soror Nahason, mater Nadab, Abiu, Eleazar, Ithamar, Exod. 6. d
Elizabeth uxor Zachariæ de filiabus Aaron, Lucæ. 1. a
Elizabeth uxor tua pariet tibi filium, Luc.1.b
Elizabeth cõcepit & occultabat se mẽsibus quinque, Luc.1. c
Elizabeth congratulabantur uicini & cognati, quia magnificauit dominus misericordiã suam cum illa, Luc.1.f
Elizabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium, Luc.1.f
Elizabeth repleta est spiritu sancto, et exclamauit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, Luc.1. d
Elizabeth cognata tua concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus, illi quæ uocatur sterilis, Luc.1.d
¶Elzabad filius Semei, filij Obededom ianitor 19. 1.Par.26.a
¶Elmeleth ciuitas tribus Aser, Ios.19.b
¶Elmodad filius Iectan, Gen.10.d 1.Para.1.b
¶Elmadan pater Cosam filius Her, Luc.3.f
¶Elnaen pater Ieriban & Iosaia, 2.Par.11.g

¶*Elnathan.*

Elnathan de Ierusalem, pater Nehustæ matris Ioachin, 4.Reg.24.b
Elnathan filius Achobor Vriam prophetam reduxit de Aegypto, ut occidatur ob uerbum domini, Ierem.26.g
Elnathan filius Achobor princeps, Ierem. 36. c
Elnathan tertius ex undecim nuncijs Esdræ ad Eddo, Esd.8. c

¶*Elon.*

Elon filius Zabulon, Gen.46.b
Elon ciuitas in tribu Dan, Ios.19.d
Elon regio in regno Israel, 3.Reg.4. b
Elon in finibus tribus Nephthali, Ios.19.c
Elon Zabulonites iudicauit Israel decem annis, sepultus in Zabulon, Iudic.12. d
Elonitarum familia ab Elon filio Zabulon, Numeri 26.c
¶Eloi eloi lamma sabachthani, quod est interpretatum, Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me? Marc.15. d

¶*Eloquium.*

Eloquens non est Moyses, ex quo ei locutus est dominus, Exod.4.c

Eloquens Aaron frater Moſis, Exod.4.d
Eloquium Moſis fluat ut ros, Deut.32.a
Eloquium domini igne examinatum eſt, 2.Regum 22. c
Eloquio dulcis maiora reperiet, Prou.16. c
Eloquia oris mei ſint ut complaceant domino, Pſalm.19.14.
Eloquia domini eloquia caſta, argẽtum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum, Pſal. 12. 6.
Eloquia domini igne examinata, protector eſt omnium ſperantium in ſe, Pſal.18. 30.
Eloquia dei exacerbauerunt, conſilium altiſſimi irritauerunt, Pſal.107. 11.
Eloquium meum iucundum ſit domino, ego uero delectabor in domino, Pſal.104.34.
Eloquium tuum ignitum uehementer, & ſeruus tuus dilexit illud, Pſal.119.140.
Eloquium ſuum emittit terræ, uelociter currit ſermo eius, Pſal.147.15.
¶Elthecon ciuitas Iuda in montanis, Ioſ.15.g
¶Elthece ciuitas tribu Dan, Ioſ.19. d
Elthece ciuitas Dan pro Caathitis habitatio, Ioſue 21.c
¶Eltholad ciuitas Iuda ad meridiem, Ioſ.15. e
Eltholad ciuitas tribus Simeon, Ioſ.19. a
¶Elul menſis, Neem.6. d
¶Eluzai Haruphites de Beniamin, 1.Par.12. a
¶Elzebad Gaddites cum Dauid, 1.Par.12.b
¶Eman filius Zaræ filij Iuda, 1.Par.2.a
¶Emanuel uocabunt nomen eius, quod eſt interpretatum Nobiſcum deus, Matth.1.d
Emanuel uocabitur filius, qui à uirgine concipietur & parietur, qui butyrum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum et eligere bonum, Iſ.7.c
¶Emmanio redijt de Babylone ad Ieruſalem, 3.Eſd.5.a
¶Emarcuit neruus in fœmore Iacob, Gen.32. g

¶*Emath.*

Emath limes aquilonaris terræ promiſſæ, Numeri 34. b
De Emath tranſlati in terram Iſrael, per regem Aſſyriorum, 4.Reg.17. d Terminus Damaſci, Zach. 9. a
Emath uiri deum ſibi fecerunt Aſima, 4.Re.17. f
Emath rex uaſtatus ab Aſſur, 4.Reg.19.c
Emath Suba prouinciam obtinuit Salomon, 2. Para.8. a
Emath deuicta ab Aſſyrijs, Iſa.10.b 37. c
Emath confuſa eſt, & Arphad, p auditu peſſimo, Ierem.49. e
¶Emalchuel Arabs nutriuit Antiochum Alexandri filium, 1.Mach.11. d
¶Emaus caſtellum, diſtans à Ieruſalem ſpacio ſtadiorum ſexaginta, Luc.24. b
¶Emmaum terræ Iſrael in campeſtri, 1.Mac.3.e
¶Emetus filij 252. 3.Eſd.5. c
¶Emẽdatum Ieſum dimittãt, ait Pilatus, Lu.23.c

¶*Emere.*

Emendi licentiam habebitis ſi uos eſſe pacificos probabitis, Gene.42.f
Emptitius in domo Abraæ circuncidendus, Geneſis 17.b
Emens erit ſicut qui uendit, ſicut fœnerator, ſic is qui mutuum accipit, ſicut qui repetit, ſic qui debet, Iſa.24. a
Emptio & uenditio cõtrahenda iuxta ratum temporis ad iubileum, Leuit.25. c
Emens non lætabitur, qui uendit nõ lugeat, quia ira ſuper omnem populum eius, Ezech.7. c
Emptor omnis dicit, Malum eſt, malum eſt, et cum receſſerit gloriabitur, Prou.20.b
Empti eſtis pretio, nolite fieri ſerui hominum, 1. Corinth.7.d
Empti eſtis pretio magno, 1.Cor.6. d
Ementes erunt tanquam non poſſidentes, 1.Corinth.7.e
¶Emeus alienam duxit, 3.Eſd.1.d
¶In emolis & ollis coxerunt hoſtias, 3.Eſd.1.b

¶*Emmer.*

Emmer pater Moſollamith, 1.Par.9. c
Emmer decimæ ſextæ uicis ſacerdotium, 1.Paralip.24.b
Emmer filij ſacerdotes redeuntes 1052. Eſd.2.b Neem.7. d
Emer ignota proſapia, Eſd. 2. c Neem. 7. c Emmer.
Emmer cum fratribus potẽtibus nimis 128. Neemiæ 11. b
Emmer familia ſacerdotalis in Ieruſalem, Neemiæ 11. b

¶*Emim.*

Emim percutiuntur, id eſt terribiles, Gen.14.a
Emim dicuntur Moabitis, qui Enacim, Deut.2.c
Emim primi habitatores Ar, populus magnus & ualidus, Deut.2. b
Emim tam eſt excelſus populus ut Enacim ſtirpe quaſi gigantes crederentur eis ſimiles, Deuteronom.2.b.c
¶Emiſſarios dabit ſuper hæreditatem Geth, domos mendacij in deceptionem regibus Iſrael, Mich. 1. d
¶Emonia unus de principibus redijt de Babylonia, 3.Eſd.5.a

¶*Aemulari.*

Aemulator deus ego ſum dominus deus tuus, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationẽ, his qui oderunt eum, Deut.5.a
Aemulari noli hominem iniuſtum, ne imiteris uias eius, Prou.3.d
Aemulari noli in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem, Pſal.37. 1.
Aemulari noli in eo qui proſperatur in uia ſua, in homine faciente iniuſtitias, Pſal.37.7.
Aemulatores non boni excludunt uos, ut illi æmulentur, Gal.4.c

¶Emunctoria & repositoria emunctorum de auro puro facies, Exod.25.d
¶Enac pater Achiman Sisai Tolmai in Hebron, Num.13.d
Enac filios uidimus, monstra quædam de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ uidebamur, Num.13. g

¶*Enacim.*

Enacim filios uidimus in terra Chanaã, Deu.1.e
Enacim gigantibus similes uidentur Emim populus, Deut.2. c
Enacim dicuntur Moabitis Emim, Deut.2.c
Enacim de montibus Hebron, Dabir Anab interfecit, dux Iosue & urbes deleuit, Ios.11.d
Enacim de stirpe nullum reliquit Iosue in terra Israelis, præterq̃ in Gaza, Geth & Azoto, in quibus relicti sunt, Ios.11.d

¶*Enan.*

Enan pater Ahira principis tribꝰ Nephthali, Numeri 1. b
Enan uilla, limes & angulus septentrionalis & orientalis promissæ terræ, Num.34.b
Enan pater Melchiæ filius Nathaniæ, Iudith 8.a
¶Enaim ciuitas Iuda in campestribus, Ios.15.e
¶Ennagan, 3.Esd.8. d
¶Enaathan, 3.Esd.8. d
¶Encæniorum uel dedicatiõis altaris festum agitur die 25.die mensis Casleu institutione Iudæ Machabæi, 1.Mach.4.g
Encænia facta sunt Hierosolymis, & hyems erat, Ioan.10.d

¶*Endor.*

Endor cum uiculis in tribu Manassis, Ios.17.c
Endor locus ubi mulier Pythonem habens consulitur à Saul, 1.Reg.28.b
In Endor disperierunt hostes Israel, facti sunt ut stercus terræ, Psal.83. 10.

¶*Engaddi.*

Engaddi ciuitas Iuda in deserto, Ios.15.g
Engaddi tutissima loca Dauid inhabitat profugus, & illic à Saul inquiritur in locis abruptissimis, 1.Reg.24. a
Engaddi ipsa est Asasonthamor, 2.Para.20.a
Engaddi in uineis, botrus Cypri dilectus meus mihi, Cant.1.d
Ab Engaddi usq; ad Enagallim siccatio sagenæ erit, Ezech.47.b

¶*Engannim.*

Engannim ciuitas Iuda in campestribus, Ios.15.e
Engannim ciuitas tribus Issachar, Ios.19.b
Engannim ciuitas Issachar pro Gersonitis habitatio, Ios.21. c
¶Enhadda ciuitas tribus Issachar, Ios.19. b
¶Enhasor ciuitas in tribu Nephthali, Ios. 19. c

¶*Enoch.*

Enoch pater Mathusala filius Iared, Luc.3. g
Enoch placuit deo, translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam, Eccl'ci 44. c
Enoch ut fuit, talis nemo natus est in terra, nam et ipse receptus est à terra, Eccl'ci 49.d
Enoch septimus ab Adam prophetauit, Iudæ c.
¶Ennoni uallis iuxta latus Iebusæi, terminus est australis Beniamin, Ios.18.c
¶Enon atrium terminus Damasci, Ezech. 47. c

¶*Enos.*

Enos filius Seth, Gene.4.d 5.a
Enos genuit Cainan, Gene.5. b
Enos uixit 905.annis, Gene.5.b
Enos pater Cainan filius Seth, Luc.3. g
Enos tertius, 1.Para.1.a
¶Ensemes, id est fons solis, limes Beniamin, Iosue 18. c

¶*Epha.*

Epha filius Madian, Gen.25.a 1.Par.1. c
Epha filius Iahaddai, 1.Para.2.f
Epha concubina Caleb, mater Haran, Mosa, Gezez, 1.Para.2. f
¶Epenetum dilectum & primitiuum Achaiæ, Rom.16.a
¶Epher cognatio Manassis, 1.Para.5.d
Epher filius Madian, Gen.25.a 1.Par.1.c

¶*Ephesus.*

Epheso discedens Paulus Cæsareã ascendit, Actorum 18. f
Ephesum Paulus uenit peragratis superioribus partibus, Act.19. a
Ephesi biennio docuit Paulus Asiaticos omnes uerbum dei, Iudæos & gentiles, Act.19.b
Ephesus impleta confusione, Act.19. f
Ephesiorum ciuitas cultrix est magnæ Dianæ Iouisq; prolis, Act.19.g
Ephesum relinquens Paulus proficiscitur in Macedoniam, Act.20.a
Ephesum misit à Mileto Paulus pro maioribus natu, Act.20.d
Ephesi Paulus p triennium monuit unumquẽq; cum lachrymis die & nocte, Act.20.f
Ephesi permansurus Paulus usq; ad Pentecostes, 1.Cor.16.b
Ephesiorum fides in Christo & dilectio in sanctos, Ephes.1. c
Ephesijs epistola missa est è Roma p Tychicum, Ephes.6. d
Ephesi ut maneres rogaui cum irem Macedoniã, ut denunciares quibusdam ne aliter docerent, 1.Tim.1. a
Ephesus ecclesia Asiæ, Apoc.1. c
Ephesi angelo dicitur, Apoc.2. a
Ephesiorum opera, laborem, patientiam scio, Apoc.2.a
Ephesus tentasti eos qui se dicunt apostolos esse & non sunt, & inuenisti mendaces, Apoc.2.a
Ephesi angelus patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti, Ap.2.a
Ephesi angelus charitatem tuam primam reliquisti, Apoc.2.b

Epheſum Paulus peruenit de Corintho, Act.18.e

¶*Ephi.*

Ephi capiat decimam partem cori, Ezech.45.d

Ephi menſura quaſi tres modij, Ruth 2.d

Ephi & batus æqualia ſint, Ezech.45.d

¶*Ephod.*

Ephod pater Haniel de tribu Manaſſe, Nu.34.d

Ephod fecit Gedeon ex præda Madianitarum, Iudic.8.f

Ephod in ciuitate Gedeonis Ephra. Iudic.8.f

Ephod Gedeonis offendiculum fit Iſraeli ad fornicandum à domino, Iudic.8.f

Ephod lineo accinctus puer Samuel, domino miniſtrabat, 1.Reg.2.d

¶Epicurei differebant cum Paulo, Act.17.d

¶*Epiſcopus.*

Epiſcopatum eius accipiat alter, Pſal.109.8. Actorum 1.d

Epiſcopos poſuit uos ſpiritus ſanctus, regere eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, Actorum 20.f

Epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem, unius uxoris uirum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non uinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, nõ cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate, 1.Tim.3.a

Epiſcopatum ſi quis deſiderat, bonum opus deſiderat, 1.Tim.3.a

Epiſcopus non ſit neophythus, ne in ſuperbiã elatus in iudicium incidat diaboli, 1.Tim.3.b

Epiſcopum oportet habere teſtimoniũm bonum ab ijs qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli, 1.Tim.3.b

Epiſcopus ſciat quomodo oporteat eum in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiui, 1.Tim.3.d

Epiſcopus & doctor, tu uigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto, 2.Tim.4.b

Epiſcopus Paulo eſt idẽ quod presbyter, Tit.1.b

Epiſcopum oportet ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non uinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, prudentem, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentẽ, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, Tit.1.b.c

Ad epiſcopum & paſtorem animarum ueſtrarũ nunc eſtis conuerſi, qui eratis ſicut oues errantes, &c. 1.Pet.2.d

Epiſcopum oportet amplecti eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari ſana doctrina, & eos qui contradicunt arguere, Tit.1.c

Epiſcopi ueſtri & præpoſiti, uerbum dei uobis locuti ſunt, eorum mementote, Hebr.13.b

Epiſcoporum & præpoſitorum noſtrorum fidẽ imitemini, intuentes exitum conuerſationis eorum, Heb.13.b

¶*Epiſtola.*

Epiſtolæ ſcribuntur ad Iudæos ab Aſſuero ut occidant hoſtes ſuos, Eſth.8.b

Epiſtola apoſtolorum ad Antiochenã eccleſiam perlata, Act.15.f

Epiſtolis commendatitijs nõ egemus ad uos, aut ex uobis, 2.Cor.3.a

Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordib⁹ noſtris, quæ ſcitur & legitur ab oĩbus hoĩbus, 2.Cor.3.a

Epiſtola Pauli ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, 2.Cor.3.a

Epiſtola Pauli contriſtauit Corinthios ad horam, & emendauit, 2.Cor.7.b

Epiſtolæ Pauli dicebantur à quibuſdam graues et fortes, preſentia autem corporis eius infirma, & ſermo contemptibilis, 2.Cor.10.c

¶Ephra eſt familia Ezri, Iudic.6.e

Ephra ciuitas Gedeonis ubi Ephod, Iudic.8.f

¶*Ephraim.*

Ephraim ſecundo genitus Ioſeph, ab ubertate dictus, Gene.41.g

Ephraim & Manaſſes ordinãtur in tribus Iacob, ut ſint ſicut Ruben & Simeon, Gen.48.a

Ephraim conſtituitur ante Manaſſen in benedictione, Gene.48.d

Ephraim poſitus ad ſiniſtram Iſrael, & Manaſſe ad eius dextram uoluntate Ioſeph, Gen.48.c

Ephraim iuniori Iacob impoſuit dextrã manum, & Manaſſe ſiniſtrã, benedicturus, manibus cancellatis inuito Ioſeph patre eorum, Gene.48.c

Ephraim minor filius Ioſeph, maior erit q̃ Manaſſes primogenitus, Gene.48.d

Ephraim filios Ioſeph uidit uſq; ad tertiam generationem, Gene.50.d

Ephraim trib⁹ princeps Eliſama, filius Ammiud, Num.1.a

Ephraim ad occidentem numero 40500. Nu.2.c

Ephraimitarum ſumma 40500. Num.1.d

Ephraim & ſociorum caſtra 18100. Num.2.c

Ephraim ſumma ſub Eleazar 32500. Nu.26.d

Ephraim filijs ſeparatæ ſunt quædam urbes in tribu Manaſſe cum uillis, Ioſ.16.d

Ephraim filij nõ occiderunt Chananæum in Gazer urbe, Ioſ.16.d

Ephraim poſſeſſio eſt ab auſtro, ab aquilone Manaſſe, & utramq; claudit mare, Ioſ.17.c

Ephraim & Manaſſe coniunguntur ſibi in tribu Aſer ab aquilone, & in tribu Iſſachar ab oriente, Ioſ.17.c

Ephraim deleuit Amalec, Iudic.5.b

Ephraim inſurgunt contra Gedeonem, non uocati ad prælium, Iudic.8.a

Ephraim racemus nõnne melior eſt uindemijs Abiezer? Iudic.8.a

Ephraimitarum seditio contra Iephte, quia in bello adsumpto neglecti fuissent, Iudic.12. a
Ephraim dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Manasse & Ephraim, Iudic.12.b
Ephratæi plures occisi à Galaaditis, quia iussi nominare Schibboleth, dicerent Sibboleth, Iudicum 12. c
Ephraim filij Suthala, Bared eius filius, 1.Par.7. d
Ephraim genuit ex sua uxore filium Beria, & filiam Sara, 1.Para.7. e
Ephraim luxit filios occisos à Gethitis, & noluit consolari, 1.Par.7.d. e
Ephraim possessio fuit Bethel, Gazer, Sichem, &c̃, 1.Para.7. f
De Ephraim Dauidem sequebantur 20800. uiri nominati, 1.Para.12.e
Ephraim saltus ubi Absalom occisus, 2.Re. 18.b
Ephraimitæ milites ægreferunt sese remissos, & contra Amasiam irascuntur, 2.Par.25. c
Ephraimitæ remissi diffunduntur irati per Iudã, & occidunt tria millia hominum, 2.Para.25.d
Ephraim definet esse populus post 65.annos, Isaiæ 7.b
Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim, Isa.11. d
Ephraim hæ sunt multitudines, & hæc millia Manasse, Deut.33. c
Ab Ephraim cessabit adiutorium, et regnum à Damasco, Isa.17. a
Ephraim ebrijs, uæ coronæ superbiæ, flori decidenti, gloriæ exultationis, Isa.28.a
Ephraim fratres uestros sicut proieci, sic uos proijciam à facie mea, Ierem.7.c
Ephraim in mõtibus custodes adhuc clamabunt, Surgite ascẽdamus in Sion ad dominum deum nostrum, Ierem.31.a
Ephraim audiens audiui transmigrantem, Ieremiæ 31.c
Ephraim filius honorabilis mihi, puer delicatus, ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius, idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum, miserans miserebor eius, Ierem.31.d
Ephraim una pars ab ortu ad mare, Ezech.48.a
Ephraim idolorũ princeps, dimitte eum, Ose.4. d
Ephraim ego scio, & Israel non est absconditus à me, Ose.5.a
Ephraim nunc fornicatus est, contaminatus est Israel, Ose.5.a
Ephraim in desolatione erit, in die correptionis in tribubus Israel ostendi fidem, Ose.5.c
Ephraim patiens est calumniam, fractus iudicio, quoniam cœpit abire post sordes, Ose.5.d
Ephraim ego quasi tinea, & quasi putredo domui Iuda, Ose.5.d
Ephraim uidit languorẽ suum, Iudas uinculum suum, Ose.5. d
Ephraim abijt ad Assur, & misit ad regem ultorẽ,

& non poterit sanare uos, nec soluere poterit à uobis uinculum, Ose.5.d
Ephraim ego sum quasi Leena, & quasi catulus leonis domui Iuda, Ose.5. d
Ephraim & Iudam ego capiam, uadam, tollam, et non est qui eruat, Ose.5.d
Ephraim quid faciam tibi? Iuda quid tibi faciam? misericordia uestra quasi nubes matutina, quasi ros mane pertransiens, Ose.6.b
In Ephraim effusi sunt cani, et ipse ignorauit, Osee 7. c
Ephraim factus est quasi columba seducta, non habens cor, Ose.7.c
Ephraim in populis ipse commiscebatur, factus est subcinericius panis, q̃ non reuersaĩ, Ose.7. c
Ephraim inuocabant Aegyptum, ad Assyrios abierunt, Ose.7. c
Super Ephraim expandam rete meum, quasi uolucrem cœli detraham eos, cædã eos secundum auditionem cœtus eorum, Ose.7.c
Ephraim comederunt alieni robur eius, & ipse ne sciuit, Ose.7. c
Ephraim quasi arcus dolosus, cadent in gladio principes eorum à furore linguæ suæ, Ose.7.d
Ephraim uæ, quoniã recesserunt à me, uastabunt, quia præuaricati sunt in me, & ego redemi eos, Ose.7. d
Ephraim non clamauerunt ad me, sed ululabant in suis cubilibus, super triticum & uinum rumi nabant, à me recesserunt, Ose.7.
Ephraim cõtra me cogitauerunt malitiam, & ego erudiui eos, & cõfortaui brachia eor̃, Ose.7.d
Ephraim reuersi sunt ut essent absque iugo, facti sunt ut arcus dolosus, &c̃. Ose.7. d
Ephraim scribam multiplices leges meas, quæ uelut alienæ computatæ sunt, Ose. 8. c
Ephraim munera dederunt amatoribus suis, Ibi.
Ephraim cum mercede cõduxerint natiões, nunc congregabo eos, & quiescent paulisper ab onere regis & principum, Ose.8. c
Ephraim multiplicauit altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum, Ose.8.c
Ephraim reuersus est in Aegyptum, in Assyrijs pollutum comedit, Ose.9. a
Ephraim speculator cum deo meo, Ose.9. b
Ephraim ut Tyrus erat fundata in pulchritudine, Osee 9.c
Ephraim educet ad interfectorem filios suos, Ibi.
Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu, Ose.9.c
Ephraim si filios nutrierit, absq; liberis tamen eos faciam in hominibus, Ose.9.c
Ephraim propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos, non addam ut diligam eos, omnes eorum principes recedentes, Ose.9.d
Ephraim percussus est, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient, Ose.9. d

Ephraim si genuerint, interficiã amantissima uteri eorum, Osee 9. d
Ephraim abijciet deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus, Osee 9. d
Ephraim confusio capiet, & cõfundetur Israel in uoluntate sua, Ose. 10. b
Ephraim idoli excelsa disperdentur, peccatum Israel, Ose. 10. c
Ephraim uitula docta diligere trituram, ego transiui super pulchritudinem colli eius, Ose. 10. c
Super Ephraim ascendam, arabit Iudas, &c. Ibi.
Ephraim non reuertetur in terram Aegypti, Osee 11. b
Ephraim quomodo dabo te? protegam te Israel, quomodo ponam te ut Seboim, dabo te sicut Adama, Ose. 11. c
Ephraim fui nutritius, portabam eos in brachijs meis, nescierunt quod curarem eos, Ose. 11. a
Ephraim traham in funiculis Adam, in uinculis charitatis, Osee 11. a
Ephraim ero quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum ut uescerctur, Osee 11. a
Ephraim circundedit me in negatione, & in dolo domus Israel, Ose. 11. d
In Ephraim ciuitatibus gladius cepit, consumet electos eius, & comedet capita eorum, Os. 11. b
Ephraim non conuertar ut disperdam, quoniam deus ego sum, Ose. 11. c
Ephraim post dominum ambulabunt, Ose. 11. d
Ephraim pascit uentum, sequitur æstum, tota die mendacium & uastitatem multiplicat, Os. 12. a
Ephraim fœdus cum Assyrijs inijt, oleum in Aegyptum ferebat, Osee 12. a
Ephraim dixit: Diues effectus sum, inueni idolum mihi, omnes labores mei nõ inuenient mihi iniquitatem quam peccaui, Osee 12. c
Ephraim erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus, præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area & fumus de fumario, Osee 13. a
Ephraim ad iracundiam me prouocauit in amaritudinibus suis, Osee 12. d
Ephraim sanguis sup eum ueniet, et opprobrium eius restituet ei dominus suus, Ose. 12. d
Ephraim loquente horror inuasit Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est, Ose. 13. a
Ephraim addiderunt ad peccandum, fecerunt sibi conflatile de argento suo, quasi similitudinẽ idolorum, factura artificum totum est, Ose. 13. a
Ephraim colligata est iniquitas, absconditum est peccatum eius, Ose. 13. c
Ephraim quid mihi ultra idola? Ose. 14. d
Ephraim ego exaudiam, dirigam eum ut abierem uirentem, ex me fructus tuus inuentus est, Ibi.
Ephraim fortitudo capitis mei, Psal. 60. 7. 108. 8.

¶*Ephrata.*

Ephrata eadem quæ Bethlehem, Gen. 35. c 48. b
Ephratam peruenit Israel uerno tẽpore, Ge. 35. c

Ephrata uxor Caleb post Azuba mortua, 1. Paralip. 2. c
In Ephrata audiuimus eam, inuenimus eam in campis syluæ, Psal. 132. 6.
¶Apud Ephrem ciuitatẽ Iesus cum discipulis morabatur, Ioan. 11. g
Ephrem filij intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli, Psal. 78. 9.

¶*Ephron.*

Ephron habitat inter filios Heth, Gen. 23. b
Ephron amicè respondit Abrahæ, Gen. 23. b
Ephron filius Seor Hethæus, Gen. 23. b
Ephron capta à rege Abia cum filiabus, 2. Paralipom. 17. d
Ephron ciuitas munita capta, & 25000. occisi à Iuda Machabæo, 2. Mach. 12. e
Ephron montis uicus terminus tribus Iuda, Iosue 15. b
Ephron ciuitatem ualde munitam resistentem Iudæ, euertit Iudas, 1. Mach. 5. e

¶*Epaphras.*

Epaphras multum laborat pro Colossensibus, & ꝓ ijs qui sunt Laodiceæ, et q Hierapoli, Col. 4. c
Epaphras charissimus conseruus Pauli, fidelis minister, ad ecclesiam Colossen. Col. 1. b
Epaphras seruus Christi semper solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei, Colos. 4. c
Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Philemon. d

¶*Epaphroditus.*

Epaphroditus obtulit quæ Philippẽses Paulo Romam miserant, hostiam in odorem suauitatis, & deo placentem, Philip. 4. d
Epaphroditus frater & cooperator & commilito Pauli, apostolus Philippensium, minister necessitatis Pauli, Philip. 2. d
Epaphroditus desiderabat Philippas & infirmatus fuerat, Phil. 2. d
Epaphroditus ad mortem infirmus cõualuit dei misericordia ad Paulum, Philip. 2. d
Epaphroditum mittit ut gaudeant, Philip. 2. d
Epaphroditum cum gaudio suscipi optat, & cum honore à Philippensibus, Phil. 2. d
Epaphroditus tradidit animam suam, ut impleret id quod ex uobis deerat obsequium, Ibidẽ.

¶*Epulæ.*

Epulæ sacræ Dauidis & Salomonis cum tota ecclesia, coram domino cum grandi lætitia, 1. Paralipom. 29. e. f
Epulas qui diligit in egestate erit, Prou. 21. c
In epulatione noli esse auidus, non te effundas super omnem escam, Eccli 37. d
Epulæ septem dierum, Tob. 11. d
Epulemur in azymis synceritatis & ueritatis, 1. Corinth. 5. c

¶*Equus.*

Equos Chananæorum deus præcipit subneruandos, Ios. 11. a

Equorum

Equorum ungulæ ex fuga ceciderunt in bello Iabin, Iudic.5. c

Equorum currilium 40000. præsepia Salomon habuit,& 12000.equestrium, 3.Reg.4.d

Equor quadriga egrediebatur ex Aegypto 600. siclis argenti,equus 150. 3.Reg.10. d

Equos in hunc modum uenundabant reges Hethæorum omnes & Syriæ, 3.Reg.10.d

Equi solis in introitu templi positi à regibus Iuda, 4.Reg.23. c

Equi adducebãtur de Aegypto & Coa,quadriga equorum 600.argenteis, equus 150. 2.Par.1.d

Equorum emptio quomodo celebretur à regibus Hethæorum & Syriæ, 2.Para.1. d

Equorum ungulæ ut silex,& rotæ eius quasi impetus tempestatis, Isa.5.g

Ad equos fugiemus,dixistis, ideo fugietis, & sup ueloces ascendemus, ideo uelociores erunt qui persequentur uos, Isa.30.d

Equi amatores & emissarij facti sunt,unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniabat, Iere.5. b

Vt equus impetu suo uadens ad prælium,sic omnes conuersi sunt ad cursum suum, nullus est q agat pœnitentiam super peccato suo, Iere.8.c

Equi ascensor non saluabit animam suam, Amos 2.d

Equi nunquid currere possunt in petris, aut arari potest in bubalis? Amos 6. d

Equi rufi,uarij & albi post angelum, significant eos qui terram perambulant, quæ habitatur & quiescit, Zach.1.c

Equum omnem percutiam in stuporem, ascensorem eius in amentiam, Zach.12. a

Equi nigri egrediuntur in terram aquilonis, albi uero post eos ad austrum,robusti quærebant discurrere per omnem terram, Zach.6.b

Equo nunquid præbebis fortitudinem? aut collo circundabis hinnitum? Iob 39.c

Equum nunquid suscitabis quasi locustas? gloria narium eius terror, Iob 39. c

Equus terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, gladio nõ cedit, super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta & clypeus, Iob 39.c

Equus feruens & fremens terram absorbet,nec reputat tubæ sonare clangorem, Iob 39.c

Equus ubi audierit buccinam,dicit,Vah, Iob 39.c

Equus procul odoratur bellum, exhortationem ducum,& ululatum exercitus, Iob 39.c

Equo & mulo nolite fieri similes, quibus non est intellectus, Psal. 32. 9.

In equi fortitudine uoluntatem non habebit,neq; in tibijs uiri beneplacitum erit ei, Psal.147. 10.

Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuit, Prou.21. d

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, Cant.1. c

Equi redeuntium de Babylone 7036. 3. Esd.5.e

Equo albo sessor cum arcu accepta corona exiit uincens ut uinceret ad sigilli primi apertionẽ, Apoc.6. a

Equum rufum insidenti datum est sumere pacem de terra,ad se interficiendum gladio magno ad sigilli tertij resignationem, Apoca.6.a

Equum nigrum insidens habebat stateram in manu, & dicebat, bilibris tritici denario uno, &c. cum sigillum tertium apertum, Apoc.6.b

Equum pallidum insidenti nomen erat Mors, & infernus sequebatur cum potestate occidendi gladio,fame & morte, & bestijs, cum sigillum quartum aperiretur, Apoc.6. b

Equestris exercitus numerus uicies millies dena millia, Apoc. 9. c

Equites loricis igneis,hyacinthinis & sulphureis quorum equi capita leonina ex ore igne progrediente, Apoc.9. d

Equorum potestas in ore eorum, & caudis, ueluti serpentinis nocentibus eis, Apoc.9.d

¶Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum, Thr.3.f

¶Erastum & Timotheum misit Paulus ab Epheso in Macedoniam, Act.19. d

Erastus remansit Corinthi, 2.Tim.4. d

¶*Errare.*

Erraui sicut ouis quæ perijt,quære seruum tuum, Psal.119.176.

Errant qui operantur malum, Prou.14.c

Error & tenebræ peccatoribus concreatæ sunt, Eccl'ci 11.b

Erroris omne execramentum odit dominus, non erit amabile timentibus eum, Eccl'ci 15.c

Errans & uir imprudens cogitat stulta, Ecclesiastici 16. d

Error uetus abijt,seruabis pacem: pacẽ quia in te sperauimus, Isa. 26. a

In errore impiorum non demoreris,ante mortem confitere, Eccl'ci 17. d

Errando uidi multa,& plurimas uerborum consuetudines, Eccl'ci 34.b

Errantes corripis ô deus,paribus admones, & alloqueris,ut relicta malitia credant in te domine, Sap.12.a

Erroris tam improbi mala,hoc est idololatriæ pacem interim appellant, Sap.14. c

Error ex iniqua consuetudine conualescente tanquam lex constitutus est, Sap.14.c

Errantem ouem pastor non negligit, Matt.18. b

Erratis nescientes scripturas, nec uirtutem eius, Matth.22.c

In Errorẽ induci poterunt etiam electi, Mat. 24.b

Errare nolite,deus non irridetur, Gal.6.b

Erroris desiderijs corrumpit uetus hõ, Ephes.4.e

Erroris operationem mittet illis deus, ut credant mendatio,ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati,sed consensserunt iniquitati, 2. Thess.2. c

Errantes,& in errorẽ mittẽtes proficient in peius, 2.Tim.3.d

Errantes eramus aliquando,& nos insipientes,et increduli, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs in malitia & inuidia,odibiles, odiẽtes inuicem, Tit.3.a

Errare nolite fratres mei dilectissimi, Iaco.1.b.c

Errans à ueritate,si quis conuerterit eum ab errore uiæ suæ saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum, Iaco.5.d

Errore insipientium traducti ne excidatis à propria firmitate, 2.Pet.3.d

¶Ericius ibi foueam habuit, enutriuit catulos & circumfodit & fouit in umbra eius, Isa.34.d

¶Erchuæi gens Samariæ, Esd.4.b

¶Erichanus unus scribarum Esdræ, 4.Esd.14.c

¶Ericus filij 2145. 3.Esd.5.b

¶Erimoth alienam habuerat, 3.Esd.9.a

¶Erioch campus regis Elicorum, Iudith 1.c

¶*Eripere.*

Eripuit nos Christus de præsenti sæculo nequam secundum uoluntatẽ dei et patris nostri, Gal.1.a

Eripuit nos ab ira uentura quẽ suscitauit ex mortuis Iesum, 1.Thes.1.d

Eripit deus nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij dilectionis suæ, Col.1.b

¶Eruca comedit multitudinem hortorum uestrorum, & uinearum, oliueta & ficeta uestra, Amos 4.c

Erucæ residuum comedit locusta, Ioel.1.a

¶*Erubescere.*

Erubescẽtia de nuditate hominis post peccatum, Gene.2.d

Erubescentia de peccato inducit affectum orandi, Leuit.26.f

Erubuerit si quis me & sermones meos, hunc filius hominis erubescet,cum uenerit in maiestate sua,& patris & sanctorũ angelorũ, Luc.9.b

Erubescentia & confusio & mors animæ peccatum sequitur, Rom.6.d

Erubescere noli testimonium domini nostri, neq; me uinctum eius, 2.Tim.1.b

¶*Erudire.*

Erudit dominus deus te,ut homo filium suum erudit,ut custodias mandata domini & ambules in uijs eius, Deut.8.b

Erudientes multos ad iustitiam, quasi stellæ erunt in perpetuas æternitates, Dan.12.b

Eruditus in uerbo reperiet bona, Prou.16.c

Eruditus uir pretiosi est spiritus, Prou.17.d

Eruditio possidentis fons uitæ, Prou.16.c

Erudiẽdo filium tuum ne desperes,ad interfectionem autẽ eius ne ponas animã tuam, Pro.19.c

Eruditus uir multos erudit, animæ suæ suauis est, Eccl'ci 37.c

Eruditus & disciplinatus uir custodiet se ab egestate, Eccl'ci 40.d

Erudita iustitia ex scriptura diuinitus inspirata docetur, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus, 2.Tim.3.d

Eruditores habuimus patres carnis nostræ, Hebræorum 12.c

Erudiebant nos patres nostri,in tempore paucorũ dierum,secundum uoluntatẽ suam, Hebr.12.c

Erudit nos deus ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem eius, Hebr.12.c

¶Erugini dedit fructus eorum, labores eorum locustæ, Psal.78.46.

¶Aerumnæ fœminarum pœnæ sunt peccatorũ, Gene.3.c

¶Esaan ciuitas Iuda in montanis, Ios.15.g

¶*Esau.*

Esau rufus & hispidus in morem pellis, Ge.25.d

Esau uendit primogenita Iacobo pro pulmento rufo, Gen.25.d

Esau ne moriatur primogenita uendit, Ge.25.d

Esau lentis edulio uendita primogenita parui pendit, Gen.25.d

Esau amatus ab Isaac ob uenationes, Gene.25.d

Esau gnarus uenandi et homo agricola, Ge.25.d

Esau uxores offendunt Isaac et Rebeccã, Ge.26.g

Esau duxit uxores quadragenarius, Gene.26.g

Esau agrũ scrutatur ut obediat patri, Gen.27.a

Esau uti armis, pharetra, arcu ad uenationẽ, Ibi.

Esau uocatur ab Isaac ut uenatione promereatur benedictionem paternam, Gene.27.a

Esau de agro lassus petit rufum pulmentum, Genesis.25.d

Esau homo pilosus, Iacob lenis, Gene.27.b

Esau omnino benedicere deliberat Isaac, sed domino aliud placuit, Gene.27.c

Esau paulò tardius uenit, benedicto iam fratre, Gene.27.d

Esau obedientiæ suæ opus offert, & benedictionem precatur, Gen.27.d

Esau consternatus irrugijt clamore pro negata benedictione, Gene.27.e

Esau alia benedictione benedici efflagitat, Ibid.

Esau querela contra Iacob, Gene.27.e

Esau perstat benedictionem optando, & accipit, Gene.27.f

Esau benedictio terrestris,& de cœli rore, ostendit aliam fuisse meliorem, Gen.27.f

Esau seruiturus fratri,sed nõ ppetuo, Gene.27.f

Esau oderat Iacobum fratrem pro benedictione patris, Gen.27.f

Esau minatur se occisurũ fratrẽ Iacob, Gene.27.f

Esau quibus de causis acceperit uxores de filiabus Ismaelis, Gene.28.b (Gen.27.g

Esau cum tempore mitigandus speratur ab ira, Esau occurrit Iacobo, amplectitur, osculatur, & flet, Gene.33.a

Esau recusat munera,sed uictus recipit, Gen.33.b

Esau diuitem se credit,& est, Gene.33.b

Esau nunciatur uenire obuiam Iacobo cum quadringentis uiris, Gene.32.b

Eſau promittit comitatum fratri, uel ſuorum aliquos adiutores, Gene.33. c
Eſau genuit ſuos filios in Chanaan, Gene. 36.a
Eſau reliquit Chanaan cum ſuis, & ceſſit fratri Iacob, habitauitq; in Seir & Edom, Gene.36.a
Eſau diues non potuit cohabitare Iacobo, Ibidē.
Eſau & Iacob ſepelierunt patrem Iſaac, Ge.35. d
Eſau generationes ſcribuntur, Gene.36. a
Eſau uxores ex Chanaā, Ada & Oolibama, Ibi.
Eſau pater Idumæorum, Gen.36. d
Eſauitæ fratres Iſraelis habitāt in mōte Seir, Deuteronom.2. a
Eſauitas prohibentur moleſtare Iſraelitæ, Ibidē.
Eſau terræ nihil dandum Iſraelitis decerni, Deuteronom.2.a
Eſauitarum poſſeſſio à deo data eſt mons Seir, Deut. 2. a
Eſau filij in Seir conceſſerunt tranſitum Iſraeli, Deut. 2. f
Eſau filij, Eliphas, Rahuel, Iehus, Ihelom, Core, 1.Par.1.c
Eſau perditionem adduxi ſuper Dedan, Ier.49.b
Eſau diſcooperui, reuelaui abſcondita eius, & cælari non poterit, uaſtatum eſt ſemen eius, fratres eius uicini eius, & non erit, Ierem.49. c
Eſau montem hæreditabunt hij qui ad Auſtrum ſunt, Abd.g
Eſau nónne frater erat ipſi Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Eſau autē odio habui, Mala.1.a
Eſau montes poſui in ſolitudinem, & hæreditatē eius in dracones deſerti, Malach.1.a
Eſau huius ſæculi finis, principium eſt ſequentis Iacob, 4.Eſd.6.a
Eſau, ꝓpter eſcā uendidit primitiua ſua, Heb.12.e
Eſau cupiens hæreditare benedictionem, poſtea reprobatus eſt, Hebr.12. e
Eſau non inuenit locum pœnitentiæ, quanquam cum lachrymis inquiſiuiſſet eam, Hebr.12.e
¶Eſbaal filius Saul, 1.Para.8.c
¶Eſbon familia in Beniamin, 1.Par.7. b

¶*Eſca.*

Eſca homini ſunt arbores & herbæ, Gene.1. d
Eſcæ cōportatæ in arçam pro animantibus, Geneſis 6.d
Eſcarum pauxillum emite nobis in Aegypto, Geneſis 43. a
Eſcis delicatis Iſaac libenter ueſcitur, Gene. 27. b
Eſcas dat deus mortalibus, lumine, nubibus, fulgure, Iob 36. d
Eſcam dat dominus omni carni, &c̄. Pſalm.13.5. Pſal. 136. 25.
Eſcæ eorum adhuc erāt in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos, &c̄. Pſal.78. 30.
Eſcas animabus ſuis petentes deum tentauerunt, Pſal. 78. 18.
Eſcam omnem manducabit uenter, & eſt cibus cibo melior, Eccl'ci 36. c
Eſcam uel cibum contingunt fauces feræ, cor inſenſatum uerba mendacia, Eccl'ci 36. c
Eſcam omnem abominata eſt anima eorū, appropinquauerunt uſq; ad portas mortis, Pſ.107.18
Eſcis multis inerit infirmitas, & auiditas appropinquabit uſq; ad choleram, Eccl'ci 37. d
Eſca Ioannis locuſtæ, & mel ſylueſtre, Matt.3.a
Eſcis gētilium nō cōtaminatur Tobias, Tob. 1.b
Eſcas qui habet det non habenti, Luc.3. c
Eſca & potus non eſt regnum dei, Rom.14.c
Eſcæ gratia noli deſtruere opus dei, Roma.14.d
Eſcæ quę idolis immolātur Paulꝰ ſcribit, 1.C.8.a
Eſca non commendat nos deo, 1.Cor.8.c
Eſca offendiculum non fiat infirmis, 1.Cor. 8. c
Eſca uentri, & uenter eſcis deus deſtruet utrumq;, 1.Cor.6. c
Eſcam eandem ſpiritualem manducauerunt omnes patres in figura noſtri, 1.Cor.10. a
Eſca ſi ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, 1.Cor.8.d
Eſu idolothytorum frater non eſt perdendus propter quem Chriſtus mortuus eſt, 1.Cor.8.d
Eſcæ non ꝓfuerunt ambulātibus in eis, Heb.13.b
Eſus carnium ſi te delectauerit, occide & comede, iuxta bñdictionē dñi, quod offerri licet, capreā, ceruum, duntaxat ſine ſanguine, Deut.12. c
¶Eſeban filius Diſon, Gen.36.c 1.Par.1.c
Eſeban filius Gad, Gen.46.b
¶Eſem ciuitas Iuda ad meridiem, Ioſ.15.e
¶Eſer filius Seir, Gene.36.b 1.Par.1.c
¶Eſſes alienigenam eijcit, 3.Eſd.9.c
¶Eſmenni filij oſtiarij omnes 139. 3.Eſd.5. c
¶Eſna ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ. 15. f
¶Eſchol, Aner & Mamre fratres, Gen.14. c
¶Eſchon filius Mahir pater Bethrapha & Pheſſe, & Tehinna, 1.Para.4.b

¶*Eſdrelon.*

Eſdrelon campus magnus in Galilæa, Iudith 1.d
Eſdrelon contra faciem campi magni iuxta Dothaim, Iudith 4. b
Eſdrelon locus contra quem eſt Chelmon, Iudith 7.a
¶Eſec frater Aſel, pater Vlam primogeniti, Iehus ſecundus, Eliphalet tertius, 1.Par.8.d (34.b
¶Eſelias pater Saphan princeps ciuitatis, 2.Par.
¶Eſphatha filius Aman, Eſth.9.b
¶Eſriel filius Manaſſis cum concubina Syra, peperit Machir patrem Galaad, 1.Par.7. c
¶Eſron filius Phares pater Arā, Ruth 4.d Matthæi 1.a Luc.3.g
Eſron peruenit terminus tribus Iudæ, Ioſ.15.a
¶Eſthamo ciuibus Dauid dona mittit, 1.Re.30.g

¶*Eſtaol.*

Eſtaol ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ.15.e
Eſtaol ciuitas tribus Dan, Ioſ.19.d
Eſthaolitæ egreſſi de Sobal, 1.Par.2. g
¶Aeſtatem & uer tu plaſmaſti ea, Pſal.74. 17.
Aeſtas prope eſt cum fici ramus tener fuerit, & folia nata, Matth.24. c

¶Estmo ciuitas ,p filijs Aaron habitatio, Ios.21.b
Estmo habitatio Aaronitarum in Iuda, 1.Par.6.e

¶*Esther.*

Esther altero nomine Edissa, Esth.2.a
Esther cum cæteris pulchris puellis seruatur in domo regis Assueri,sub Egeo eunucho, Esth.2.b
Esther noluit indicare patriam suam, Esth.2.b
Esther filia Abihail fratris Mardochæi, Esth.2.c
Esther gratissima mulierum, fit regina loco Vasthi ab Assuero rege, Esth.2.c
Esther obseruabat quicquid Mardochæus præceperat, Esth.2.d
Esther intratura ad regem orationes petit piorum ad dominum, Esth.4.d
Esther intrans ad regem, petit ut ipse & Aman ueniant ad suum conuiuium, Esth.5.a
Esther in conuiuio orat Assuerum pro sua & populi sui uita, Esth.7.a
Esther oratio pro liberatione populi sui, Esth.14.
Esther quo pacto ad Assuerum intrauerit, & ad eius aspectum territa fuerit, Esth.15.

¶*Esurire.*

Non esurient neq; sitient,non percutiet eos æstus & sol,quia miserator eorum reget eos,et ad fontes aquarum potabit eos, Isa.49.d
Esurienti frange panem tuum, egenos uagosq; induc in domum tuam, Isa.58.b
Esurienti si animam tuam effuderis, & animã afflictam repleueris,orietur in tenebris lux tua,& tenebræ tuæ erunt sicut meridies, Isa.58.c
Esurientes & sitientes Israelitæ, anima eorum in ipsis defecit, Psal.107.5.
Esurientem animam ne despexeris,et non protrahas datum angustianti, Eccl'ci 4.a
Esurientes & sitientes iustitiã saturabuntur, Matthæi 5.a (hæi 21.b
Esurijt mane rediens ad Ierusalem Christus, Mat
Esuriui & dedistis mihi manducare, Matth.25.d
Esurientes impleuit bonis, Luc.1.e
Esurientes nunc saturabimini, Luc.6.c
Esuriet minime qui uenit ad me,qui sum panis uitæ, Ioan.6.d

¶*Aeternum.*

Aeternum uiuit qui de ligno uitæ accipit, Ge.3.d
Aeterna possessione debetur semini Abrahæ, terra promissionis, Gen.17.a
In æternum recipe qui ad horam à te discessit, Philem.c
¶Ethbaal rex Sidoniorũ,pater Iezabel, 3.R.16.g

¶*Esdras.*

Esdras filius Saraiæ filij Azariæ,&c. Esd.7.a
Esdras scriba uelox in lege Moysi, Esd.7.a
Esdræ dedit deus omnem petitionem eius secundum manum domini dei super eum, Esd.7.a
Esdræ ascendenti socij fiunt sacerdotes, Leuitæ, cantores,ianitores,Nathinæi, anno 7. Artaxerxis, Esd.7.a
Esdras de Babylone cœpit ascendere primo die mẽsis primi,& primo 5.uenit Ierusalẽ, Esd.7.b
Esdras cor suum parauit, ut inuestigaret legẽ domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium, Esd.7.b
Esdræ datum edictum à rege Artaxerxe, Ibidem.
Esdræ scribæ erudito in sermonibus & præceptis domini,& ceremonijs in Israel, Esd.7.b
Esdræ scribæ legis dei cœli doctissimo, Ibidem.
Esdras mittitur uisitatum à rege & cõsiliarijs Iudæam & Ierusalẽ in lege dñi,& ad deferendum munera regis & consiliariorũ in Ierusalẽ, Ibidẽ.
Esdræ committitur promotio sacrificiorũ,libaminum, & totius ministerij domus dñi, Esd.7.c
Esdras iubetur constituere iudices,præsides populi,secundum legem dei, & ut imperitos libere doceat, Esd.7.d
Esdras quicquid ex ærario regis postulat, hocilli dandum mandatur, usq; ad argenti talenta centum,&c. Esd.7.d
Esdras erubuit petere auxilia à rege, Esd.8.d
Esdras cum suis habuit deum ducem itineris, Esdræ 8.f
Esdras cum secum uenientibus obtulit uitulos 12. pro omni Israel,arietes 96.agnos 77.hircos pro peccato 12.omnia in holocaustum, Esd.8.g
Esdras separare instituit Israelitas à populis terrarum,& abominationibus eorum, Esd.9.a
Esdras pallium scindit & tunicam,capillos euellit capitis & barbæ, & mœret pro peccato populi, Esd.9.a
Esdras genibus curuatis & expãsis manibus orat dominum ,p peccato Israelis & legis præuaricatoribus, Esd.9.b
Esdras orans deum implorat, flens & iacens ante templum dei, Esd.10.a
Esdras panem non comedit, aquam nõ bibit, sed lugebat transgressionem eorum qui uenerant de Babylonia, Esd.10.a
Esdras conuocat Israelem sub pœna excommunicationis, Esd.10.b
Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum,& omnem Israel ut facerẽt secundum uerbum dei, Esd.10.a (Nee.8.a
Esdras scriba iubetur afferre librum legis *Moysi*,
Esdras legit aperte de mane usq; ad meridiem in conspectu uirorum & mulierum, & omnis populi arrecti auribus ad librum, Neem.8.a
Esdras stetit super gradum ligneum,quem fecerat ad loquendum, Neem.8.a
Esdras scriba adsistẽtes sibi habebat sex ad dextrã, & septem ad sinistram, Neem.8.b
Esdras lecturus legem benedicit domino deo magno, populo stante & dicente Amen, Nee.8.b
Esdras interpretari rogatur uerba legis à principibus familiarum uniuersi populi, Neem.8.c
Esdras iubet ex lege celebrari festum tabernaculorum mense septimo,idq; diuulgandum in omnibus urbibus & in Ierusalem, Neem.8.c

Eſdras ſacerdos rediens cum Zorob. Nee.12.ā
Eſdras in dextra proceſſione ad murum Ieruſalē, Neem.12. c
Eſdras ſcriba ante proceſſionem in porta fontis, Neem.12. c
Eſdræ impatientia pro peccatis plebis propter alienigenas, 3.Eſd.4. f
Eſdræ oratio ad dominum pro peccato populi ob alienigenas, 3.Eſd.4.f
Eſdras orat relinqui Iſraeli radicem nomen, & locum, lumen, & cibum, 3.Eſd.4. f
Eſdræ ingens facultas data à rege, agendi in ſubſtantia regis pro diuino cultu, 3.Eſd.8. b
Eſdræ genealogia, 3.Eſd.8.a
Eſdras filius Azariæ filij Helchiæ, 3.Eſd.8.a
Eſdras inſtituitur doctor gentis authoritate regis Perſarum, ſecundum legem domini, quam doceat, &c̄. 3.Eſd.8.c
Eſdras panem non guſtat, aquam non bibit propter peccata multitudinis Iſrael, 3.Eſd.9.a
Eſdras ſcriba ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt à deo Iſrael, docere & facere, 3.Eſd.8.a
Eſdræ dedit rex gloriam quod inueniſſet gratiā in omni dignitate & deſiderio, 3.Eſd.8. a
Eſdram comitati ſunt è Babylone ſacerdotes & Leuitæ cum cantoribus, oſtiarijs, & ſeruis templi, 3.Eſd.8.a
Eſdras uenit anno ſeptimo regnāte Artaxerxe in quinto menſe, &c̄. 3.Eſd.8.a
Eſdras diſciplina magna ex lege domini ſuſcepta docebat uniuerſum Iſraelem omnem iuſtitiam & iudicium, 3.Eſd.8.a
Eſdras pontifex & Lector, 3.Eſd.9.e
Eſdras legebat in lege domini à prima luce uſque ad ueſperam, coram uiris & mulieribus, 3.Eſdræ 9.e
Eſdras tenens librum præſidebat in gloria in conſpectu omnium, 3.Eſd.9. f
Eſdras benedixit dominum deum altiſſimum, deum Sabaoth omnipotentem, 3.Eſd.9.f
Eſdræ liber ſecundus dicitur qui quartus habetur, 4.Eſd.1. a
Eſdras filius Sarei, 4.Eſd.1.a
Eſdras ego præceptum domini accepi in monte Horeb, ut irem ad Iſrael, ad quos cum uenirem, reprobauerunt me, reſpuerunt mandatum domini, 4.Eſd.2. c
Eſdras turbatur ob Babyloniorum proſperitates, & populi ſui miſerias, & orat dñm, 4.Eſd.3. a
Eſdras in Babylone ſolicitus ꝓ dei gloria & gentis ſalute, orat anno ruinæ ciuitatis trigeſimo, 4.Eſd.3. a
Eſdræ tentatio de prouidentia dei, ſuſtinentis impios Babylonicos, punientis Iudæos, 4.Eſd.3.d
Eſdræ creditus Iſrael erat in regione tranſmigrationis eorum, 4.Eſd.5.b
Eſdræ tenes ipſum torquent per omnem horam, quærentem apprehendere ſemitam altiſſimi, & inueſtigare partem iudicij dei, 4.Eſd.5.c
Eſdras ego loquor de populo tuo, ob quem doleo de hæreditate tua, propter quam lugeo, propter Iſrael, propter quē triſtis ſum, de Iacob, propter quē doleo, ideo oro ꝓ me & eis, 4.Eſd.8.b
Eſdræ priuſquam aſſumeretur initium uerbor, 4.Eſd.8.b
Eſdras tu te humiliaſti, ſicut te decet, non iudicaſti te ut int iuſtos plurimum glorificeris, 4.Eſ.8.d
Eſdras optat ſpiritum ſanctum, quo inſpirante legem incenſam recuperet, & ſcribere poſſit omne quod factum eſt in ſæculo, ab initio, quę erāt in lege ſcripta, &c̄. 4.Eſd.14.b
Eſdras dicitur ſolus ſupereſſe ex omnibus populis, ut botrus de uinea, lucerna in obſcuro, portus nauis ſeruatæ, 4.Eſd.12.d
Eſdras quærebat miſericordiam pro humilitate ſanctificationis, 4.Eſd.12. d
Eſdras ſeptem diebus in campo ſedens, manducat de floribus, & de herbis eſcā capit, 4.Eſ.12.d
Eſdras è calice pleno bibebat aquam, & cor eius cruciabatur intellectu, & pectus increſcebat ſcientia, 4.Eſd.14.d
Eſdras legit librum ſanctum in exercitu Machabæorum contra Nicanorem, 2.Mach.8.e
¶Eſdrin ciues diu pugnāt & oratione uincuntur, 2.Mach.12. f ¶Eſt.
Eſt & ſunt in Chriſto omnes promiſſiones dei, 2.Cor.1.d
Eſt & non, non fuit in Ieſu Chriſto, ſed eſt in illo fuit, 2.Cor.1.d
Eſt & non, non eſt apud Paulum, ſed eſt, Ibidem.
¶Aetas.
Aetas prolixior colēda & audienda à iunioribus, Iob 32.b
Aetas ſenectutis uita immaculata, Sap.4. b
Aetatē habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquatur, Ioan.9.d ¶Ethai.
Ethai Gethæus ꝓſelytus, ſequitur Dauid fugientem ſuum filium, 2.Reg.15.d
Ethai præponit à Dauid tertiæ parti militum contra Abſalom, 2.Reg.18. a
Ethai filius Roboam ex Maacha, 2.Par.11. d
Ethai filius Ribai de Gabaath filiorū Beniamin, 1.Par.11. f ¶Etham.
Etham cōceſſerunt Iſraelitæ ab Socoth, Exo.13.d
Etham in extremis eſt finibus ſolitudinis, iuxta mare rubrum, Exod.13. d
Etham extruitur à Roboam rege, 2.Par.11. b
Etham ſpelunca in qua habitauit Samſon, Iudicum 5.b
Ab Etham uenerunt cōtra Phihahiroth, Nu.33.a
Etham ciuitas Simeonis, 1.Par.4.e
¶Ethan.
Ethan Ezrahites ſapientiæ inſignis, 3.Reg.4.d
Ethan filius Zaræ, filij Iuda, 1.Par.2.a
Ethan filij Zaræ, filius Azarias, 1.Par.2. b
Ethan filius Zamma, filij Semei, 1.Par.6. d

Ethan de tribu Leui & familia Merari, filius Cusi, 1.Par.6.d
Ethan filius Caſiæ cantor, 1.Par.15.b.c
Ethan fluuios tu ſiccaſti, Pſal.74.15.
¶Ethanim menſis ſeptimus, 3.Reg.8.a
¶Ethnan filius Ashur ex Halaa, 1.Par.4.b
¶Etheel de Beniamin ciuis Ieruſalem, Nee.11.b
¶Ethei filius filiæ Seſan ex Ieraa ſeruo, 1.Par.2.e
Ethei pater Nathan nepos Seſan ex filia, 1.Paralipom.2.e
¶Ethi Gaddites cum Dauid, 1.Par.12.b
¶Ethnici putant ſe multiloquio orantes exaudiri, Matth.6.b
Ethnicis nolite aſſimilari orãdo multis, Matt.6.b
¶Ether ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ.15.f

¶*Euacuari.*

Euacuatur ſapientia uerbi crux Chriſti, 1.Co.1.c
Euacuanda erat lex Moſis, ideo uelamen poſuit ſuper faciem eius, & obtuſi ſunt ſenſus Iſraelitarum, 2.Cor.3.c
Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, Galat.5.a

¶*Euangelium.*

Euangelium primum poſt primum peccatum, Gene.3.c
Euangelij prædicatio, Docebit nos uias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & uerbum domini de Ieruſalem, Iſa.2.a
Euangelij prædicatio prædicitur, fides gentium, & uerorum Iſraelitarum congregatio, Iſa.27.d
Euangelizans Sion ſuper montẽ excelſum aſcende, exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem, Iſa.40.b
Euangeliſtam dabo Ieruſalem, & uidi quod non erat ex iſtis quiſquam qui iniret conſilium, & interrogatus uerbum reſponderet, Iſa.41.g
Euangelio quare non omnes credãt & obediant, Iſa.53.a
Euangelium ut prædicaretur miſſus eſt Chriſtus per ſpiritum, Iſa.61.a
Euangelizantis & annunciantis pacem pedes ſuper montes contra Sennacherib, Naum 1.d
Euangelizantibus dabit dominus uerbum uirtute multa, Pſal.68.11.
Euangelium regni Chriſtus prædicat per omnes ſynagogas Galilææ, ſanans languores, Matthæi 4.d
Euangelium Chriſtus prædicat circuiens ſynagogas, & docens, & omnes curans languores, Matth.9.d
Euangelium regni hoc prædicabitur in uniuerſo orbe, in teſtimonium oĩbus gentibus, Matthæi 24.b
Euangelio omnibus gentibus prædicato, tunc conſummatio ueniet, Matth.24.b
Euangelium ubicunq; prædicatum fuerit in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius, Matth.26.b

Euangelij Ieſu Chriſti filij dei initium, Mar.1.a
Euangelio credite & pœnitemini, Marc.1.b
Euangelij gratia ſi quis animam ſuam perdiderit, ſaluam eam faciet, Marc.8.d
Euangelium prædicari oportet primum in omnes gentes, Marc.13.b
Euangelium iſtud ubicunq; prædicatum fuerit in mundo uniuerſo, quod hæc fecit narrabitur in memoriam eius, Marc.14.a
Euangelium prædicate omni creaturæ euntes in mundum uniuerſum, Marc.16.d
Euangelium prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſermonem cõfirmante ſequentibus ſignis, Marc.16.d
Euangelium multi ſcribere conati ſunt, Luc.1.a
Euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid, Luc.2.b
Euangelizabat Ioannes populo multa, Luc.3.d
Euangelizare pauperibus miſit me, Luc.4.c
Euangelizare regnum dei oportet me etiam aliis ciuitatibus, Luc.4.g
Euangelizantur pauperes, Luc.7.c
Euangelizauit Ieſus regnum dei per ciuitates & caſtella, & duodecim cum illo, Luc.8.a
Euangelizantes & curantes ubiq; circuibant per caſtella, Luc.9.a
Euangelizatur regnum dei à diebus Ioannis, & omnis in illud uim facit, Luc.16.d
Euangelizãte Chriſto in templo & populum docente, quærunt ſcribæ & ſeniores, in qua poteſtate hæc faceret, Luc.20.a
Euangelizandi gratia in gentibus diuitias Chriſti, data eſt mihi omnium ſanctorum minimo, Epheſ.3.b
Euangelizare & docere Ieſum Chriſtum apoſtoli non ceſſabant omni die in templo, Act.5.g
Euangelizabant uerbum dei diſperſi diſcipuli, Act.8.a
Euangelizanti Philippo Samaritæ credebant de regno dei, & baptizabãtur in nomine Ieſu Chriſti, uiri & mulieres, Act.8.b
Euangelico paſtori neceſſarius eſt inſignis amor Chriſti & ouium, Ioan.21.c
Euangelizabant Antiochiæ multi uerbum domini, Act.15.f
Euangelizabant apoſtoli multis regionibus Samaritanorum, Act.8.d
Euangelizauit Philippus Ieſum ex ſcriptura Iſaiæ Eunucho, Act.8.f
Euangelizabat Philippus ciuitatibus cunctis, per tranſiens donec ueniret Cæſaream, Act.8.g
Euangelizabant Paulus & Barnabas per ciuitates Lycaoniæ, & uniuerſam regionem in circuitu, Act.14.a
Euangelium gratiæ dei teſtificari, miniſterium eſt Pauli, & curſus à domino impoſitus, Act.20.e

Euangelio Pauli aperiuntur oculi, ut à tenebris conuertantur ad lucem, & de potestate satanæ ad deum, ut accipiant remissionem peccatorũ, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me, Acto. 26.d.e

Euangelium dei ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, Romano. 1.a

Euangelio reuelatur iustitia dei ex fide in fidem, Rom. 1.b

In Euangelio filij eius seruio deo, Rom. 1.b

Euangelizare etiam Romanis in me promptum est, Rom. 1.b

Euangelium non erubesco, Rom. 1.b

Euangelium uirtus est dei in salutem omni credenti, Rom. 1.b

Euangelizantium pedes quàm sunt speciosi pedes, euangelizantium bona, Rom. 10.c

Euangelio non omnes obediunt, Rom. 10.c

Euangelio repleuit Paulus orbem à Ierusalẽ usq; ad Illyricum, Rom. 15.e

Euangelium prædicaui hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, Rom. 15.e

Euangelizare Paulus mittitur à Christo, non baptizare, 1. Cor. 1.c

Euangelizat Paulus, nõ in sapiẽtia uerbi, ne crux Christi euacuetur, 1. Cor. 1.c

Euangelizans uolens mercedem habet, 1. Corin. 9.c

Euangelizati dispensatio mihi credita est, 1. Corin. 9.c

Euangelium annunciantes de Euangelio uiuere dominus ordinauit, 1. Cor. 9.b

Euangelizare Paulus cogitur, 1. Cor. 9.c

Euangelium à Paulo prædicatum Corinthijs, in quo stant & saluantur, 1. Cor. 15.a

Euangelij summa, Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, sepultus est, & tertia die resurrexit, 1. Cor. 15.a

Euangelium aliud non prædicandum, q̃ quod prædicauit Paulus, 2. Cor. 11.a

Euangelium est ministratio spiritus in gloria, 2. Cor. 7.b

Euangelium siue Pauli siue apostolorũ sicut prædicatum est, sic creditum ab ecclesia, 1. Cor. 15.b

Euangelij ministrationem Paulus habet misericordiam à domino consequutus, & non deficit, 2. Cor. 4.a

Euangelij gratia Paulus omnia fit omnibus, omnia facit, ut particeps eius efficiatur, 1. Cor. 9.d

Euangelium gloriæ Christi non fulget mentibus infidelium excæcatis à deo huius sæculi, 2. Corin. 4.a

Euãgelium si opertum est, in ijs qui pereunt opertum est, quorum excęcauit mentem infidelium, 2. Cor. 4.a

Euangelium Paulus gratis prædicauit Corinthijs, 2. Corin. 11.b

Euangelium glorioſius est quàm lex Moysi, 2. Cor. 3.b.c

Euangelium Christi quidam uolunt conuertere, Gal. 1.b

Euangelium quod à me euangelizatum est, non est secundum hominem, Gal. 1.b

Euangelium ego ab homine non accepi, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi, Gal. 1.b

Euangelizans uobis præterquam quod nos uobis euangelizauimus, licet nos aut angelus de cœlo, anathema sit, Gal. 1.b

Euangelizauerit si quis uobis præter id quod accepistis, anathema sit, Gal. 1.b

Euangelizare uocatus sum à deo filium suum in gẽtibus, ad hoc segregatus ex utero matris, Galat. 1.c

Euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & persequebatur Christianos Paulus, Galat. 1.d

Euangelium præputij creditum est Paulo, Galat. 2.b

Euangelium circumcisionis creditum est Petro, Gal. 2.b

Euangelij ueritas ut permaneat apud uos, neq; ad horam cessimus subiectioni falsorum fratrum, Gal. 2.b

Ad Euangelij ueritatem uidi non recte ambulantes Cephe & Barnabam, Gal. 2.c

Euangelizauit Paulus Galatis per infirmitatem carnis, Gal. 4.b

Euangelij prædicatores alendi, Gal. 6.b

Euangelium salutis uerbum ueritatis audientes in Christo sunt, Eph. 1.c

Euangelizauit Christus pacem uobis qui longe fuistis, & pacem ijs qui prope, Eph. 2.c

Euangelij Christi factus sum minister, secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem uirtutis, Eph. 3.b

Euangelij mysterium ut notum faciam oretis, ut detur mihi sermo in apertiõe oris mei, Eph. 6.d

Euangelij gratia legatione fungor in catena, ideo oretis, ut in ipso audeam prout oportet me loqui, Eph. 6.d

Euangelij successui profuit captiuitas Pauli, Philip. 1.b

Euangelicæ prædicationis studium mihi proueniet ad salutem per orationem uestram, & submini ſtrationem spiritus, Phil. 1.c

Euangelio Christi digne conuersemini, Phil. 1.d

Euangelij fide unanimiter collaborate & in uno spiritu, Phil. 1.d

Euangelium Christi Colossis auditum & cognitum per gratiam dei in ueritate, Col. 1.b
Euangelij uerbum ueritatis peruenit ad Colossenses, Col. 1.a
Euangelium Pauli tempore in uniuerso mundo est, fructificat, & crescit, Col. 1.b
Euangelium quod audistis prædicatum est in uniuersa creatura, quæ sub cœlo est, Col. 1.d
Euangelij factus sum ego Paulus minister, Coloss. 1.d
Euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum, sed & in uirtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, 1. Thess. 1.b
Euangelium gloriæ beati dei quod creditum est mihi, sana doctrina est, 1. Tim. 1.c
Euangelium ita loquimur, sicut probati sumus à deo, ut crederetur nobis, 1. Thess. 2.a
Euangelium ad uos loquendi fiduciam habuimus in multa solicitudine, 1. Thess. 2.a
Euangelium dei non solum uolebamus uobis tradere, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis, 1. Thess. 2.b
Euãgelium prædicauimus in uobis nocte & die, operantes labore & fatigatione, ne quem grauaremus, 1. Thess. 2.b
Euangelio collabora secundum uirtutem dei, qui nos liberauit, & uocauit uocatione sancta, 2. Tim. 1.b
Euangelio illuminauit deus uitam et incorruptionem morte destructa, 2. Tim. 1.c
Euangelij causa etiam hęc patior, sed non confundor, 2. Tim. 1.c
Euangelio non obedientes uindicta dei manet, 2. Thess. 1.c
Euangelio nostro uocauit uos deus in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi, 2. Thessal. 2.c
In Euangelio meo laboro usq; ad uincula quasi male operatus, 2. Tim. 2.a
Per Euangelium initio accepto per dominum, enarrari ab eis qui audierunt & nos, confirmata est (salus) Heb. 2.a
Euangelium salutis contestatus est deus signis & portentis, & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem, Heb. 2.a
Euangelij uinculis ministro indiget, Philem. c
Euangelizauerunt apostoli, prænunciata à prophetis, spiritu sancto de cœlis misso (Christum) in quem desyderant angeli prospicere, 1. Petri 1.b
Euangelizatum est & mortuis, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuãt autem secundum deum in spiritu. 1. Pet. 4.b
Euangelio non credentes, si patiuntur iudicium domini, quis finis erit illorum, quid fideles ob Euangelium persequuntur? 1. Pet. 4.d
Euangelium æternum angelus euangelizat sedentibus super terram, Apo. 14.b

¶*Eua.*

Eua tentatur ex aspectu, Gen. 3.a
Eua prohibitum à deo fructum accepit à dæmone, & uiro porrexit, Gen. 3.a
Eua dubitat de uerbo dei, Gen. 3.a
Eua accusatur ab Adam, cum causa fuisset peccati, Gen. 3.b
Eua prætexit inobedientiæ suæ serpẽtis malitiam, Gen. 3.b
Euæ semen inimicitiam habet cum satana, Genesis 3.c
Eua quare sic dicta, Gen. 3.d
¶Eubulus salutat Timotheum, 2. Tim. 4.d
¶Eumeni regi Romani regiones tradiderunt, 1. Mach. 8.b
¶Eueniunt eadem cunctis, unde & corda filiorum hominum malitia implentur & contemptu in uita, & post hæc ad inferos deducuntur, Eccle siastes 9.a
Eueniunt uniuersa æque iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & sacrificia contemnenti, Eccles 9.a
¶Eui princeps Madian, Num. 31.a

¶*Euigilare.*

Euigilat Noë à uino, ut maledicat filio, Gen. 9.d
Euigilate iusti & nolite peccare, 1. Cor. 15.e
Euigilaui nouissimus, et quasi qui colligit racimos post uindemiatores, Eccl'ci 33.b
¶Eunice mater Timothei apostoli, 2. Tim. 1.b
¶Euilmerodach rex babylonis regnare incipiẽs subleuauit caput Ioachin, & clementer honorificęq; tractauit, 4. Reg. 25.g
¶Eupatoris Antiochi gesta narrantur, 2. Machab. 10. b.c
¶Eupolemum filium Ioannis Iudas mittit legatum Romam, cum Iasone filio Eleazari, pro amicitia ineunda, 1. Mach. 8.c
¶Euodiam & Syntychen oro idipsum sapere in domino, Phil. 4.a
¶Euomet uos terra, sicut euomuit gentes, si similes abominationes, ut illæ, feceritis, Leu. 18.d

¶*Eunuchus.*

Eunuchi duo peccant regi Aegypti, Gen. 40.a
Eunuchus attritis uel amputatis testiculis non intrabit ecclesiam domini, Deut. 23.a
Eunuchi regum serui, 1. Reg. 8.c
Eunuchus non dicat, Ecce ego lignum aridum, Isa. 56.a
Eunuchi qui custodiunt sabbata, et elegerint quæ ego uolui, fœdus meum tenuerint, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit, Isa. 56.b
Eunuchus unus præpositus super uiros bellatores, Iere. 52.f
Eunuchi sunt quidam de matris utero sic nati, alij qui facti tales ab hominibus. Sunt eunuchi qui

qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, Mat.19.b

Eunucho in itinere legenti Isaiam annunciat Philippus Euangelium, Acto. 8.e

Eunuchus non uidit amplius Philippum à spiritu raptum, sed ibat per uiam suam gaudẽs, Acto.8. g

¶*Euphrates.*

Euphrates fluuius è paradiso, Gen. 2.c

Euphrates terminus terræ promissæ, Gen.15.d

Euphrates flumen magnum limes promissæ terræ, Deut.1.b

Ad Euphraten uicti sunt in Aquilone et ruerunt, Ier.46. b

Euphrates plenus aquis, Eccli 24. c

Euphratis angustias transeunt Israelitæ, ut pergãt uiam unius anni & dimidij, 4. Esd. 13.d

Euphrati flumini infudit sextus angelus Phialam & siccauit, ut uia fieret regibus ab ortu solis, Apoc.16. c

¶Eura filij, 3. Esd.5.d

¶Euther filij redeuntes, 3.Esd.5.c

¶Eutichus adolescens in Troade, noctu somno grauatus è fenestra cecidit de tertio cœnaculo, ad quem Paulus perueniens, eum complexus restituit sanitati, Acto.20.b

¶Eucharistiæ sacramentum quomodo à Christo institutum, 1. Cor.11.e

Ob Eucharistiæ sumptionem indignam infirmi multi sunt inter Corinthios, 1.Cor.11.g

¶*Exaltare.*

Exaltatio mea deus, est nomen altaris à Moyse ædificati, Exo.17.d

Exaltauit deus Iosue corã populo &c̃. Ios.3.b.4.c

Exaltauit deus regnum Dauidis super Ierusalem, 2.Reg.5.c

Exaltationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, Psal.149.6.

Exaltare domine in finibus uel furijs inimicorũ meorum, Psal.7. 6.

Exaltans se humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, Mat.23.b.Luc.18.b.14.c

Exaltatus ego si fuero à terra oñia traham ad me ipsum, Ioan.12.e

Exaltari oportet filium hominis, Ioan.12.e

Exaltauit deus Christum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, Phil.2.b

¶*Exaudire.*

Exaudit dominus afflictum filium Ismael cum matre, Gen.21.c

Exaudit uiolenter oppressos deus, Exo.22.d

Exauditur Moyses, Exo. 32. c. Gen.33.d.Num. 14.d. Deut.9.c

Exauditur Samuel contra Philistæos, 1. Reg.7.c

Exaudi me in tua iustitia, in ueritate tua, Psa.143.1

Exaudit deus nõ peccatores, sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, Ioan.9.f

¶Excæcantur infidelium mentes à deo huius sæculi, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij, 2.Cor. 4.a

Excæcationis nostræ causa sunt peccata, Isa.59.b

¶*Excelsa.*

Excelsa omnia uastari in terra Chanaan Moyses iubet, Num.33.g

Excelsa ad uescendum ubi Samuel benedicit hostiæ ut sic benedicant, 1.Reg. 9.c

Excelsa extruuntur cum phanis à Ieroboam, 3. Reg. 12.g

In excelsa me statuit dominus, 2. Reg.22.c

Excelsum maximum in Gabaon erat, 3.Reg.3.a

In excelsis immolabat populus tempore Salomonis, 3.Reg.3.a

Excelsorum sacerdotes constituuntur in Bethel et Dan, 3.Reg. 12.g

Excelsa urbium Samariæ cum altaribus destruenda prædicuntur, 3.Reg.13.g

Excelsa ædificat Israel à terra custodum usq; ad ciuitatem munitam, 4. Reg.17. b

Excelsa in Ierusalem idolo Chamos, & Melchom polluit rex Iosias, 4.Reg.23.c

Excelsa Ierusalem in monte offensionis, quæ Salomon ædificauerat idolo Sidoniorum, Astaroth, Iosias demolitus est, 4.Reg.23.c

Excelsa, simulachra, luci, arçq; succiduntur à populo Iuda Beniamin Ephraim & Manasse, 2.Paralip. 31.a

Excelsi statura succidentur, sublimes humiliabuntur, Isa. 10.g

Excelsorum phana per ciuitates Samariæ Iosias abstulit, 4.Reg.23.d

Excelsorum sacerdotes occidit Iosias super altaria, & eorum ossa combussit, 4. Reg.23.d

Excelsa derelicta sunt in Israel, 2.Par.15.d

In excelso habitantes dñs incuruabit, Isa. 26.a

Excelsa quis sit & apud dominum habitaturus, Isa.33.e

Excelsum quid est, ad quod uos ingredimini, uocatumq; est nomen eius excelsum usq; ad hanc diem, Ezech. 20.e

Excelsus super omnes gentes dominus, super cœlos gloria eius, Psal.113.4.

Excelsa timebunt & formidabunt in uia, Eccles 12. b

¶*Excommunicatio.*

Excommunicationis apostolicæ modus & ritus, 1.Cor.5.a

Excommunicatio fit uirtute domini nostri Iesu Christi, 1.Cor.5.b

Excommunicabãtur apud Iudæos qui Christum confitebantur, Ioan. 9.e

Excommunicat Paulus Hymeneum & quare, 1. Tim.1.d

¶*Excusare.*

Excusatio peccati adauget peccatum, Gen.3.b

Excusatio peccatorum significatur per perizomata Adæ, Gen.3.b

Excuſat ſe coram deo Abimelech, Gen. 20.a
Excuſationem ſuſcipit deus Abimelech, Geneſis 20. b

¶*Exemplum*

Exemplar inſpice monſtratum in monte, & fac ſecundum illud, Exo. 25.a.b.d
Exemplaria omnium operum uenerunt ad Dauid ſcripta manu domini, 1.Par. 28.d
Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis, Ioan. 13.b
Exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, 1. Timothei 1.c
Exemplum teipſum in omnibus præbeas bonorum operum, Titi 2.b
Exemplum laboris & patientiæ accipite prophetas, qui loquuti ſunt in nomine domini, Iacobi 5. b.c
Exemplum incredulitatis declinemus, Hebr. 4.c
Exemplar erat uetus teſtamentum eorũ quæ complenda erant in nouo, Hebr. 8.a. 9.f

¶*Exercere.*

Exercebor in mandatis tuis, & conſyderabo uias tuas, Pſal. 119. 15.
Exerce teipſum ad pietatem, 1. Tim. 4.b
Exercitus cœli ſequuntur equis albis ueſtiti byſſino & mundo, Apo. 19.c

¶*Exhortari.*

Qui exhortatur in exhortando donationẽ habet, Rom. 12.b
Exhortando adiuuatur eccleſia Corinthi à Paulo, 2. Cor. 6.a
Exhortatio noſtra non de errore immunditia uel dolo prodijt, ſed ſicut probati ſumus deo, 1. Theſſ. 2.a
¶Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Rom. 11. d
¶Exiſtimans ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, Gal. 6. a

¶*Exire.*

Exire nolite in deſertum pro Chriſto oſtẽſo, Matthæi 24.b
Exitus de Aegypto beneficium ſemper fidelibus cogitandum, Exo. 13.b
Exiui à patre & ueni in mundum, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem, Ioan. 16.d
Exite de medio idololatrarum, & ſeparamini, im mundum ne tetigeritis, 2. Cor. 6.d
¶Exiguum ſi tibi fuerit etiam exiguum libenter impartiriſtude, Tob. 4.b

¶*Expectare.*

Expectauimus deum noſtrum et ſeruabit nos, iſte dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus, lætabimur in ſalutari eius, Iſa. 25.c
Expectat dominus ut miſereatur ueſtri, & ideo exaltabitur parcens uobis, Iſa. 30.d
Expectatio Iſrael ſaluator eius in tempore tribulationis, Ier. 14. b
Expecto cunctis diebus quibus nunc militio, donec ueniat immutatio mea, Iob 14.c
Expectanda ſemper fidelibus reuelatio Ieſu Chriſti, qui eos confirmabit in finem, 1. Cor. 1.b
Expectandum inuicem dum conuenitur ad manducandum, 1. Cor. 11. g
Expectemus beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Titi 2. c
Expectabo dominum qui abſcõdit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum, Iſa. 8.c

¶*Experiri.*

Experimentúmne quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? 2. Cor. 13. a
Expertus uir in multis cogitabit multa, & q multa didicit enarrabit intellectum, Eccli 34. b
Expertus qui non eſt pauca recognoſcit, qui autẽ in multis ſtatuus eſt, multiplicat malitiam, Eccleſiaſtici 34. b

¶*Expiari*

Expiatio iuramenti, Leuit. 5.a
Expiatio peccati per ignorantiam, Leuit. 5.a
Expiatio pro tactu immundi, Leuit. 5.a
Expiationis die ſabbatum requietionis eſt, & affligetis animas ueſtras religione perpetua, Leuitici 16. g
Expiationis die omnis anima non afflicta peribit de populis ſuis, & quæ operis quicquam fecerit, Leuit. 23. é
Expiationis dies celeberrimus erit & ſanctus, in qua animas ueſtras affligetis, & holocauſtum offeretis domino, propitiationis dies eſt decimo die 7. menſis, Leuit. 23.e

¶*Exploratores.*

Exploratores eſtis, ut uideatis infirma terræ ueniſtis, Gen. 42. b
Exploratores terræ Chanaan mitti iubentur à domino à deſerto Pharan, Num. 13.a
Exploratores redierunt poſt 40. dies omni regione circuita, Num. 13.e. in Cades, Num. 13.d
Exploratores uiri cum quibus mandatis miſſi ſint ad conſyderandam terram Chanaan, Numeri 13.c
Exploratores iubentur afferre de fructibus terræ, Num. 13.c
Exploraũerunt terram omnẽm à deſerto Sin uſq; Rohob intrantibus Emath, Num. 13.d
Exploratorum 12. uerba & rumor de terra Chanaan, Num. 13.e
Exploratores detrahunt terræ Chanaan, quia deuorat habitatores ſuos, populus quem aſpeximus proceræ ſtaturæ eſt, monſtroſæ magnitudinis, qbus cõparati quaſi locuſtæ uidebamur, Num. 13.g
Exploratores decem aiunt, nequaquam ad hunc populum ualemus aſcendere, quia fortior nobis eſt, Num. 13.g

Exploratores decẽ ſubuerterunt corda filiorum Iſrael in Cades Barnea, cum ueniſſent de ualle botri, Num. 32. b

Exploratores uiri mitti deliberantur & petuntur à populo, Deut. 1.d

Exploratores 12. miſi ex uobis de ſingulis tribubus, Deut. 1.d

Exploratores terruerunt nos à filijs Enacim, Deutero. 1.e

Exploratores miſericordiam & ueritatem promittunt Raab fœminæ fideli ſi fidem ſeruet, Ioſue 2. c

Exploratores à Ioſue mittuntur de Setim ad Iericho conſyderandum, Ioſ. 2.a

Exploratores Ioſue produntur regi Iericho, Ioſue 2. a

Exploratores abſconduntur à Raab, & mendacio fœminæ ſaluantur, Ioſ. 2. a

Exploratores funе demittuntur à feneſtra per Raab, & inſtruuntur de uia ſalutari, Ioſ. 2. c

Exploratores Iericho triduo latitãt in montanis, donec redirent quęrentes, Ioſ. 2. d

Exploratores renunciant Ioſue quæ compererãt in Iericho, Ioſ. 2. d

Exploratores fratres Caleb diſſoluerunt cor populi, Ioſ. 14. b

¶Expoſtulatio Iacob contra Laban, Gen. 31. e

¶Expoliari nolumus, ſed ſupueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt à uita, 2. Cor. 5. a

Expoliauit Chriſtus principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo, Col. 2. c

¶Expuerunt in faciem Chriſti, & colaphis cecidерunt, & palmas in facię eius dederunt, Mat. 26. g

¶*Exprobrare.*

Exprobrantibus mihi reſpondebo uerbum quia ſperaui, &c̃. Pſal. 119. 42.

Exprobrare cœpit Chriſtus ciuitatibus in quibus factæ ſunt plurimæ uirtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam, Mat. 11. c

Exprobrat deus Iſraeli confitenti peccata, quod à ſe ſæpe aduti ipſum reliquerint & conuerſi ſint ad idola, Iudic. 10. c

Exprobrat Chriſtus incredulis Iudæis ſuam prædicationem & miracula, Ioan. 15. d

Exprobrat Phenenna Annæ quod facta eſſet à deo ſterilis, 1. Reg. 2. a

¶Exrales Gethęis prominent ob arcam dei, 1. Reg. 5. c

¶Exterminij medicamẽtum nõ eſt gentibus, nec inferorum regnum in terra, Sap. 1. d

In Exterminium abiuiſſe iuſti à nobis uidentur ab itinere iuſto, ipſi autem ſunt in pace. Sapient. 3. a

Exterminans dicitur angelus abyſſi rex locuſtarum, Apo. 9. b

¶Extollere te noli in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore anguſtiæ, Eccl'ci 10. d

¶*Exultare.*

Exultat Anna in domino pro dato filio Samuele. 1. Reg. 2. a

Exultantes in malis conſenеſcunt in malo, Eccleſiaſtici 11. b

Exultatio uiri eſt longæuitas, Eccl'ci 30. d

Exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, Lucæ 1. e

Exultatis modicum nunc, ſi oporter contriſtari in uarijs tentationibus, 1. Pet. 1. b

Exultauit Abraham pater ueſter, ut uideret diem meum, uidit & gauiſus eſt, Ioan. 8. g

Exultatis in ſuperbijs ueſtris, Iac. 4. d

Exultatio omnis talis maligna eſt, Iac. 4. d

¶Exules ante mortem pontificis nullo modo in urbes ſuas reuerti poterunt, Num. 35. d

¶*Ezechias.*

Ezechias bonum fecit ſicut Dauid pater eius, 4. Reg. 18. a

Ezechias diſſipauit excelſa, ſtatuas, lucos, & æneum ſerpentem quem fecerat Moyſes, 4. Regum 18. a

Ezechias filius Achaz regnat à tertio anno Oſee filij Ela, uigintiquinq; annos natus, per uiginti quinq; annos in Ieruſalem, matre Abi filia Zachariæ, 4. Reg. 18. a

Ezechias ſperauit in domino deo Iſrael, poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, adhę ſit domino, non receſſit de eius ueſtigijs, mandata dei fecit, 4. Reg. 18. b

Cum Ezechia fuit dominus, & in cunctis ad quæ procedebat ſapienter agebat, 4. Reg. 18. b

Ezechias rebellauit contra regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei ſicut Achaz pater ſuus, 4. Regum 18. b

Ezechias percuſſit Philiſtęos uſque Gazam, 4. Reg. 18. b

Ezechiæ regni anno quarto capta eſt Samaria à rege Aſſyriorum Salmanaſar, 4. Reg. 18. b

Ezechiæ futuræ uictoriæ ſignum datur contra Aſſyrium. 4. Reg. 19. f

Ezechias arguitur de fiducia in deum contra Aſſyrium, & de fiducia in Aegyptium regem, 4. Reg. 18. d

Ezechiæ anno 14. uenit Sennacherib rex Aſſyriorum ad omnes munitas urbes & cepit, 4. Regum 18. c

Ezechias miſit nuncios ad Lachis regem Aſſyriorum, orans recedere illum, & ſe ferre uelle quæ iubeat, 4. Reg. 18. c

Ezechię indixit rex Aſſyriorum 300. talenta argenti, & 30. talenta auri, quæ & dedit, 4. Reg. 18. c

Ezechias confregit ualuas templi domini, & auri laminas quas ipſe affixerat & dedit Aſſyrio, 4. Reg 18. d

Ezechias abſtulit excelſa & altaria, & præcepit Iuda & Ieruſalem, Ante hoc altare adorabitis in Ieruſalem, 4. Reg. 18. c

Ezechiæ contumeliatur Rabſaces de impotentia ſui exercitus, 4.Reg.18.e
Ezechias ſeductor populi criminatur à Rabſace, 4.Reg.18.f
Ezechię regi obediunt ſerui nihil blaſphemijs reſpondendo Rabſacis, 4. Reg.18.g
Ezechias ueſtimenta ſcindit, & ſacco operitur ob blaſphemias Rabſacis, 4. Reg. 19.a
Ezechias monetur ne à domino deo ſuo ſeducatur, in quo habeat fiduciam, 4. Reg. 19.b
Ezechias conſolatur per Iſaiam de abitione, fuga, & caſu Sennacherib, 4. Reg.19.b
Ezechias literas blaſphemi Aſſirij expandit ante dominum & orat, 4. Reg. 19.c
Ezechiæ regni quod reliquum fuerit mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum, 4.Regum 19. f
Ezechias flenit fletu magno, 4. Reg. 20.a
Ezechię duci populi mei dic, Ecce ſanaui te, die tertio aſcendes ad templum domini, & addam dies tuis quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum liberabo te, 4. Reg.20.a
Ezechias filius Achaz pater Manaſſes, 1.Par.3.c
Ezechias ægrotat ad mortem, & iubetur præcipere domui ſuę nõ uicturus, 4.Reg.20.a.Iſa.38.a
Ezechias uerſa ad parietem facie, orat pro uita dominum, 4.Reg.20.a
Ezechias fatetur ſe ambulaſſe coram deo in ueritate, in corde perfecto, & feciſſe quod placitum eſt deo, 4. Reg. 20.a
Ezechias ſignum petit promiſſæ ſalutis, et accipit aſcenſum umbræ uel reditum decem gradibus, 4.Reg.20.b
Ezechias lętatur de aduentu nunciorum regis Babylonis, oſtendens omnia quæ habebat in theſauris, & in omni poteſtate ſua, 4. Reg.20.c
Ezechiæ filij prædicuntur futuri eunuchi in palatio regis Babylonis, 4. Reg.20.d
Ezechias approbat ſermonem domini, ut ſit pax & ueritas in diebus ſuis, 4.Reg.20.d
Ezechiæ mortuo ſucceſſit Manaſſes filius eius, 4. Reg.20.d
Ezechias purificato templo cum principibus adunatis obtulit tauros, arietes, agnos, hircos, omnia 7. pro regno ſanctuario Iuda, 2.Par.19.d
Ezechias filius Sellum clementiam ſuadet Iſraelitis pro Iudæis captiuis, 2.Par.28.b
Ezechias regnare cœpit 25. annorum, & annis 29. regnauit in Ieruſalem, nomen matris Abia filia Zachariæ, placuit deo ut Dauid, 2.Par.29.a
Ezechias primo anno regni ualuas apuit domus domini, & inſtauranit leuitas adducens in plateam orientalem, 2. Par.29.a
Ezechias iubet leuitas mundare oñia in ſanctuario, auferre immunditias, 2.Par.29.a
Ezechiæ confeſſio de perfidia maiorum ſuorum circa deum & tabernaculum dei, propter quæ deus iratus tradidit Iudam & Ieruſalem in interitum & ſibilum, patribus cadentibus in gladio filijs captiuatis, &c. 2.Par. 29. b
Ezechias fœdus iniit cum deo Iſrael, ut propitiaretur, 2.Par.29.b
Ezechias præcipit offerri ſacrificia per ſacerdotes, pro piaculo uniuerſi Iſraelis, 2.Par.29.c
Ezechias leuitas cõſtituit in ſuum officium, ſecundum diſpoſitionem Dauid & Gad & Nathan, 2.Par. 29.c
Ezechias finito ſacrificio incuruatur cum principibus, & adorant, 2. Par. 29.f
Ezechias præcipit leuitis, ut dñm laudent ſermonibus Dauid & Aſaph uidentis, 2. Par.29.f
Ezechias iubet leuitas implere manus, offerre uictimas & laudes in domo domini, 2.Par.29.g
Ezechiæ & populi holocauſtorum numerus fuit 70. tauri, arietes 100. agni 200. boues 600. ſanctificarunt inſuper & oues 3000, 2.Par.29.g
Ezechias lætatus eſt, & omnis populus pro expleto miniſterio, & cultu domus domini de repente, 2.Par.29.g
Ezechias inuitauit omnẽ Iſrael & Iudam, Ephraim & Manaſſen, ad phaſe agendum domino deo Iſrael menſe ſecundo, quia primo non poterant, 2. Par. 30.a
Ezechias nuncios mittit in totum Iſrael à Berſabee uſq; Dan, ut in Ieruſalem phaſe ſecundum legem facerent domino, 2.Par.30.a
Ezechiæ mãdato populus altaria deijcit in Ieruſalẽ, & proijciunt in torrentẽ Cedron, 2.Par.30.c
Ezechias multis hortatur Iſraelẽ ad pietatem, quæ eſt ſecundum dei legẽ, ne cordibus indurentur, ſed domino manus tradant, 2. Par.30.a.b
Ezechias impetrare quietẽ cupit & docet Iſraelitis iam captiuis in gentibus, ex obedientia & deuotione reliquiarum, ſi conuertãtur ad dei uerum cultum, 2.Par.30.b
Ezechias orauit pro Iſraelitis, qui phaſe domini comedebant, nondum ſanctificati, 2.Par.30.c
Ezechias loquitur ad cor omnium leuitarum, qui habebãt intelligentiam bonam ſuper domino, ut comederent 7. diebus uictimas pacificorum, & deum laudarent, 2. Par.30.d
Ezechias præbuit multitudini mille tauros, & oues decem milia, 2.Par.30.d
Ezechias ſacerdotes & leuitas cõſtituit ſecundum diuiſiones ſuas & officia ſingula, ut ſacrificent & canerent domino laudes, 2.Par.31.a
Ezechias de propria ſubſtantia obtulit holocauſta ueſpere & mane, ſabbatis & kalendis, & cæteris feſtis, 2. Par.31.a
Ezechias populo præcepit dare partes leuitis, ut poſſent uacare legi domini, 2.Par.31.b
Ezechias toto corde dominum requirens, operatus eſt bonum & rectum & uerum coram domino, in cultu dei ſecundum legem, & proſperatus eſt, 2. Par. 31.d
Ezechias contra Aſſyrium obturat fontium capi-

ta extra urbē et riuum, ne aq̄s inueniāt, 2.Pa.32.a
Ezechias industrie agens murum ædificat & turres, & alterum foris murum, Mello instaurauit in ciuitate Dauid, 2. Par.32.a
Ezechias fecit uniuersi generis armaturam & clypeos, 2.Par.32.b
Ezechias adhortatur populum ad fiduciā in deum, ne timeant Assyriorum multitudinem carneam, 2. Par.32.b
Ezechias calumnias patitur per literas Sennacherib blasphemas in dominum deum, 2.Par.32.c
Ezechiæ pietas iudicatur & blasphematur, quasi perfidia & hæresis ab infidelibus, 2.Par.32.c
Ezechias arguitur uanitatis, mēdacij, perfidiæ, impotentiæ, stultitiæ, 2. Par. 32.d
Ezechias & Isaias orant deum aduersus blasphemias, & in cœlum uociferantur, 2. Par.32.e
Ezechiam & Ierusalem saluauit deus de manu Assyrij, & ei requiē præstitit p̄ circuitum, 2.Pa.32.e
Ezechiæ regi multi munera deferebant, & sacrificia domino ex gentibus, & exaltatus est coram gentibus, 2. Par.32.e
Ezechiæ tempore facta est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis in ea urbe non fuit, 2. Par. 30.d
Ezechias ægrotauit ad mortem, orauit ad deum, & exauditus est, dato signo, 2.Par.32.f
Ezechias non iuxta beneficia à deo accepta domino retribuit, sed eleuatum est cor eius, & irā domini meruit, 2. Par.32.f
Ezechias humiliatur & euadit iram dñi, 2.Pa.32.f
Ezechias diues, inclytus in thesauris, & armis, apothecis, præsepibus, urbibus, gregibus, &c̄. 2. Par. 32.f
Ezechias obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, et auertit ad occidētē urbis Dauid in: operibus suis prospere fecit, quę uoluit, 2.Par.32.g
Ezechias à deo tentatus per legationem Babyloniæ, quærentium de portento quod acciderat super terram, ut nota fierent omnia quæ in corde eius, 2.Par.32.g
Ezechiæ gesta & misericordias descripsit Isaias filius Amoz, 2. Par.32.g
Ezechiæ mortem celebrauit uniuersus Iuda, & ciues Ierusalem, quem sepelierunt in sepulchro filiorum Dauid, 2.Par.32.g
Ezechiæ temporibus prophetauit Isaias, Isa. 1. a
Ezechias abstulit excelsa & altaria domino deo sacra, ideo in illum fidere non potest, ait Rabsaces, Isa. 36.b
Ezechias nō potest p̄bere ascensores 2000. equorū Assyrij, si illi dentur, ait Rabsaces, Isa.36.b
Ezechias perfidiæ, impotentiæ, & mendacij insimulatur à Rabsace, Isa.36.c
Ezechias uestimēta scindit, sacco obuoluitur, orat deum, et ad Isaiā mittit, p̄ oratiōe ad dñm, Is.37.a
Ezechiæ futuri iudicij de Sennacherib signum datur, cibus p̄sentis secundi & tertij anni sine semine, Isa.37.f
Ezechias ægrotat, & audit ab Isaia se moriturum, & non uicturum, Isa. 38.a
Ezechias facie uersa ad parietem orat dominum pro uita prolonganda, Isa.38.a
Ezechias coram deo ambulauit in ueritate & cor de p̄fecto, quod bonum corā deo fecit, Isa.38.a
Ezechias fleuit fletu magno orans, Isa.38.a
Ezechiæ orationem audit, lachrymas uidet, 15. annos uitæ adijcit, de manu Assyrij liberat, Ierusalem eruit & protegit, Isa. 38.a
Ezechias signum accipit reuersionem umbræ in horologio Achaz 10. lineis. Isa. 38.b
Ezechiæ scriptura cum ægrotasset & conualuisset de sua infirmitate, Isa.38. b
Ezechias dixit, Quod erit signum, quia ascendam ad domum domini, Isa.38.d
Ezechias non morti condemnauit Micheam, uera prædicentem, sed dominum timuit cum populo, & pœnituit, Ier. 26.e
Ezechias libros & munera accipit à rege Babylonis, dum ægrotasset & conualuisset, Isa.39. a
Ezechias Babylonijs ostendit cellam aromatum, & thesaurum, omnesq̄ apothecas suppellectilis suæ, Isa .39.b
Ezechiæ prædicitur, omnia quæ ostendit Babylonijs auferenda ab eisdē, sed & filios eos futuros eunuchos in palatio regis Babylonis, Isa.39.c.d
Ezechias muniuit ciuitatē suam, induxit aquam, fodit ferro rupē, ædificauit puteum, Eccl'ci 48.c
Ezechiæ temporibus ascendit Sennacherib & mīsit Rabsacen, sustulit manum suam contra illos, extulit manum suam in Sion, superbiuit potentia sua, Eccl'ci 48. c
Ezechias fecit quod placuit deo, & fortiter iuit in uia Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias, Eccl'ci 48. d
Ezechias filius Achaz pater Manasse, Mat.1. b
Ezechias ad dextram Esdræ, 3.Esd. 9. f

¶ *Ezechiel.*

Ezechiel filius Buzi sacerdos, Ezech. 1.a
Ezechiel tricesimo anno, scilicet ætatis, 4. mense, die 5. fuit inter captiuos iuxta fluuium Chobar, Ezech. 1.a
Ezechiel uidit, & cadit in faciem, auditq̄ loquentis uocem, Ezech. 2. a
Ezechiel ne timeas sermones eorum, ne metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum, cum scorpionibus habitas, Ezech. 2.c
Ezechiel mittitur ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me, ipsi & patres præuaricati pactum meum usq̄ ad hanc diem, Ezech. 2.a
Ezechiel ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant ad flumen Chobar, Ezech. 3. d
Ezechiel septem diebus mœrens, in medio Israel sedens, Ezech. 3.d

Ezechiel dicit A a a domine deus, ecce anima mea non est pollutà, & morticinum non comedi ab infantia mea usq; nunc, &c. Ezech. 4.c

Ezechiel iubetur dormire 390. diebus ad latus sinistrum, & 40. ad dextrum, & ad obsidionem conuertere faciẽ suã, & exertum habere brachium, Ezech. 4.b

Ezechiel non conuertit se à latere in latus aliud, donec compleat dies obsidionis, Ezech. 4.b

Ezechiel manu dei apprehensus cincinno capitis, et eleuatus inter terrã & cœlum, adducitur in Ierusalem, Ezech. 8.a

Ezechiel cæde completa cadens clamat, Heu domine deus, ergóne dispердes omnes reliquias Israel, effundẽs furorem tuum super Ierusalem? Ezech. 9. c

Ezechiel à spiritu eleuatus ad portam domus domini orientalem ubi 25. uiri, Ezech. 11. a

Ezechiel tu egredieris uespere corã eis, sicut egreditur migrans, Ezech. 12. b

Ezechiel in conspectu eorum humeris portaberis, in caligine effereris, faciem uelabis, non uidebis terram, portentum dedi te domui Israel, Ezech. 12. b

Ezechielem leuauit spiritus, adduxitq; in Chaldæam ad transmigrationem in uisione in spiritu dei, Ezech. 11. d

Ezechiel uobis erit in portentum, iuxta omnia q̃ fecit facietis cum uenerit istud, Eze. 24. f

Ezechiel cum uenerit fugiens ad te, ut annunciet tibi, in die illa aperietur os tuum, cum eo qui fugit, & loqueris, & non silebis ultra, erisq; in portentum, Eze. 24. f

Ezechiel prophetat contra filios Amon, Eze. 25. a

Ezechiel mane loquutus est populo, mortua est autem uxor eius uespere, &c. Eze. 24. e

Ezechiel prophetat contra Pharaonem regẽ Aegypti, & cõtra uniuersam Aegyptum, Eze. 29. a

Ezechielis os aperitur ad aduentum eius qui Ierusalem uastatam nunciauit, ficq; aperto semel ore, non siluit amplius, Eze. 33. e

Ezechiel uidit conspectum gloriæ quam ostendit illi deus in curru Cherubim, Eccl'ci 49. c

Ezechiel commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas uias, Eccl'ci 49. c

Ezechiel Secheniæ filius cum 300. uenit cum Esdra, Esd. 8. a

¶Eziel filius Araia aurifex, Nee. 3. b

¶Ezel lapis iuxta quem Dauid expectat Ionathæ officium, pro se liberando de manu Saul, 1. Regum 20. d

¶*Ezer.*

Ezer filius Hur, pater Hosa Loti, 1. Par. 4. a

Ezer & Elad filij Suthala, occisi à uiris Geth, 1. Paralip. 7. d

Ezer princeps Gaddites cum Dauid, 1. Par. 12. b

Ezer cum canticis, Nee. 12. d

¶Ezri filius Chelub præfectus agricolis, 1. Paralip. 27. d

¶*Ezricam.*

Ezricam pater Semeia, filius Hasebia de Merari, 1. Par. 9. c

Ezricam ducem regis occidit Zechri, 2. Par. 28. a

Ezricam filius Asel de Stirpe Saul, 1. Par. 8. d

¶*Ezriel.*

Ezriel cognatus Manassis, 1. Par. 5. d

Ezriel pater Saraiæ, Ier. 36. f

Ezriel filius Ieroham dux Dan, 1. Par. 27. c

¶Ezrel de filijs Bani duxit alienam, Esd. 10. d

¶*Faber.*

FAber ferrarius primus & ærarius Tubalcain, Gen. 4. d

Fabros armorum et curruum accipit rex de ciuibus pro uoto, 1. Re. 8. c

Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel: hoc enim Palæstini cauerant, 1. Reg. 13. d

Faber ærarius confortat proximum, malleo percutiens, conficiens idolum, Isa. 41. b

Faber ferrarius lima operatus est, prunis & malleis, brachio fortitudinis suæ operatus est, &c. Isa. 44. b

Faber lignarius normam extẽdit, runcina formauit in angularibus, circino tornauit, uiri fecit imaginem, quasi speciosum hominem habitantem in domo, Isa. 44. b

Faber idoli cedros succidit, tulit ilicem, quercum, quæ steterat inter ligna saltus, pinum planauit, quam pluuia nutriuit, facta est hominibus in focum, sumpsit ex eis, succẽdit, calefactus est, panes quoq; coxit, de reliquo deum operatus est, & adorauit, Isa. 44. c

Filij ſi peccauerunt, dimiſit eos deus in manu iniquitatis ſuæ, Iob 8. a

Filij hominum uſquequo graui corde? ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Pſalmo 4. 2.

Filius ſapiens doctrina patris, Prou.13.a

Filios hominum multiplicaſti, ſecundum altitudinem tuam, Pſal.12. 8.

Filij uenite, audite me, timorem domini docebo uos, Pſal.34. 11.

Filij nati ſunt tibi pro patribus, cõſtitues eos principes ſuper omnem terram, Pſal.45.16.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt, ſemen eorum in ſæculum dirigetur, Pſal.102. 28.

Filij ſunt hæreditas domini, merces fructus uentris, Pſal.127. 3.

Filij iuuentutis ſicut ſagittæ in manu potentis, Pſalm. 127. 4.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ, Pſalm. 128. 3.

Filios filiorum tuorum uideas, & pacem ſuper Iſrael, Pſal. 128. 6.

Filius ſapiens lætificat patrem, filius uero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ, Prou.10. a

Filium ſuum odit qui uirgæ parcit, qui illum diligit inſtanter erudit, Prou.13. d

Filio doloſo nihil erit boni, Prou.13.c

Filius ſapiens lætificat patrem, ſtultus homo deſpicit matrem ſuam, Prou.15.c

Filium tuum erudi ne deſperes, ad interfectionem autem eius ne pones animam tuam, Prou. 19.c

Filium tuum erudi, et refrigerabit te, dabit delicias animæ tuæ, Prou.29.c

Filius uerbum cuſtodiens, extra perditionem erit, Prou.29.d

Filij mei facti ſunt perditi, quoniam inualuit inimicus, Thr.1.f

Filiorum carnes comeſti in Ieruſalem, Bar.2.a

Filius impius diuinæ uoluntati contrarius, nõ obſtante patris iuſtitia, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit, Ezech.18. c

Filius impij patris iuſte uiuens non morietur in iniquitate patris, ſed uita uiuet, Ezech.18.c.d

Filius non portabit iniquitatẽ patris, Ezech. 18.e

Filius honorat patrẽ, & ſeruus dominum ſuum, Malach.1.b (Iob 2.a

Filij dei ſtant coram domino, & ſatan inter eos,

Filijs dei uenientibus quadã die ut aſſiſterẽt corã domino, affuit inter eos etiã ſatan, Iob 1.a. 2.a

Filij tibi ſunt erudi illos & curua illos à pueritia eorum, Eccl'ci 7. c

Filios ſi quis centum habeat, & uixerit annos multos, anima autẽ illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, et ſepultura careat, de hoc pronuncio, & melior illo ſit abortiuus, Eccl'es 6.b

In filijs ſuis agnoſcitur uir, Eccl'ci 11. d

In filijs impijs ne iucunderis ſi multiplicẽtur, nec oblecteris ſuper ipſos ſi non eſt timor dei in illis, Eccl'ci 16. a

Filiorum tuorum uitæ non credes, nec reſpexeris in labores eorum, Eccl'ci 16.a

Filius unus timens deum, melior eſt quàm mille filij impij, Eccl'ci 16. a

Abſq; filijs mori melius eſt, quàm relinquere filios impios, Eccl'ci.16. a

Filium diligens aſſiduat illi flagella, ut lætetur in nouiſſimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia, Eccl'ci 30. a

Filium ſuum docens laudabitur ab illo, & in medio domeſticorum de illo gloriabitur, Ibidem.

Filium ſuum docens in zelum mittit inimicum, et in medio amicor̃ gloriabitur de illo, Ibidem.

Filij pater mortuus eſt, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe, Eccl'ci 30.a

Filium ſuum uidit pater in uita ſua, & lætatus eſt in illo, in obitu ſuo nõ eſt cõriſtatus, nec confuſus corã inimicis, reliquit enĩ defenſorẽ domus cõtra inimicos, & amicis reddentẽ gratiã, Ibid.

Pro filior̃ aĩabus pater colligabit uulnera ſua, & ſup oẽm uocẽ turbabunt uiſcera eiº, Eccl'ci 30.b

Filius remiſſus euadet præceps, ſicut equus indomitus euadet durus, Eccl'ci 30.b

Filium tuum lacta, & pauẽtem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te, Eccl'ci 30. b

Filio ne corrideas, ne condoleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui, Eccl'ci 30.b
Filio non des potestatem in iuuentute, nec despicias cogitatus illius, Eccl'ci 30.b
Filij curua ceruicē in iuuentute, tunde latera eius dum infans est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ, Eccl'ci 30.b
Filium tuum doce, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas, Eccl'ci 30.b
A filijs tuis caue, & à domesticis tuis attende, Ecclesiastici 32. d
Filio & mulieri fratri & amico non des potestatē super te in uita tua, nec dederis alij possessionē tuam, Eccl'ci 33.c
Filij tui te potius rogent, quàm ut tu respicias in manus filiorum tuorum, Eccl'ci 33. c
Filij queruntur de patre impio, quoniam propter illum sunt in opprobrio, Eccl'ci 41. b
Filij audite patrem uestrum, Tob.14.c
Filij iniquorum omnes qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua, Sap.4.b
Filij mortui imaginem pater ut deum colere cœpit, cui & inter seruos sacra constituit, Sap.14.b
Filios Abrahæ potest deus suscitare de istis lapidibus, Matth.3.b
Filij dei uocabuntur, qui pacifici sunt, Matth.5.a
Filij insurgent in parentes, & morte eos afficient, Matth.10. c
Filij uestri iudices uestri erunt, Matth.12.b
Filium & filiam qui amat super me, non est me dignus, Matth.10. d
Filium ueni separare aduersus patrē suum, Ibidē.
Filij sunt liberi, sed scandalizare non debent, Matthæi 17.d
Filij estis eorū qui ꝓphetas occiderunt, Matt.23.d
Filios saturari prius sine, non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, Mar.7. c
Filium quidam attulit dæmonium habētem, qui illum allidit, spumat, & dētibus stridet, Mar.9.c
Filium meum unicum respice, quem spiritus apprehendit, elidit, diffipat, cum spuma dilanians, quem discipuli eijcere non potuerunt, Luc.9.e
Filios Abrahæ potest deus suscitare de lapidibus istis, Luc.3.b
Filij eritis altissimi, qui benignus est super ingratos & malos, Luc.6. e (Luc.11.b
Filijs uestris nostis bona dare cum sitis uos mali,
Filij uestri in quo eijciunt dæmonia? ipsi iudices uestri erunt, Luc.11. c
Filius in agro senior ægrefert patris gaudium cum fratre, ꝓdigo, indignatur, non uult ingredi, rogatur à patre, remurmurat, accusat fratrē, cōciliatur, hortatur ut congratuletur patri & fratri, Luc.15.f.g
Filij senioris morositas, inuidia & ingratitudo, murmuratio contra patrem, Luc.15.g
Filij dei sunt, & similes angelis, cum filij sint resurrectionis, ideo nec nubent nec uxores ducent, Luc.20. f
Filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in sua generatione, Luc.16. b
Filij dei credentes, nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt, Ioan.1.b
Filij dei nunc sumus, nondum autem apparuit quod erimus, Ioan.3.a
Filioli adhuc modicum uobiscum sum, Ioā.13.d
Filij dei sumus ꝑ spiritum, si filij & hæredes, hæredes quidē dei, cohæredes autē Christi, si tamen compatimur, ut & glorificemur, Rom.8. c
Filiorū adoptionis spiritum accepistis in quo clamamus, Abba pater, Rom.8. c
Filij dei quod sumus testatur spiritus ipse spiritui nostro, si filij & hæredes, &c̄. Rom.8.c
Filiorum dei reuelationem expectat creaturæ expectatio, Rom.8.d
Filij promissionis æstimātur in semine, Ro.9.b
Filij dei uiui uocabuntur, qui fuerant non plebs mea, Rom.9. e (Cor.7.c
Filij fidelium non immundi, sed sancti sunt, 1.
Filij dei omnes estis per fidem, quæ est in Christo Iesu, Gal.3. d
Filius de ancilla secundum carnē natus est, qui autem de libera, per repromissionem, Gala.4.c
Filij multi desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum, Gal.4. d
Filij ꝓmissionis secundum Isaac sumus, Ga.4.d
Filius uti secundum carnē psequebatur eum qui secundum spiritum natus erat, sic nunc, Ibidē.
Filij adoptionis prædestinati sumus secundum propositum uoluntatis suæ, in laudem gloriæ suæ, Ephes.1.a. b
Filij iræ natura eramus, sicut & cæteri, Ephes.2.a
In filijs diffidentiæ operatur spiritus, princeps potestatis huius mundi, Ephes. 2. a
Vt filij lucis ambulate, probantes quid sit deo bene placitum, Ephes. 5. b
Filij obedite parentibus uestris in domino, hoc enim iustum est, Ephes.6. a
Filios uestros patres ad iracudiam prouocare nolite, Ephes.6.a (ni, Ephes.6.a
Filios educate in disciplina & correptione domi-
Filij dei simplices sitis, sine reprehensione, in medio nationis prauæ & peruersæ, Philip. 2. b
Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est domino, Col.3.d
Filium omnē quē recipit deus flagellat, Heb.12.b
Filius qs est, quē non corripit pater? Hebr.12.b
Filijs ceu uobis offert se deus, Hebr.12.b
Filij subtractionis nos non sumus in perditionē, sed fidei in acquisitionem animæ, Heb.10.g
Filij dei nominamur & sumus, ex charitate quam dedit nobis pater, 1.Ioan.3. a (an.3.b
Filij dei & filij diaboli in hoc manifesti sunt, 1.Io
Filio dei similis species quarti in fornace, Dā.3. g

Filius meus es tu, Christo deus loquitur, ego hodie genui te, Psal.2.7.
Filius, Christe, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, Psal.2.8.
Filius meus quem uidisti ascendentem, eius uocẽ audient omnes gẽtes, stantis in cacumine montis Sion, & arguentis gentes, & perdentis gentes sine labore, 4.Esd.13.c
Filium meum nemo uidere potest super terram, & qui cum eo sunt, nisi in tẽpore diei, 4.Es.13.d
Filium suum deus suscitans, primum uobis misit benedicentem uobis, ut cõuertat se unusquisq; à malitia sua, Act.3.d
Filium hominis uideo stantem à dextris dei, Actorum 7.g
Filius meus es tu, ego hodie genui te, cum scilicet suscitaui à mortuis, Act.13.e
Filium suum primogenitum peperit Maria, & uocauit nomen eius Iesum, Matth.1.d
Filium meum uocaui ex Aegypto, Matth.2.c
Filius dei si es, dic ut lapides isti panes fiant, dixit tentator, Matth.4.a
Filius dei si es, mitte te deorsum, satan dixit, Matthæi 4.a
Filius meus hic est dilectus, in quo mihi complacui, pater dixit, Matth.3.d Mar.1.b Luc.3.e
Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet, Matth.8.c
Filius hominis uenit manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus, Matth.11.c
Filium nemo nouit nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, Matth.11.d
Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus, Matth.12.c
Filius hominis est qui seminat bonum semen, Matth.13.f
Filium hominis uidebunt uenientẽ in regno suo, quidam de hic stantibus, Matth.16.d
Filius hominis uenturus est in gloria cum angelis suis, & reddet tunc unicuiq; secundum opera eius, Matth.16.d
Filius meus dilectus hic est, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite, Matth.17.a
Filius hominis tradẽdus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget, Mat.17.c
Filius hominis uenit saluare quod perierat, Matthæi 18.b
Fili Dauid miserere, cæci clamabant, Matt.20.d
Filio Dauid Hosanna benedictus qui uenit in nomine domini, Matth.21.a
Filium patrefamiliâs mittit agricolis, ut uereantur, Matth.21.d
Filium ut hæredem eiciunt extra uineam & occidunt, Matth.21.d
Filium hominis uidebunt uenientem in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate, Mat.24.c
Filius hominis uadit ficut scriptum est de illo. Væ autem homini illi per quem filius hominis traditur, Matth.26.b
Filius hominis cum uenerit in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, Matth.25.c
Filium hoïs amodo uidebitis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli, Matthæi 26.f
Filius dei uere iste erat, Matth.27.f
Filium dei se fecit, Matth.27.e
Filius dei si es, salua temetipsum, descende de cruce, Matth.27.e
Filium hominis oportet multa pati, reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus & scribis occidi, & post tres dies resurgere, Marc.8.d
Filius meus charissimus hic est, audite illum, Marci 9.b
Filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, Marc.10.g
Filius hominis uenit, ut daret animam suam in redemptionem pro multis, Marc.10.g
Filium unum charissimum nouissimum mittens agricolis, dicit: Quia reuerebunt filium meum, Marc.12.a
Filium hominis uidebunt uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria, Marc.13.c
Filius hominis uadit, uæ autem homini per quẽ tradetur, Mar.14.c
Filium hominis uidebitis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem cum nubibus cœli, Mar.14.f
Filius dei uere erat hic homo, Marc.15.d
Filius altissimi uocabitur, & erit magnus, Lu.1.d
Fili quid fecisti nobis sic? Luc.1.g
Filius dei si es, dic lapidi huic ut panis fiat, Lu.4.a
Filius dei si es mitte te hinc deorsum, Luc.4.b
Filius dei tu es clamabant dæmonia, Luc.4.g
Filius hominis potestatem habet dimittendi peccata, Luc.5.e
Filius hominis dominus est, etiam sabbathi, Lucæ 6.a
Filius meus dilectus hic est, ipsum audite, Lu.9.d
Filius hominis tradetur in manus hoïm, Luc.9.e
Filius hominis non uenit animas hominum perdere, sed saluare, Luc.9.g
Filius quis sit nemo scit, nisi pater, & quis sit pater nisi filius, et cui uoluerit filius reuelare, Lu.10.d
Filius hominis ueniet hora qua non putatis, parati ergo sitis, Luc.12.e
Filij hominis die nemo descendat de tecto, nec redeat de agro pro tollendis rebus, Luc.17.g
Filij hominis unum diem uidere desiderabitis, & non uidebitis, Luc.17.e
Filius hominis ueniens putas fidem inueniet in terra? Luc.18.b
Filius hoïs erit in die sua, sicut fulgur coruscans de sub cœlo, Luc.17.e

Filium hominis oportet primum multa pati, & reprobari ab hac generatione, Luc.17. e
Filij hominis diebus erit sicut in diebus Noë, Luc 17. f
Filius hominis uenit quærere & saluum facere quod perierat, Luc.19. b
Filium hominis tunc uidebunt uenientẽ in nube, cum potestate magna & maiestate, Luc.21.e
Filius hominis secundum quod definitum est, uadit, Luc.22.c
Filius hominis erit ex hoc sedens à dextris uirtutis dei, Luc.22.g
Filius dei tu es? Ait Christus, Vos dicitis quia ego sum, Luc.22. g
Filium hoïs oportet tradi in manus hoïm peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere, Lu.24.a
Filios dei fieri potestatem dedit, quoquot receperunt eum, Ioan.1. b
Filios dei fieri dat his q credunt in nomine eius, Ioan.1. b
Filius dei unigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit, Ioan.1. c
Filium dei esse Christum Ioannes testatur Baptista, Ioan.1.e
Filium hominis uidebitis, & cœlum aptum, unde angeli supra eum descẽdent et ascendẽt, Ioã.1.g
Filius dei es tu, Rabbi, tu es rex Israel, Ioan. 1. g
Filium hominis exaltari oportet, ut oïs qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternã, Ioan.3.b
Filius hominis qui est in cœlo, ascẽdit solus in cœlum, quia de cœlo descendit, Ioan.3. b
Filium suum deus nõ misit in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus p ipsum, Ioan.3.b
Filium diligit pater, & oïa dedit in manu eius, Ioan.3. d
Filium suum unigenitum dedit, ut oïs q credit in eum, nõ pereat, sed habeat uitã æternã, Ioã. 3. b
In filium qui credit, habet uitam æternã, Ioan.3.d
Filio qui est incredulus, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum, Ioan.3. d
Filium omnes honorificent, sicut honorificãt patrem, Ioan.5. d
Filius quos uult uiuificat, sicut pater suscitat & uiuificat, Ioan.5.d
Filium qui non honorificat, nõ honorificabit patrem qui misit illum, Ioan.5.d
Filius non potest facere à se quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem, Ioan.5.d
Filius similiter facit quæcunq; pater facit, Ibidẽ.
Filio dedit pater omne iudicium, Ioan.5.d
Filij dei uocem audient omnes qui in monumentis sunt, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij, Ioan.5. e
Filij dei uocem audient mortui, & qui audierint uiuent, Ioan.5. e
Filius ego non possum à meipso facere quicquã, Ioan.5. e
Filius hominis cibum dabit uitæ æternæ, quẽ pater designauit deus, Ioan.6. d
Filium omnis qui uidet & credit in eum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, Ioan.6. e
Filius Ioseph nónne hic est, cuius nos nouimus patrem & matrem? Ioan.6.e
Filium hominis si uideritis ascendentem, ubi erat prius, Ioan. 6. g
Filius dei tu es Christus, & uerba uitæ æternæ habes, &c. Ioan.6.g
Filium hoïs cum exaltaueritis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, Ioan.8. c
Flius manet in domo in æternum, Ioan.8. d
Filius si uos liberauerit, uere liberi eritis, Ioan.8.e
Filius dei quis est domine, ut credam in eum? Ioannis 9.g
Filius deus ipse est, quem uidisti & qui loquitur tecum, Ioan.9. g
Filium dei credens & ,pcidens adorauit, Ioan.9.g
Filius dei sum, dixit Christus, Ioan.10. f
Filius hominis ut clarificetur hora uenit, Ioannis 12.c
Filius hominis quis est, qui est exaltandus? Ioannis 12. e
Filius homnis nunc clarificatus est, & deus clarificatus est in eo, Ioan.13. d
Filio tuo dedisti potestatẽ omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam, Ioã.17.a
Filius dei in scripturis propheratus, factus est eĩ ex semine Dauid secundum carnem, Rom.1. a
Filius dei in uirtute prædestinatus, Rom.1. a
Filio proprio deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit? Rom.8. f
Filius dei Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, Gal.2.d
Filij sui spiritum misit de⁹ in tẽporis plenitudine, in corda uestra, damantẽ, Abba pater, Gala.4.a
Filius dei Christus, principium est, primogenitus ex mortuis, Col.1. c
Filius dei Christus imago est dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, Col.1.c
In filio condita sunt uniuersa, in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus siue potestates, Col. 1.c
Filius dei Christus est ante omnes, & omnia in ipso constant, Col.1.c
Filius dei Christus est, caput corporis ecclíæ, Ibi.
Filium dei expectate de cœlis Iesum, quem suscitauit à mortuis, 1.Thes.1. d
Filium suum deus constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & sæcula, Hebr.1. a
Filium qui negat, patrem non habet, 1.Ioan.2. d
Filius dei in hoc apparuit, ut dissoluat opera diaboli, 1.Ioan.3.b

Filium ſuum deus miſit, propitiationem pro peccatis noſtris, 1.Ioan.4.b
Filium dei Ieſum eſſe quiſquis confeſſus fuerit, deus in eo manet, & ipſe in deo, 1.Ioan.4.c
Filium ſuum unigenitum miſit deus in mundum ut uiuamus per eum, 1.Ioan.4.c
Filius dei uenit & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus uerũ deum, & ſimus in uero filio eius, 1.Ioan.5.d
Filio qui non credit, mendacẽ facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo, 1.Ioan.5.c
Filium dei qui habet, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet, 1.Ioan.5.c
Filio hominis ſimilem, ueſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea, uidi, Apocalyp.1.c
Filius maſculus recturus erat omnes gẽtes in uirga ferrea, Apoc.12.a
Filius mulieris raptus eſt ad deum, et ad thronum eius, & mulier fugit in ſolitudinem, Ap.12.a.b

¶*Filia.*

Filiæ hominum cauſa malorum, Gene.6.a
Filiæ hominum, id eſt principum uel ſęcularium, Gene.6.a
Filij dei, id eſt piorum, ſcandalum patiuntur ex pulchritudine filiarum hominum, Gen.6.a
Filias offert Lot neceſſitate hoſpitalitatis conſtrictus, Gen.19.b
Filiæ Lot concipiunt è patre duos filios, Geneſis 19.g
Filiæ Chanaan nulla digna filio Abrahæ, Geneſis 24.d
Filiæ minores non traduntur nuptijs ante maiores, Gen.29.c
Filias ſuas Laban uendidit & comedit, Gen.31.b
Filia uendita in ancillam, non egredietur ſeptimo anno, ut ancillæ exire conſueuerunt, Exo.21.b
Filia uendita in ancillam, ſi domino diſplicuerit, dimittet eam, populo alieno uendendi non habeat poteſtatem, ſi ſpreuerit eam, Exod.21.b
Filia in ancillam uendita domino, ſi eam is filio ſuo deſponderit, iuxta morem filiarum faciet illi, Exod.21.b
Filia in ancillã uendita, ſi dominus eam filio deſponderit, & inſuper eidem alteram acceperit, prouidebit puellæ nuptias, ueſtem, & pretium pudicitiæ, Exod.21.b
Filiæ eidem ancillæ ſi tria iſta negauerit egredietur gratis abſq; pecunia, Exod.21.b
Filiam filij tui uel filiæ, non diſcooperies, Leuitici 18.b
Filiam uxoris patris tui non diſcooperies, Leuici 18.b
Filiam filij uxoris tui non ſumes, Leuit.18.c
Filiam filiæ uxoris tui non ſumes, Leuit.18.c
Filiam tuam ne proſtituas, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo, Leuit.19.f
Filias ueſtras rex ſibi facit unguentarias, focarias, panificas, 1.Reg.8.c
Filiæ Iſrael flete ſuper Saul, qui ueſtiebat uos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui ueſtro, 2.Reg.1.d
Filiæ Sion quia elatæ ſunt, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant pedibus ſuis, compoſito gradu incedebant, &c̃. Iſa.3.c
Filia conſurget aduerſus matrẽ ſuam, Mich.7.b
Filiæ Iob pulcherrimæ, quibus pater dedit hæreditatem inter fratres earum, Iob 42.d
Filia audi & uide, inclina aurem tuam, obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, Pſalmo 45.10.
Filiæ regis omnis gloria eius ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus, Pſal.45.15.
Filiæ eam uiderunt, & beatiſſimam prædicauerunt, &c̃. Cant.6.c
Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, nõ oſtendas hilarem faciem tuam ad illas, Eccl'ci 7.c
Filiam trade & grande opus feceris, homini ſenſato da illam, Eccl'ci 7.c
Filia fatua in deminoratione erit, Eccl'ci 22.a
Filia prudens, hæreditas uiro ſuo, Eccl'ci 22.a
Filia quæ confundit, in contumeliam ſit generis, Eccl'ci 22.a
Filia patri ſolicitudinem infert, ne forte adulteretur, uel cum uiro cõmorata odibilis fiat, ne polluatur in uirginitate ſua, ne grauida inueniatur apud ſe, ne cum uiro ſterilis fiat, Eccl'ci 42.b
Filiæ luxurioſæ confirma cuſtodiam, ne *inimicis* fias opprobrium, & ciuitati detractio, & plebi abiectio, & confundaris in multitudine populi, Eccl'ci 42.b
Filiæ gentilium & idololatrarum non aſſumendæ ſunt in uxores fidelibus, Eſd.9.a
Filia ſeparabitur aduerſus matrẽ ſuam, Mat.10.d
Filia mea in extremis eſt, ueni impone manum tuam ſuper eam, ut ſalua ſit & uiuat, Marc.5.c
Filia principis ſynagogæ nunciatur mortua, Lucæ 8.g
Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros, Luc.23.d
Filia Sion noli timere, ecce rex tuus uenit, ſedens ſuper pullum aſinæ, &c̃. Ioan.12.b.c

¶*Fimbria.*

Fimbrias faciant ſibi per angulos palliorum cum uittis, hyacinthinis, ad recordationem omnium mandatorum domini, &c̃. Num.15.d
Fimbrias facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris, Deut.22.b
Fimbriæ ueſtimenti Chriſti tactu ſanati ſunt de uniuerſa regione multi infirmi, Matth.14.d
Fimbria ueſtimenti Chriſtus ſanabat infirmos, Marc.6.g
¶Fimum boum dedi tibi pro ſtercoribus humanis, & facies panem tuum in eo, Ezech.4.d

¶*Finis.*

Finis carnis uenit coram me, id est, statui dsperdere habitatores terræ, Gen. 6.c

Finis meus periit, spes mea à domino, Thr. 3.c

Finis noster appropinquauit, completi sunt dies nostri, quia uenit finis noster, Thr. 4.d

Finis uenit, uenit finis super quatuor plagas terræ, finis nunc super te, & immittam furorē meum in te, iudicabo te iuxta uias tuas, non parcet oculus, non miserebor, &c̄. Eze. 7.a

Finis uenit super populum meum Israel, Amos 8. a

Finem uniuersorum deus ipse consyderat, Iob 28. a

Finem meum domine notum fac mihi, Psalm. 39. 4.

Finem suum nescit homo, Eccl'es 9.c

Finem loquēdi pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo, Eccl'es 12.d

Finem habent ea quæ dicta sunt de me, Lu. 22.d

Finis fructuum peccati mors est, Rom. 6.d

Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti, Rom. 10.a

Finis omnium appropinquauit (infidelium uel gentium) 1.Pet. 4.b

¶*Firmamentum.*

Firmamentum in medio aquarum dicitur cœlum, Gen. 1.a

Firmamentum capitur pro extensione, Gen. 1.a

Firmamentum fit pio dominus, & educit in latitudinem, quia complacet sibi in eo, 2.Re. 22.b

Firmamentum est dominus timentibus eum, testamentum ipsius ut manifestetur illis, Psa. 25. 14.

Firmamentum meum & refugium meum es tu, Psal. 71. 3.

Firmamētum uel frumentum in terra erit in summis montium, superextolletur super libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate, &c̄. Psal. 72. 16.

In firmamento uirtutis dei laudate deum, Psal. 150. 1.

Firmamentum quasi aspectus crystalli horribilis super capita animalium, extentum desuper, Ezech. 1.e

Firmamenti spiritum creasti secundo die, imperasti ei diuidere inter aquas, 4.Esd. 6.c

¶Firmus esto in uia domini, in ueritate sensus tui & scientia, & prosequatur uerbum pacis & iustitiæ, Eccl'ci 5. c

Firmiores nos, debemus imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere, Rom. 15.a

¶Filum subtegminis non uult habere Abram de rapina, Gen. 14.d

¶Fiscella scirpea Moyses seruatur expositus aqs, Exo. 2.a

¶Fuscinula impiorum sacerdotum filiorum Heli, 1.Reg. 2.c

¶*Flagellare.*

Flagellat deus Pharaonem ob Sarai, Gen. 12.d

Flagellati sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, pro non impletis mensuris laterum, Exo. 5.c

Flagellis cęcidit uos pater meus, ego scorpionibus uos cędam, 2. Par. 10.c

Flagellum inundās cum transierit, non ueniet super nos, Isa. 28.d

Flagellum inundās cum transierit, eritis ei in conculcationem, Isa. 28.e

Flagellum equo, camus asino, & uirga dorso imprudentium, Prou. 26.a

Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa, Eccl'ci 28.c

Flagellabunt uos in synagogis suis, Mat. 10.b

Flagellatur Paulus, Acto. 22. f

Flagellatur Christus, Mat. 27.c

Flagellat deus omnem filium quem recipit, Hebræo. 12.b

Flagellum quasi fecit de funiculis, & omnes eiecit de templo uendentes quæcunq;, Ioan. 2.c

¶*Flamma.*

In flamma ignis de medio rubi dominus apparet, Exo. 3.a

Flammeus gladius cherubim ante paradisum, Genesis 3.d

In flamma holocausti Manue ascendit angelus in cœlum, &c̄. Iud. 13.d

¶Flatus domini sicut torrens sulphuris succendēs eam, Isa. 30.g

¶*Fletus.*

Fletu magno fleuit Ezechias, 4.Reg. 20.a

Fletus Agar, Gen. 21.b

Fletus Rachel uiso Iacob, Gen. 29.b

Flet Esau fratrem osculans, Gen. 33.a

Flet Iacob filium Ioseph, Gen. 37.c

Flet Ioseph coram fratribus, Gen. 42.e

Flet Ioseph super fratre Beniamin, Gen. 43.g

Flent Israelitæ ad exploratorum famā, Nu. 14.a

Flet populus Aaronem 30. diebus, Num. 20.d

Flet uxor Samsonis, Iud. 14.d

Flet Israel pro perdita tribu Beniamin, Iud. 20.c.d

Flet Anna pro opprobrio sterilitatis, 1.Reg. 1.a

Flet populus pro amissa arca dei, 1.Reg. 7.a

Flent Dauid & Ionathas, 1. Reg. 20.g

Flet Saul super Dauid, 1. Reg. 24.d

Fletus Dauid ob mortem Saul, 2. Reg. 1.b

Flet Dauid super tumulum Abner, 2. Reg. 3. f

Flet Dauid super mortuum Absalon, 2. Reg. 18.g

Flet Dauid pro filio Bethsabeæ, 1. Reg. 12.e

Ad fletum dominus uocat, & ad planctum, ad calicium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia occidere uitulos, &c̄. Isa. 22.c

Fletum & lamentum assumam super montes, & super speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt, eo quod non sit pertransiens, Ier. 9.c

Flendum an sit in mense quinto, Zach. 7.a
Flebam olim super eum qui afflictus erat, compatiebatur anima mea pauperi, Iob 30.d
Flendi tempus & ridendi, Eccles 3. a
Fletus erit & stridor dentium in camino ignis, ubi erunt qui faciunt iniquitatem, Mat. 13.f
Fletus et stridor dentium in tenebris exterioribus, Mat. 22.b
Flet Iesus, Ioan. 11.d
Flet amare Petrus, Mat. 26.g
Fletus & stridor dentium pars est hypocritarum, Mat. 24.d
Flentes erant tanq̃ non flentes, 1.Cor. 7.e
Qui fletis beati, quia ridebitis, Luc. 6.c
Flere cum flentibus, Rom. 12.c

¶*Flos.*

Floris instar egreditur homo & conteritur, fugit uelut umbra, nunquam in eodem statu permanet, Iob 14.a
Flos ego campi, & lilium conuallium, Can. 2.a
Floribus me fulcite, stipare me malis, quia amore langueo, Cant. 2.a
Flores apparuerunt in terra, tẽpus putationis aduenit, Cant. 2.c
Flos ad solis exortum, decor uultus eius deperijt, arefacto fœno, Iac. 1.b

¶*Flumen.*

Flumina aperiam in supremis collibus, & in medio camporum fontes, Isa. 41.e
Flumina ponam in insulas & stagna arefaciam, Isa. 42. c
Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, Psalmo. 46. 4.
Flumina eorum conuertit in sanguinem, imbres eorum ne biberent, Psal. 78. 44.
Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, &c̃. Psal. 65. 9.
Flumina eleuauerunt uocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos, Psal. 93. 3.
Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt, Psal. 98. 8.
Flumina posuit in desertum, exitus aquarum in sitim, Psal. 107. 33.
Flumina omnia intrant mare, & mare non exundat, Eccles 1. b
Flumina ad locum unde exeunt reuertuntur, ut iterum fluant, Eccles 1. b
Fluuij quatuor paradisi, Gen. 2. b
Fluuius egrediens irrigat paradisum, Gen. 2. b
Fluuios scindes terræ, uiderunt te, &c̃. Aba. 3. b
Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie antiquitatis dierum, Dan. 7. c
Fluuiorum profunda scrutatus est dominus, abscondita in lucem produxit, Iob 28. b
¶Foderunt prope fluuium aquam ut biberent, Exo. 6. d

¶*Folium.*

Folijs se præcingere, est peccati excusationem comminisci, Gen. 3. b
Folium ligni, quod pium significat, non defluet, Psal. 1. 3.
Quasi folium cecidimus uniuersi, & iniquitates nostræ quasi uentus abstulerunt nos, Isa. 64. b

¶*Fons.*

Fons capitur pro uapore humido uel nube, Genesis 2. a
Fons Misphat, id est Cades, Gen. 14. b
Fontes rupti sunt abyssi magnæ, Gen. 7. c
Fons in uia Sur in deserto, Gen. 16. b
Fons in uia Sur inter Cades & Barad, Genesis 16. d
Fontes duodecim in Elim, & septuaginta palmæ, Exo. 15. g. Num. 33. b
Fons omnis, & aquarum congregatio mundabit, Leu. 11. f
Fons aquarum Nephtoa, terminus ad occasum est Beniamin, Ios. 18. c
Fons inuocantis de maxilla, nomen loci, Iudicum 15. d
De fõtibus saluatoris aquas haurietis in gaudio, Isa. 12. a
Fons patẽs erit domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ, Zach. 13. a
Fontes dominum benedicunt, Dan. 3. f
Fons uitæ est apud te deus, Psa. 36. 9.
De fontibus Israel domino benedicite in ecclesijs, Psa. 68. 26.
Fontes & torrentes tu dirupisti, Psal. 74. 15.
Fontes emittis in cõuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ, Psa. 104. 10.
Fons de domo domini egredietur, irrigabit torrentem spinarum, Ioel. 3. d
Fontes aquarum apparuerunt, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, Psal. 18. 15.
Fontes tui deriuentur foras, & in plateis aquas tuas diuide, Prou. 5. c
Fons hortorũ, puteus aquarum uiuentium, Cantico. 4. d
Fons draconis in Ierusalem, Nee. 2. c
Fontium custodes ponantur in obsidione, Iudith 7. b
Fontium uenæ stabunt, non decurrent horis tribus, 4. Esd. 6. b
Fons Iacob prope Sichar, Ioan. 4. a
Fonti assidebat Iesus, fatigatus ex itinere, hora sexta, Ioan. 4. a
Fons aquæ salientis in uitam æternam fiet aqua, quam ego dabo alicui, Ioan. 4. b
Fons nullus salsam ac dulcem potest facere aquã, Iac. 3. c
Fons de eodem foramine non emanat dulcem & amaram aquam, Iac. 3. c
¶Foras Ierusalem erunt canes uenefici, &c̃. Apoc. 22. c
¶Forenses conuentus & proconsules appellandi, nihil

di, nihil cum tumultu agendum in populo, Acto. 19.g

¶ Fores Sodomitæ effringere tentant, Geneſis 19.b

¶ Forcipes & fuſcinulas æreas, & ignium receptacula ex ære fabricabis, Exo.27.a

¶ Ad formicã uade ô piger, conſydera uias eius, diſce ſapientiam, quæ cum non habeat ducem præceptorem uel principem, parat in æſtate cibum ſibi, congregat in meſſe quod comedat, Prou.6.a

Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſuum, Prou.30.d

¶ *Fortuna.*

Fortuna negotiorum petenda à domino, Geneſis 24.b

Fortuna à ſolo domino eſt, cui & pro ea gratiæ agendæ, Gen.24.c

Fortunæ menſam qui ponitis, numerabo uos in gladio, & omnes in cæde corruetis, Iſa.65.b

¶ Formam dei penitus nõ uidiſtis, uocem autem uerborum eius de igne audiſtis, Deut.4.b

In forma dei cum eſſet Chriſtus, formam ſerui accepit in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, Phil.2.a

¶ *Formido.*

Formidoloſus bello non interſit, & pauido corde, ne pauere faciat fratrum ſuorũ corda, Deutero. 20.b

Formidoloſum & timidum non uult deus adeſſe ſuis militibus, ſed fide fortes, Iud.7.a

Formidabunt dominum aduerſarij eius, ſuper ipſos in cœlis tonabit, 1.Reg.2.b

Formidinem fugiens cadet in foueam, de fouea explicans ſe, laqueo tenebitur, Iſa.24.c

Formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum, ubi nunc eſt furor tribulantis, Iſa.51.e

Formidini non tu mihi ſis, ſpes mea tu in die afflictionis, Ier.17.c

Formidines terrent ubiq; tyrannos, et ipſorum pedes inuoluunt, Iob 18.b

¶ *Fornax.*

Fornax præcipitur ſeptuplum ſuccẽdi quàm conſueuerat, in quem legati mittuntur ſocij Danielis, Dan.3.c

Fornax ferrea Aegyptus, Deut.4.c

Fornacis quaſi fumus aſcẽdit contra Sodomam, Gen.19.f

Fornacis ignem miniſtri fouebant naphta, ſtuppa, & pice, malleolis, ut flamma effunderetur cubitis 49. & erumpens incenderit Chaldæos, Dan.3.d

¶ *Fornicari.*

Fornicaria Iſrael caret iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti, Oſee 2.c

Fornicariam Iſraelem ecce lactabo, ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, Oſee 2.c

Fornicati ſunt Iſraelitæ cum dijs alienis, & adorauerunt eos, Iud.2.c

Fornicationes ſuas auferat à facie ſua, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum, ne forte nudam ſtatuam eam, iuxta diem natiuitatis ſuæ, &c. Oſee 2.a

Fornicariam non conuertendam, ponam in ſolitudinem, ſtatuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam ſiti, Oſee 2.a

Fornicariæ filiorum non miſerebor, quia filij fornicationum ſunt, fornicata eſt mater eorũ, confuſa eſt quæ concepit eos, Oſee 2.a

Fornicaria dicit, Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes, aquas, lanam, linum, oleum, & potum meum, Oſee 2.a

Fornicariæ uiam ſepiam ſpinis & maceria, ſemitas ſuas non inueniet, Oſee 2.b

Fornicaria mater Iſraelis ſequetur amatores ſuos, non apprehendet eos, quæret & non inueniet, dicet, Reuertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc, Oſ.2.b

Fornicaria Iſrael neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, uinum, & oleum, & argentum, & aurum, quæ fecerunt Baal, Oſee 2.b

Fornicariæ Iſraeli auferam frumentum meum & uinum in tempore ſuo, liberabo lanã & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, Oſee 2.b

Fornicariæ Iſraelis reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius, & uir non eruet eam de manu eius, Oſee 2.b

Fornicariæ Iſraelis omne gaudium ceſſare faciã, ſolennitatem, neomeniam, ſabbatum, & feſta eius, Oſee 2.c

Fornicariç Iſraelis uineam corrumpam & ficum, de quibus dixit, Merces hæ meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei, Oſee 2.c

Fornicata Thamar Iudæ nunciatur, Gen.38.f

Fornicatio fit à domino, ſequendo cogitationes humanas & oculos per res uarias, Num.15.d

Fornicata eſt auerſatrix Iſrael, abiens ſibimet ſuper omnem montem excelſum, ſub omni ligno frondoſo, Ier.3.b

Fornicaria Iudæa nunquid iraſceris in ꝑpetuum, aut perſeuerabis in finem, Ier.3.b

Fornicaria tu Iuda, locuta es & feciſti mala, & potuiſti, Ier.3.b

Fornicationum uxorem ſume tibi, ſac filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à domino, Oſee 1.b

Fornicatione fornicati ſunt, Oſee 4.d

Fornicatio uinum et ebrietas auferunt cor, Oſ.4.c

Fornicabuntur filiæ ueſtræ, & ſponſæ ueſtræ adulteræ erunt, propter ſacrificia idolorum ueſtrorum, Oſee 4.c

Fornicatæ cum fuerint filiæ ueſtræ, non uiſitabo ſuper eas? Oſee 4.d

Fornicationis ſpiritus in medio eorum, ideo non dabunt cogitationes ſuas, ut reuertãtur ad deum ſuum, Oſee 5. b

Fornicantes abs te omnes perdidiſti, qui elongãt ſe à te peribunt, Pſa. 73.27.

Fornicarijs ne des animam tuam in ullo, ne perdas te & hæreditatem tuam, Eccl'ci 9. a

Fornicarijs ſe iungens erit nequam, putredo & uermes hæreditabunt illum, extolletur in exemplum maius, tolletur de numero anima eius, Eccl'ci 19. a

Fornicario homini omnis panis dulcis, non fatigabitur, tranſgrediens uſque ad finem, Eccleſiaſtici 23. c

Fornicarius tranſgreditur lectum ſuum, contemnens animam ſuam, dicens: Quis me uidet? &c. Eccl'ci 23. c

Fornicationum ſpiritus decepit populum meum, & fornicati ſunt à deo ſuo, Oſee 4. c

De fornicatione erubeſcite à patre & matre, Eccleſiaſtici 41. d

A fornicatione attende tibi, præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire, Tob. 4. b

Fornicationis excepta cauſa uxor minime dimittenda, quando mœchatur, ſi ab alio ducatur, Mat. 5. e

Fornicationem fugiant gentes conuerſæ, Act. 25. d

Fornicatio corripitur à Paulo Corinthiorum, 1. Cor. 5. a

Fornicarij regnum dei non poſſidebunt, 1. Corin. 6. b

Fornicarijs ne commiſceamini, 1. Cor. 5. c

Fornicarijs Chriſtianis non eſt communicãdum, 1. Cor. 5. d

Fornicationem fugite, 1. Cor. 6. d

Fornicator peccat in ſuum corpus, 1. Cor. 6. d

Non fornicemur, ſicut quidã fornicati ſunt, & ceciderunt una die 23000. 1. Cor. 10. b

Fornicatio et omnis immunditia & auaritia, non nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos, Epheſio. 5. a

Fornicator omnis, aut immundus, aut auarus, nõ habet hæreditatem in regno dei & Chriſti, Epheſ. 5. b

A fornicatione abſtineatis, ut ſciat unuſquiſq; uſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, 1. Theſſ. 4. a

Fornicator aut prophanus non ſit uobiſcum, ſicut Eſau, qui propter eſcam uendidit primitiua ſua, Heb. 12. d

Fornicatores & adulteros iudicabit deus, Hebræo. 13. a

¶ *Fortitudo.*

Fortis ad dominum, etiam hominibus præualebit, Gen. 32. f

Fortitudo Iacob probatur ad lapidem putei, Geneſis 29. b

Fortitudo & laus pioꝝ dominus eſt et ſalus, Exodi 15. a

Fortitudo receder, ſi raſum fuerit caput, Iudicum 16. d

Fortior deus omnibus tyrannis, Exo. 15. b

Fortitudo & robur manus noſtræ non à nobis, ſed à domino, qui uires præbet, Deut. 8. d

Fortitudo nihil prodeſt ubi in eam confiditur, nõ in dominum, Iud. 20. c

Fortes Iſrael quomodo ceciderunt, 2. Reg. 1. c

Fortes in prælio quomodo ceciderunt, 2. Regum 1. d

In fortitudine non roborabitur uir, ſed in deo, 1. Reg. 2. b (Re. 22. c

Fortis deus nullus eſt præter deum noſtrum, 2.

Fortitudine accinxit me dominus, 2. Reg. 22. c

Fortitudine accinxiſti me ad prælium, 2. Regum 22. d

Fortium Dauid nomina, 2. Reg. 23. b

Fortitudo humana modica eſt, niſi diuina adſiſtat, 2. Par. 20. c

Fortitudo ueſtra erit ut fauilla ſtuppæ, & opus ueſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccenderetur utrunq; ſimul, & non erit qui extinguat, Iſa. 1. g

Fortem & uirum bellatorem auferet à Ieruſalem dominus, Iſa. 3. a

Fortitudo mea & laus mea dominus, factus eſt mihi in ſalutem, Iſa. 12. a

Fortitudo pauperi dominus, fortitudo egeni in tribulatione, Iſa. 25. a

Fortium propaginem marceſcere facies, quaſi calore ſub nube torrente, Iſa. 25. b

Fortitudinem meam an potius tenebit? Iſa. 27. a

A forti nunquid præda tolletur, aut quod captum fuerit à robuſto, ſaluum eſſe poterit? Iſa. 49. g

Fortitudo mea domine, & robur meum, refugium meum in die tribulationis, Ier. 16. d

Fortis tuus computruit, non ſtetit, quoniam ſubuertit eum dominus, &c. Ier. 46. d

Fortis non obtinebit uirtutem ſuam, robuſtus nõ ſaluabit animam ſuam, Amos 2. d

Fortitudo mea deus dominus, Abac. 3. d

Fortitudo impiorum erit in direptionem, domus eorum in deſertum, Soph. 1. c

Fortitudo mea quæ eſt, ut ſuſtineam? aut quis finis meus, ut patienter agam? Iob 6. b

Fortitudo lapidum non eſt fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt, Iob 6. b

Si fortitudo dei quæritur, robuſtiſſimus eſt, Iob 9. c

Fortitudo & ſapientia apud deum eſt, conſilium ipſe & intelligentiam habet, Iob 12. b

Fortitudo & ſapientia apud deum eſt, ipſe nouit & decipientem & eum qui decipitur, Iob 12. c

Fortitudo Samſonis ubi ſita multis inquirirur, Iudic. 16. b. c

Fortitudine ſua multa deus nolo mecum contendat, nec magnitudinis ſuæ mole me premat, Iob

Iob 23. b
Fortitudo mea et laus mea dominus, factus est mihi in salutem, Psa. 118. 14.
Fortium manus dominabitur, quæ autem remissa est tributis seruiet, Pro. 12. d
Fortitudine accinxit lumbos suos, roborauit brachium suum, Prou. 31. b
Fortitudo & decor indumentum eius, ridebit in die nouissimo, Prou. 31. d
Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, Cant. 8. b
Fortitudo nostra sit lex iniustitiæ, aiunt impij, Sapient. 2. c
Fortioribus fortior instat cruciatus, Sap. 6. b
Fortior est deus illis, quorum in creaturis fortitudinem homines admirantur, Sap. 13. a
Fortis armatus cum custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet, Luc. 11. c
Fortior si superuenerit & uicerit uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet, Luc. 11. c
Fortius hominibus est, quod infirmium est dei, 1. Cor. 1. d
Fortiores deo non sumus, ideo prouocare nõ debemus, 1. Cor. 10. e
Fortis est dominus, qui iudicat Babylonem, Apoc. 18. c
¶In fossis non inueni eos, sed in omnibus quę supra memoraui, Ier. 2. g

¶*Fouea.*

Foueam fodiens incidit in eam, Eccl'ci 27. d
Foueam foderunt ante faciem meam, & inciderunt in eam, Psal. 57. 6.
Foueam fodiens incidet in eam, & qui uoluit lapidem reuertetur ad eum, Prou. 26. d
Foueam qui fodit incidet in eam, & qui dissipat sepem mordebit eum coluber, Eccl'es 10. b
Foueam unam elegisti tibi deus, ex omni terra orbis, 4. Esd. 5. b

¶*Frangere.*

Fracti sunt rami in Israelitica oliua propter incredulitatem, Rom. 11. c
Fragmenta colligite quæ superauerunt ne pereant, Ioan. 6. b
Fragmentorum duodecim cophinos impleuerunt, Ioan. 6. b
¶Fragrantia uestium occasio fit sermonis ad benedicendum Iacobo, Gen. 27. d

¶*Fraus.*

Fraus & damnum perpetrata in iudicium tracta, ad deos perueniet, et si illi iudicauerint, duplum restituetur proximo, Exo. 22. b
Fraudulenti uasa pessima sunt, cogitationes concinnãt ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium, Isaiæ 32. b
Fraudem ne feceris, Marc. 10. c
Fraudantes per iniuriam fratres iniqui sunt, 1. Corinthio. 6. b
Fraus potius ferenda Christiano, quàm iudicio contendere, 2. Cor. 6. b

¶*Frater.*

Frater fratrem morti tradit, Gen. 4. b
Fratrem suum primus occidit, Gen. 4. b
Fratrum oppressio clamat ad deum in cœlum, Genesis 4. b
Fratris cura exigitur de fratre à dño, Gen. 4. b
Fratris custodiam Cain recusat & sui filij, Genesis 4. b
Fratres non foueant inter se iurgium, Gen. 13. b
Fratres dicuntur consanguinei & fratrum filij. Gen. 13. b
Frater à fratre diuiditur ob diuitias & delitias, Genesis 13. c
Fratres nominat Lot turpissimos Sodomitas, Genesis 19. b
Frater dicitur Abraham uxoris Saræ, Gen. 20. c
Fratris plantam tenet Iacob cum nascitur post Esau, Gen. 25. d
Fratrum ratio habenda, & cura salutis, Genesis 29. a
Fratres nominat Iacob ignotos pastores, Ge. 29. a
Fratres os & caro mutuum dicuntur, Gen. 29. b
Fratres etiam gratis seruire non debent, Genesis 29. b
Fratricidium dehortatur Ruben in fratribus pro Ioseph, Gen. 37. d
Frater & caro nostra est, dicunt fratres Ioseph, Genesis 37. f
Fratri semen suscitare indignatur Onan, sed fundens in terram percutitur à domino, Genesis 38. b
Fratres Ioseph mittuntur in custodiam, Gen. 42. d
Fratres Iosephi negant se exploratores, sed necessitatis causa uenisse & probos se esse contẽdunt, Gen. 42. b
Fratres Iesu dicunt, ut Iudæam uadat, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis, Ioan. 7. a
Fratrem tuum ne oderis in corde tuo, Leui. 19. d
Fratres succedunt in hæreditate, si desint filij uel filiæ, Num. 27. b
Fratres patris succedunt in hæreditate, si desint filij, filiæ, & fratres, Num. 27. b
Fratris filius demortui ex relicta primogenitus, fratris nomine apppellabitur, ut non deleatur nomen eius ex Israel, Deut. 25. b
Fratris absq; liberis mortui relicta uxor non nubet alteri quàm fratri mariti mortui, ut suscitetur semen demortuo, Deut. 25. b
Fratris relictam si frater uxorem accipere recusauerit, accusato ad seniores, calciamentum soluet relicta, spuetq; in faciem illius, Deut. 25. b. c
Fratris domum ædificare recusans improbus habetur & contemptibilis, Deut. 25. c
Fratris nomẽ non sinatur deleri de familia, Ruth. 4. c

In omni fratre ſuo non habeat quiſq; fiduciam, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, Ieremiæ 9. b

Fratrẽ ſuum uir deridebit, ueritatem non loquentur, &c̃. Ier. 9. b

Fratres & domus patris tui pugnauerunt & ipſi aduerſum te, ne credas eis cum loquuti fuerint tibi bona, Ier. 12. b

Fratrem ueſtrum quiſq; quare deſpicit cum unus ſit omnium pater & conditor? Mal. 2. b. c

Fratres mei præterierunt me ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus, Iob 6. c

Fratres meos longe facit à me, noti mei quaſi alieni receſſerunt à me, Iob 19. b

Frater fui draconum, ſocius ſtruthionum, Iob 30. d

Frater non redimit, redimet homo? Pſa. 49. 7.

Aduerſus fratrem ſedens loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, Pſal. 50. 20.

Fratres habitare in unum quàm bonum & quàm iucundum, Pſal. 133. 1.

Frater in anguſtijs comprobatur, Prou. 17. c

Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, & iudicia quaſi uectes urbium, Prou. 18. c

Fratrem te meum apprehendam, & ducam in domum matris meæ, ibi docebis me, &c̃. Cantico. 8. a

Fratrem meum quis mihi det ut ſugentem ubera matris meæ inueniã foris, & deoſculer te, etiam me nemo deſpiciat, Cant. 8. a

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, et ſuper eos miſericordia liberabit, Eccl'ci 40. d

Fratres ſeptem cum matre ſupplicia ferunt, propter legis dei obſeruantiam, qui & Machabæi cognominantur, 2. Mach. 7. a. b. &c̃.

Frater tradet fratrem in mortem, Mat. 10. b

Frater ſoror & mater eſt Chriſti, quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, Matthæi 12. d

Fratri reconciliari debet prius quàm deo munus offerat, Mat. 5. c

Fratri reſipiſcenti ſemper parcendum, Matthæi 18. c

Fratres ſeptem unius uxoris mariti fuerunt, cuius erit in reſurrectione uxor? Mat. 22. c

Frater fratri ſemen ſuſcitet ex fratris relicta, Matthæi 22. c

Fratres omnes uos eſtis, unum habentes magiſtrum, Mat. 23. a

Fratres Ieſu ſunt Iacobus & Ioſeph, Simon & Iudas, Mat. 13. g

Frater meus & ſoror mea & mater eſt, qui fecerit uoluntatem dei, Mar. 3. d

Frater tradet fratrem in mortem, & pater filium, et conſurgent filij in parentes, & morte afficient eos, Mar. 13. b

Fratri tuo quomodo dicere potes, Frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non uides? Luc. 6. f

Fratres Ieſu mater eius & diſcipuli deſcenderunt in Capharnaum, Ioan. 2. c

Fratres eius non credebant in Ieſum, Ioan. 7. a

Frater tuus reſurget, Ioan. 11. c

Fratres eſtis, quid nocetis alterutrum? Act. 7. c

Fratres diſcipuli & Chriſtiani idem, Act. 14. a

Frater in quo uocatus eſt, in hoc maneat apud deum, 1. Cor. 7. d

Fratres meos accede, & dic eis, aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, deum meum, &c̃. Ioannis 20. d

Frater uxorem habens infidelem, quæ conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, 1. Corin. 7. b

Frater aut ſoror non ſunt ſeruituti ſubiecti, 1. Cor. 7. c.

Fratres falſi ſubintroducti ſubintroierunt explorare noſtram libertatem, quã habemus in Chriſto, ut nos ad ſeruitutem redigerent, Gal. 2. a

Fratrem ſuum in negotio nemo ſupergrediatur, neq; circumueniat, quoniam uindex eſt dominus de his omnibus, 1. Theſſ. 4. a

Fratres ſuos Chriſtus nominat ſanctificatos ſuos ex uno omnes, Heb. 2. c

Fratribus meis nunciabo nomen tuum in medio eccleſiæ laudabo te, Heb. 2. c

Fratribus & pueris participat carne & ſanguine, ſicut & ipſi eidem communicauerunt, Hebræorum 2. d

Fratribus per omnia ſimilis fieri debuit Chriſtus, ut miſericors fieret, Heb. 2. d

Fraternitatis charitas maneat in uobis, Hebræorum 13. a

Fratres de Italia ſalutant uos, Heb. 13. d

Fratrem chariſſimum recipe pro ſeruo, Philem. 6

Frater ego te fruar in domino, Philm. d

Fraternitatem diligite, 1. Pet. 2. c

Fratrem ſuum qui odit in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, &c̃. 1. Ioan. 2. b

Frater cum fratre non contendat iudicio apud infideles, 1. Cor. 6. b

Frater dicitur fidelis & Chriſtianus, 2. Corinthio. 6. b

¶ *Frenum.*

Frenum erroris, quod erat in maxillis populorum auferetur. Iſa. 30. g

Frena in ora mittimus equis ad nobis conſentiendum, & freno omne corpus illorum circumferimus, Iac. 3. a

Frenum equi in die illa erit ſanctum domino, Zacha. 14. d

¶ Fretum tranſire Chriſtus iubet diſcipulos, Matthæi 8. c

¶ Frigus et æſtas dominum benedicit, Dan. 3. c

Frigus niuis in die meſſis, ſic legatus fidelis eis qui miſerit

miserit eum, animam ipsius requiescere facit, Prou.25.b

¶Frixit rex Babylonis in igne Sedechiã et Achab, qui fecerunt stultiam in Israel, Ier.29.c

¶*Fructus.*

Fructus habet in semetipso suum semen, Genesis 1.b

Fructum faciunt arbores iuxta genus suum, Genesis 1.b

Fructum negat terra homicidis, Gen.4.b

Fructus terrę Chanaan resina, mel, storax, stactes, terebinthus, amigdala, Gen.43.c

Fructus agrorum comedit Israel, & suxit mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, Deuteronom.32.b

A fructibus uestris cõfundemini propter iram furoris domini, Ier.12.d

Fructum ostendit de ligno rusticatio, sic uerbum ex cogitatu cordis humani, Eccl'ci 27.a

Fructum dignum facite pœnitentiæ, Mat.3.b

Fructum bonum non faciens arbor excidetur, & in ignem mittetur, Mat.3.c

A fructibus cognoscetis falsos prophetas & lupos, Mat.7.c

Fructum facient gentes in regno dei, Mat.21.d

Fructus si spica produxerit statim mittit falcem, quoniam adest messis, Mar.4.c

Fructus pœnitentiæ dignos facite, Luc.3.b

Fructum bonum non faciens arbor excinditur, & in ignem mittitur, Luc.3.b

Fructum ut plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli, in hoc clarificatus est pater meus, Ioannis 15.a

Fructum ferre nõ potest palmes à semetipso, &c. Ioan.15.a

Fructum multum fert hic, qui manet in me, & ego in eo, Ioan.15.a

Fructum non ferentem palmitem tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructus plus afferat, Ioan.15.a

Vt fructum afferatis posui uos, & fructus uester maneat, Ioan.15.c

Fructus operis mihi est, sic est in carne uiuere, ut quid eligam ignoro, Phil.1.c

Fructificare in omni bono opere, Col.1.b

Fructu iustitiæ repleamini per Iesum Christum in gloriam & laudem dei, Phil.1.b

Fructum nullum uel malum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis, Rom.6.d

Fructifera tempora dat deus benefaciens hominibus, Acto.14.c

¶*Fruges.*

Frugum abundantia in singulis urbibus condita est, Gen.41.f

Frugum congregatarum solennitatem in exitu anni celebrabis, Exo.23.c

Frugum nouarum mensis, et uernum tempus, pascha le est, quo te eduxit dominus de Aegypto,

Deuteronomij 16.a

Frugum primitiæ quomodo offerendæ, Leu.2.d

Fruges terræ comederunt Israelitæ primum in Galgalis, die altero, azymos panes et polentam eiusdem anni, Ios.5.c

Frugum aceruum inaltabit qui terram operatur, Eccl'ci 20.d

¶*Frumentum.*

Frumenti & uini abundantia datur è rore cœli, Gen.27.d

Frumentum condatur in urbibus sub potestate regis, Gen.41.e

Frumenta effundentes singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias, Gen.42.g

Frumenta portant in asinis redeuntes fratres Ioseph, Gen.42.e

Frumentum datur pro pecunia primum, deinde pro pecoribus, Gen.47.d

Frumentum datur pro corporibus, & terra in Aegypto anno secundo, Gen.47.d

Frumenti primitiæ sexta pars ephi de coro, Eze.45.e

Frumento implebuntur areæ, redundabunt torcularia uino & oleo, Ioel.2.f

Frumentum desyderat nubes, nubes spargunt lumen suum, Iob 37.b

Frumenta abscondens maledicetur in populis, Prou.11.d

Frumenti centum cori dandi Esdræ, Esd.7.d

Frumenti granum nisi cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solum manet, Ioan.12.d

Frumẽti granum si mortuum fuerit, multum fructum affert, Ioan.12.d

¶*Fugere.*

Fugientes Adam & Euam aduocat miserator dominus, Gen.3.b

Fugiunt ad montem Sodomitæ & Gomorritæ, Gen.14.b

Fugit Agar dominam suam Sarai, Gen.16.b

Fuga è Sodomis necessaria nõ perituris, Ge.19.d

Fugiendum ad paruã ciuitatẽ à magna, Ge.19.d

Fuga Iacobo obijcitur à Laban & furtum, Genesis 31.d

Fuga simulatur, & insidiæ ponuntur contra Hai, Ios.8.b

Fugitiuorum urbes separantur iussu domini, Iosue 20.a

Fugitiuorum urbes quare constitutæ à domino, Iosue 20.a

Fugit prophęta postquã unxisset Iehu in regem Israelem, 4.Reg.9.a.b

Fugit Elias regem Achab domini hortatu, 3.Regum 17.a

Fugit Dauid ad regem Moab, 1.Reg.22.a

Fugit Dauid in Hared monitu Gad prophetæ, 1.Reg.22.a

Fugit Elias Iezabelem, 3.Reg.19.a

Fuga perijt à me, & non est qui requirat animam meam, Psal.142.4.

Fugere hostes contingit populo peccanti, 3. Regum 8.d. 2.Par.6.d
Fugientes saluabuntur, erunt in montibus quasi columbæ conuallium, omnes trepidi unusquisq; in iniquitate sua, Eze.7.d
Fuga peribit à ueloce, Amos 2.d
Fugieris sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ, Zach.14.a
Fugas meas enumerasti tu, Psal.56.8.
Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes aromatum, Cant.8.d
Fugite persequutiones de una ciuitate in aliam, non consummabitis ciuitates Israel, donec filius hominis ueniat, Mat.10.c
Fuga uestra ne fiat in hyeme & sabbato, orate, Mat.24.b
Fugere à uentura ira quis uobis ostendit? Lucæ 3.b
Fugit Iesus eos qui uenturi erant ut se regem facerent, Ioan.6.b

¶*Fulgura.*

Fulgura corruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos, Psal.144.6.
Fulgura facit deus in pluuiam, & educit uentum de thesauris suis, Ier.10.b
Fulgurum emissiones ibunt directæ, & tanquã à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient, Sap.5.d
Fulgura, uoces, tonitrua procedebant de throno, Apo.4.b
Fulgura, uoces, & terræmotus, & grando facta sunt, Apo.11.d
Fulgura & nubes dominum benedicunt, Daniel.3.f
Fulgura alluxerunt orbi terræ, uidit & commota est terra, Psa.97.4.
Fulgura nunquid mittes? & ibunt & reuertentia dicent tibi, Adsumus, Iob 38.d
Fulgura, uoces, tonitrua, & terræmotus maximi facti sunt, Apo.16.d

¶*Fumus.*

Fumus fornacis & fauilla ascendit contra Sodomam, Gen.19.f
Fumans clibanus in caligine tenebrosa, Genesis 15.d
Fumus de monte ut de fornace ascendit, Exodi 19.c
Fumo repleta est domus domini, quando commota sunt cardinum superliminaria à uoce clamantis, Isa.6.b
Fumus ascendit in ira dei, ignis à facie eius exarsit, &c. Psa.18.8.
Fumus & uapor inaltatur ante ignem camini, sic & ante sanguinem maledicta, contumeliæ, & minæ, Eccl'ci 22.d
¶Fundens sanguinem hominis, eius sanguis fundetur, Genesis 9.b
¶Fundis sic iaciebant Gabaa ciues, ut capillum quoq; percutere possent, Iud.20.c
Fundam manu tulit Dauid et aduersum Philisthæum procedit, 1.Reg.17.c

¶*Fundamentum.*

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, Psa.87.1.2.
Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mãdata dei in corde mulieris sanctæ. Eccl'ci 26.d
Fundamentum Paulus posuit ut sapiens architectus, cui quid alij superædificent uideant, 1. Cor.3.c
Fundamento Christo superædificant quidam aurum, argentum, lapides pretiosos, quidã ligna, fœnum, stipulam, quorum opus manifestum erit, 1. Cor.3.c
Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, 1. Cor.3.c
Fundamento apostolorum et prophetarum superædificati fideles, in summo angulari lapide Iesu Christo, Eph.2.d
Fundamentum dei firmum stat, habens signaculum hoc, Cognouit dominus qui sunt eius, 2. Tim.2.c
Fundamenta iaciunt et elementa, qui primum pœnitentiam docent ab operibus mortuis, & fidei ad deum, baptismatum impositiõisq; manuum ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni, Hebr.6.a
Fundamenta generationis & generationis suscitabis, Isa.58.d
Fundamentum primum Iaspis, secundum Saphirus, tertium Calcedoni⁹, quartum Smaragdus, quintum Sardonix, sextum Sardius, septimum Chrisolitus, octauum Beryllus, nonum Topazius, decimum Chrysopassus, undecimum Hyacinthus, duodecimum Amethystus, &c. Ap.21.f

¶*Funis.*

Funiculus coccineus in fenestra ligatus, signum ponitur salutis Raab ab exploratoribus, Ios.2.c
Funibus neruiceis ligatur Samson, sed rupit, Iudicum 16.b
Funibus nouis qui nondum fuerunt in opere, ligatur Samson, sed frustra, Iud.16.c
Funes inferi circundant, & laquei mortis ipium, 2.Reg.22.a
Funiculi tui laxati sunt, sed non prænalebant, sic erit malus tuus, ut dilatare signum tuum non queas, Isa.33.d
Funes ceciderunt mihi in prçclaris, hæreditas mea præclara est mihi, Psa.16.6.
Funes peccatorum circumplexi sunt me, &c. Psa. 119.61.
Funiculus triplex difficile rumpitur, Ecclesiastes 4.c
Funiculus rumpetur argenteus, recurret uitta aurea, Eccles 12.b

¶*Furor.*

Furio ſi alloquendi ſunt amice, Gen. 19.b
Furor maledictus, quia pertinax, Gen. 49.a
Furor tuus domine cur iraſcitur contra populum tuum, quem eduxiſti de Aegypto in fortitudine magna, Exo. 32.c
Furore mentis percutit deus non ſeruantes præcepta, Deut. 28.c
Furoris dei cauſa in populum, Deut. 29.c
Furor domini contra Iſraelem iraſcitur, & commouet Dauid ut iubeat numerare populum, 2. Reg. 24. a
Furorem ſuum nunc deus non infert, nec ulciſcitur ſcelus ualde, Iob 35.d
Furor domini in his oñibus non eſt auerſus, ſed adhuc manus eius extenta, Iſaię 5. f. 9.b.c.d
Furore domini plenus ſum laboraui ſuſtinens, Ier. 6. c
Furorem ſuum compleuit dominus, effudit iram indignationis ſuæ, Thr. 4.b
Furorem meum, ait deus, non faciam, non conuertar ut diſperdam Ephraim, quoniam deus ego, & non homo, Oſee 11.c
In furore tuo domine ne me arguas, neque in ira tua corripias me, Pſa. 6.1.
Furor impijs ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures, Pſalmo. 58. 4.
Furorem ſuſcitat ſermo durus, Prou. 15.a
In furorem uerſum Chriſtum dicebant, Mar. 3.c
Furor tuus ſuper me confirmatus eſt, omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me, Pſal. 88.7.

¶*Furari.*

Furari nõ potuimus aurum uel argentum, qui reportauimus pecuniam inuentam in ſaccis noſtris, Gen. 44. b
Furti minime conſcij, morti deuouent ſeipſos, ſi deprehendatur apud ipſorum quempiam, Geneſis 44.b
Furti pœnam Iacob cum fiducia decernit contra ſuos, Gen. 31.d
Furatus bouem quinq; reſtituet, Exo. 22.a
Furatus ouem quatuor reſtituet, Exo. 22.a
Fur effringens domum inuentus, & ex accepto uulnere mortuus, percuſſor non erit reus mortis, Exo. 22.a
Furem orto ſole effringentem occidens, homicidium facit, & ipſe occidetur, Exo. 22.a
Furatur Rachel idola Laban, Gen. 31.c
Furtum non facies, Exo. 20.c
Furatus hominem & uendens, conuictus noxæ moriatur, Exo. 21.c
Furto ablatum reſtituat domino damnum, Exodi 22. c
Fur non habens quod reddat, pro furto uenundabitur, Exo. 22.a
Fur apud quem inuenitur furtum, bos, aſinus, uel ouis uiuens, duplum reſtituet, Exo. 22.a

Furtum non facietis, Leuit. 19.b. Deut. 5.b. Mat. 19.c. Luc. 18.d
Furtum punitur de anathemate Achan, Ioſ. 7.b
Furti conuictus & deprehenſus Achan, Ioſ. 7.d
Furum ſocij ſunt infideles principes, Iſa. 1.f
Furtum obiicit idolorum Laban Iacobo, Ge. 31.d
Fur ut confunditur quãdo deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eorum, principes ſacerdotes & prophetæ, &c. Ier. 2.f
Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baal, ire poſt deos alienos quos ignoratis, dominus reprehendit, Ier. 7.b
Fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris, Oſee 7.a
Furem ſi uidebas, currebas cum eo, Pſal. 50. 18.
Furatus ſi quis fuerit non eſt grandis culpa: furatur enim ut eſurientem impleat animam, deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, Prou. 6.d
Cum fure qui partitur, odit animam ſuam, adiurantem audit, & non indicat, Prou. 29.d
Furi incumbit confuſio & pœnitentia, deuotatio autem peſſima ſuper bilinguem, Eccl'ci 5.d
Fur potior quàm aſſiduitas uiri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt, Eccl'ci 20.d
De furto erubeſce coram loco in quo habitas, Ecclesiaſtici 41.d
Ne fureris, Mar. 10.c
Fur qua hora uenit, ſi ſciret paterfamilias, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam, Luc. 12.e
Fur eſt & latro, qui aliunde aſcendit in ouile, non per oſtium, Ioan. 10.a
Fur uenit ut furetur, macter, & perdat, Ioan. 10.b
Furandum minime qui doces, furaris? Romanis 2. d
Fures regnum dei non poſſidebunt, 1. Corinthio. 6.b
Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret, Eph. 4.f
Vt fur ueniam ad te, ſi non uigilauero, Apo. 3.a
¶Fuſca quod ſim nolite conſyderare me, quia decolorauit me ſol, Cant. 1.b
¶Fuſum tenere imprecatur Dauid ipſi Ioab, 2. Reg. 3. f

¶*Futurum.*

In futurum omnia ſeruantur incerta, Eccles 9.a
Futurum ipſum, id eſt quod fuit, Eccles 1.b
Futurum ſuſcitaui ab Aquilone, & ueniet ab Ortu ſolis uocabit nomen meum, Iſa. 41.f

¶*Gaal.*



Aal filius Obed Sichimitas erigit cõtra ſuum regem, adiuuat latrocinia committentes, et regi maledicentes, Iud. 9.d
Gaal coniurationẽ agit cõtra Abimelech, Iud. 9.d

¶Gaas torrens unde Hurai, 1.Par.11.f
Gaas montis parte ſeptentrionali ſepultus eſt Ieſus filius Nun, Ioſ.24.g

¶*Gabaa.*

Gabaa ciuitas Iuda in montanis, Ioſ.15.g
Gabaa & Rama non diſtant multum à Iebus, Iudic.19.c
Gabaa in tribu Beniamin prope Rama, Iudicum 19.d
Gabaa ciues bellatores, 700. uiri fortiſſimi, Iud.20.b
Gabaa Beniamin pro impietate adoriuntur ab omnibus Iſraelitis, Iud.20.b
Gabaa ciues rei expetuntur ab Iſraelitis & negantur, Iud.20.b
In Gabaa conueniunt filij Beniamin, ut ſe defendant, & ſuos flagitioſos, Iud.20.b
Gabaa ciues occiderunt de Iſrael die uno 22000. uirorum, Iud.20.c
Gabaa ciues fundis ſic lapides iaciebant, ut capillum quoq; percutere poſſent, Iud.20.c
Gabaa urbis ad orientem occiſi ſunt Beniamitarum 18000. omnes robuſtiſſimi bellatores, Iudic.20.g
Gabaa Saulis nuncij Iabes rumore graui prouocant populum omnem ad fletum, 1.Reg.11.b
A Gabaa Palæſtini percutiuntur à Dauid uſq; ad Gezer, 2.Reg.5.d
Gabaa Beniamin extruitur per Aſa regem Iuda, 3.Reg.15.e
Gabaa locus cuius pater Sue filius Caleb, 1.Paralip.2.f
Gabaa firmatur ab Aſa rege Iuda, 2.Par.16.b
Gabaa & Rama afflictæ ab Aſſyrio, Iſa.10.g
Gabaath Saulis fugit Aſſyrium, Iſa.10.g
In Gabaa buccina clangite tuba in Rama, Oſee 5.c
In Gabaa non comprehendet eos prælium ſuper filios iniquitatis, Oſee 10.c
Gabaa & Rama uiri redeuntes 621. Eſd.2.b
Gabaa terrá inuaſa ab Holoferne, Iudith 3.d
Gabaath ciuitas tribus Beniamin, Ioſ.18.d

¶*Gabee.*

Gabee ciuitas tribus Beniamin, Ioſ.18.d
Gabea nomen loci, 3.Reg.5.b
Gabee habitatio Aaronitarum in Beniamin, 1.Par.6.e
Gabae ciuitas pro filijs Aaron habitatio, Ioſue 21.b
¶Gabbata Hebraice qui dicitur locus, Lithoſtratos, Ioan.19.c

¶*Gabaon.*

Gabaonitæ prætexunt mendacijs ſuis nomẽ domini dei, Ioſ.9.b
Gabaon principalis ciuitas Gabaonitarum, Ioſue 9.c
In Gabaon contriti ſunt reges Amorrhæorum in montibus, Ioſ.10.c

In Gabaon habitabat Heuçus, Ioſ.11.d
Gabaon ciuitas tribus Beniamin, Ioſ.18.d
Gabaon ciuitas pro filijs Aarõ habitatio, Ioſ.21.b
Gabaon piſcina ubi Abner & Ioab congrediuntur, 2.Reg.2.c
Gabaon erat excelſum maximum, ubi & dominus Salomoni apparuit per ſomnium, 3.Regum 3.a
Gabaon pater Iehiel, uxore Maacha Ieuites, 1.Paralip.9.f
In Gabaon erat tabernaculum domini, 1.Paralip.16.d
Gabaon locus erat tabernaculi & altaris Dauidis tempore, 1.Par.21.d
In Gabaon erat tabernaculum fœderis factum à Moyſe, & altare æneum factum à Beſeleel, 2.Par.1.a
Gabaon filij redeuntes 95. Nee.7.c
Gabaon uiri ædificant Ieruſalem, Nee.3.b
Gabaonitæ fideles callide petunt pacem cum Ioſue, Ioſ.9.a
Gabaonitæ fingunt ſe de remotis adueniſſe ex fignis confictis multis, Ioſ.9.a
Gabaonitas Ioſue cepit ad pacem interpoſito iuramento, Ioſ.9.c
Gabaonitarum ciuitates ſunt Gabaon, Caphira, Beroth, Cariathiarim, Ioſ.9.c
Gabaonitæ ſeruientur ut uiuant, ſed in uſus uniuerſæ multitudinis ligna cædant, & aquas comportent, Ioſ.9.c
Gabaonitæ ponuntur ſub maledictione, ut perpetuo ſeruiant Iſraelitis, Ioſ.9.d
Gabaonitæ timentes prouiderunt animabus ſuis, & ſeſe offerunt uoluntati Ioſue, Ioſue 9.d
Gabaonitæ liberati de manu filiorum Iſrael, ut nõ occiderentur, Ioſ.9.d
Gabaonitæ in miniſterio populi ligna cædentes & aquas portantes in loco quem dominus elegiſſet, Ioſ.9.d
Gabaonitæ transfugerunt ad Iſrael, ut eſſent fœderati eorum, Ioſ.10.a
Gabaon urbs magna erat, unaq; ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, Ioſ.10.a
Gabaonitæ bellatores omnes fortiſſimi, Ioſue 10.a
Gabaonitæ obſeſſi mittunt pro auxilio ad Ioſue, Ioſ.10.b
Gabaonitarum gratia fit dies longiſſima, Ioſue 10.c
Gabaonitæ parum hoſpitales, & impij, Iudicum 19.d
Gabaonitæ erant filij Iemini, Iud.19.d
Gabaonitæ filij Belial, ut alteri Sodomitæ, Iudicum 19.e
Gabaonitæ abutuntur concubina tota nocte, Iudicum 19.f
Gabaonitæ ex reliquijs Amorrhçorum, 2.Regum

gum 21.a
Gabaonitas Saul uoluit percutere zelo quasi pro filijs Israel & Iuda, 2.Reg.21.a
Gabaonitæ orantur ut benedicant hæreditati domini, & fames recedat, 2.Reg.21.a
Gabaonitæ ad uindictam exposcunt à Dauide Saul & domum eius, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel, 2.Reg.21.a
Gabaonitæ ad crucem petunt 7.uiros de filijs Saul, & à Dauid dantur, 2.Reg.21.b
¶Gabaoth filiorum Beniamin patria Idai, 2. Reg.23.d
¶Gabathon ciuitas Dan pro Caathitis habitatio, Ios.21.c
¶Gabelum egentem generis sui Tobias iuuit, argenti pondus sub chirographo dedit, Tob.1.c
Gabelus in Rages Medorum inuitatur ad nuptias, utq; chirographum reddat cum debito monetur, Tob.9.a
¶Gaber filius Vri, Galaad præses Salomonis, 3. Reg.4.b

¶*Gabriel.*

Gabriel fac intelligere istam uisionem, Dan.8.e
Gabriel uir cito uolans tetigit me in tempore sacrificij uespertini, Dan.9.e
Gabriel sum, qui asto ante deum, missus loqui ad te, & hæc Euangelizare tibi, Luc.1.b
Gabriel angelus mense sexto missus est à deo in ciuitatem Galilææ, Luc.1.c

¶*Gad.*

Gad Zelphæ filius ancillæ Liæ, Gen.30.a
Gad filij Sephon, Aggi, Esebon, Suni, Heri, Arodi, Areli, Gen.46.b
Gad accinctus præliabitur ante ipsum, & ipse accingetur retrorsum, Gen.49.c
Gad tribus princeps Eliasaph, filius Duel, Numeri 1.b
Gad castra habet cum Ruben 45650. Num.2.b
Gaditarum summa 45650. Num.1.c
Gaditarum numerus sub Eleazar 40500. Numeri 26.b
Gad benedictus in latitudine, quasi leo requieuit, cepitq; brachium & uerticem, Deut.33.c
Gad uidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias domini & iudicium in Israel, Deut.33.c
Gad Ruben & dimidia Manassis possessiones suas acceperant à Moyse trans Iordanem, Iosue 18.b
Gad propheta Dauidem hortatur regredi in terram Iuda, 1.Reg.22.a
Gad propheta ad Dauid mittitur, ut eligat ex tribus unum malum pœnæ, 2.Reg.24.b
Gad iubet Dauidem extruere aram in area Arevna Iebusæi domino mandante, 2.Reg.24.c
Gad familiæ numeratæ in diebus regis Iudæ Ioa-

tham, 1.Par.5.c
Gad è regione Rubenitarum habitauerunt in terra Basan usq; Selcha, 1.Par.5.b
Gad uidens iubetur Dauidi proponere trium grauium malorum optionem, 1.Par.21.a
Gad porta Ierusalem una ad mare, Ezechielis 48.d
Gad à plaga orientali ad mare, Eze.48.d
Gad uidens & propheta scripsit in uolumine gesta Dauidis fortia, & regni tempora tam Dauidis quàm regnorum cunctorum terræ, 1.Paralip.29.g
¶A Gadgad ueniunt in Ietebatha, Num.33.d
Ad Gadgad uenerunt à Mosera, Deut.10.b
¶Gaddahel filij, 3.Esd.5.c
¶Gaddel filij Nathinçi redeunt, Esd.2.c. Neemiæ 7.e
¶Gaddi filius Susi explorator de tribu Manasse, Num.13.b
Gaddi patria Bani fortium unius, 2.Reg.23.d
¶Gaderoth capta à Palæstinis, 2.Par.28.c
¶Gaddis cognomen Ioannis, filij Mathathiæ, 1. Mach.2.a
¶Gader rex occisus à Iosue, Ios.12.d
¶Gaham filius Nachar ex Roma, Gen.22.d
¶Gaher filij Nathinæi redeunt, Esd.2.c. Neemiæ 7.e

¶*Galaad.*

¶Galaad montem petit Iacob cum suis, quem illuc assequitur & persequitur Laban, Genesis 31.c
In Galaad tentorium Iacob & Laban extendunt, Gen.31.d
E Galaad portantur resina & stacten, Gen.37.e
Galaaditarum familia à Galaad filio Manasse, Num.26.d
Galaad regio apta alendis animalibus, Num. 32.a
Galaad in urbibus Rubenitæ reponunt paruulos, & mulieres, & pecora, donec obtineatur Chanaan, Num.32.e
Galaad cum urbibus, Rubenitis & Gaditis promittitur, si promissa seruent, Num.32.f
Galaad uastauerunt Machiritæ de tribu Manasse, occiso Amorrhæo, Num.32.g
Galaad ciuitas regni Og, Deut.3.b
Galaad montis pars media, pertinet ad Manassen, alia medietas tribui Gad & Ruben, Deutero.3.b
De Galaad terra dedi Ruben & Gad usque ad torrentem Arnon, & ad confinium Ieboc, & planiciē solitudinis usque ad Iordanem, Deutero.3.c
Galaad dimidia pars regni Og fuit, Ios.12.b
Galaad ciuitates omnes de tribu Gad, Iosue 13.c
Galaad dimidia pars de tribu Manasse, Iosue 13.d
Galaad uir pugnator, cuius possessio Galaad &

Basan, Iosue 17. a
Galaad in terra sunt Auoth Iair, id est oppida, Iudicum 10.a
Galaaditæ non accurrerunt ad bellum Israeliticum, Iud.5.b
Galaad monte recesserunt 22000. pugnatorum à Gedeone, Iud.7.a
Galaad principes promittunt principatum incipienti pugnare contra Ammonitas, Iud. 10. d
Galaad filij eiecerunt Iephte fratrem suum ex meretrice natum, Iud.11.a
Galaaditæ occuparunt uada Iordanis, ne posset transire Ephraim, Iud. 12.b
Galaaditæ uiri percusserunt Ephraim, Iud. 12. b
Galaad capta à Theglath phalasar rege Assyriorum, 4. Reg.15.f
Galaad pater Iara filius Michael de Gad, 1. Paralip.5.b
Galaad filius Machir filij Manasse, 1.Par.7.d
In Galaad nunquid non est resina, aut medicus ibi non est? Ier.8.g
Galaad tu mihi caput libani, Ier.22.b
Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine, Osee 6.c
Galaad si idolum, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes, Osee 12.c
Galaad terminus terræ Israel, Eze.47.d
Galaad meus est, meus est Manasses, &c. Psalm. 60.7.108.8.
Galaaditæ sepeliunt Saul & filios ipsius, 1.Paralip. 10.d
¶Galalai ex fratribus Asaph, Num. 12.c
¶Galal leuita, 1. Par.9.c.Nee.11.c
Galal pater Semeiæ, filius Idithun, 1.Par.9.c

¶*Galatia.*

Galatiam Romani tributariam fecerunt, 1.Machab.8.a
Galatiã & Phrygiam Paulus cum Timotheo pertransijt, Acto.16.a
A Galatia in Mysiam transijt Paulus, Act. 16.b
Galatiæ in ecclesijs ordinatæ sunt collectæ in sanctos, 1.Cor.16.a
Galatæ adducti in aliud Euangelium, quod non est aliud, Gal. 1.b
Galatæ cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi, Gal.1.b
Galatæ à quibusdam conturbati, Gal.1.b
Galatæ insensati fascinati ad non obediendum ueritati, Gal. 3.a
Galatarum ante oculos Iesus Christus proscriptus est, & in eis crucifixus, Gal. 3.a
Galatæ estote sicut ego, quia & ego sicut uos, Galat. 4.b
Galatarum prælium factum in Babylonia, 2.Machab.8.c
Galatæ magna passi sine causa, si tamen sine causa, Gal.3.a
Galatæ cum cognoueritis deum, imò cogniti à deo, nunc conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis, Gal.4.b
Galatæ ut angelum dei & Christum Iesum, acceperunt Paulum, Gal. 4.b
Galatis epistola missa fuit è Roma, Gal.6.d

¶*Galea.*

Galea salutis in capite eius, iustitia indutus est ut lorica, Isa. 59.d
Galeam salutis assumite, Eph. 6.c
Galeam spem salutis induti, 1.Thess.5.b

¶*Galgal.*

Galgalis locus primæ castrorum locationis, contra orientalem plagam urbis Iericho, Ios. 4.d
Galgala dictus est locus, ubi secundo sunt circumcisi omnes Israelitæ, Ios. 5. c
Galgalis fecerunt phase, 14. die mensis, ad uesperum in campestribus Iericho, Ios. 5.c
In Galgal omnes nequitiæ eorum, ibi exosos eos habui, Osee 9.c
Galgala reuersus Iosue post reges prostratos, extrema Chananæorum, Ios.10.g
Galgala respicit limes Iuda ad Aquilonem, Iosue 15. b
Galgala est ex aduerso ascensionis Adommim, Ios. 15.b
Galgalis erant idola, Iud.3.c
In Galgala clamauit omnis populus post Saul, 1. Reg. 13.a
Galgala nolite ingredi, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iurauèritis, Viuit dominus, Osee 4.d
Ad Galgalam uenite, multiplicate præuaricationem, offerte mane uictimas uestras, tribus diebus decimas uestras, Amos 4.a
Galgalã nolite intrare, quia Galgala captiua ducetur, Amos 5. b
Galgal domus cantorum, Nee.12.b
Galgalam transeunt castra Demetrij, 1. Machabæo. 9.a

¶*Galilæa.*

Galilæa omnis contra Israelem armatur. 1.Machab.5. b
Galilæis imperare uult Nabuchod. Iudith 1.d
Galilæa capta à Theglath phalasar rege Assiur, 4. Reg.15.f
Galilææ in partes Ioseph secessit cum puero & matre, propter timorem Archelai, Mat.2.d
Galilæam Iesus secessit cum audisset quod Ioannes traditus esset, Mat.4.b
Galilæam totam circuibat docens Iesus in synagogis, prædicans Euangelium regni, Mat.4.d
De Galilæa multi sequuti sunt Christum, Matthæi 4.d
Galilææ mare Christus accessit, Mat. 15.c
A Galilæa Christus migrauit in Iudæã trans Iordanem, sequentibus turbis quas curabat, Matthæi 19. a
In Galilæam præcedam uos postquam resurrexero,

xero, Matthæi 26. c
Galilæam ut fratres adeant, nunciate ubi me uidebunt, Matth. 28. c
Galilææ mare præteriens, uidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, erãt enim piſcatores, Marc. 1. b
Galilææ omnem regionem proceſſit rumor Chriſti, Marc. 1. c
Galilæam prætergrediebantur, nolebat quenquã ſcire, Marc. 9. e
In Galilæam præcedam uos poſtquam reſurrexero, Marc. 14. c
Galilææ in ciuitatem Nazareth miſſus eſt Gabriel angelus à deo, menſe ſexto, Luc. 1. c
A Galilæa in Iudæam aſcendit Ioſeph, Luc. 2. a
In Galilæam reuerſi ſunt, ut omnia perfecerunt ſecundum legem, Luc. 2. f
Galilæam regreſſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus, Luc. 4. c
Galilæi qui talia paſſi ſunt non fuerunt peccatores præ omnibus Galilæis, Luc. 13. a
A Galilæa uſq; huc per uniuerſam Iudæam docens commouet populum, Luc. 23. a
Galilææ audiens Pilatus, interrogauit ſi Galilæus eſſet, Luc. 23. a
Galilæam abijt Ieſus relicta Iudæa, Ioan. 4. a
Galilæi exceperunt Ieſum cum omnia uidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto, Ioan. 4. f
Galilæam abijt Chriſtus dimiſſa Samaria, Ibidẽ.
Galilææ mare tranſijt quod eſt Tiberiadis, Ioannis 6. a
Galilæam ambulabat Ieſus, quia quærebant in Iudæa eum Iudæi interficere, Ioan. 7. a
Galilæus nunquid & tu es Nicodeme? Ioan. 7. g
A Galilæa uide, quia propheta non ſurgit, Ioannis 7. g
Galilæi ſunt omnes iſti qui loquuntur, & quomodo nos audiuimus unuſquiſq; linguam noſtrã, in qua nati ſumus? Act. 2. b
A Galilæa cum Chriſto in Ieruſalem aſcendentibus uiſus eſt Chriſtus, reſuſcitatus à mortuis à deo, Act. 13. e
¶De Gallim erat Phalti filius Lais, maritus datus Michol, filiæ Saul, 1. Reg. 25. g
Gallim filia Hinni uoce tua, Iſa. 10. g
¶Gallion iudicem ſe dicit iniqui aut peſſimi facinoris, non de quæſtionibus legis, Act. 18. d
Gallion proconſul Achaiæ, Act. 18. d

¶*Gallus.*

Gallus ſuccinctus lumbos ſuos, & aries, nec eſt rex qui ei reſiſtat, Prou. 30. d
Gallus antequam in hac nocte cantet, ter me negabis, Matth. 26. c
Gallus ſtatim cantauit ut Petrus negauit, Ioannis 18. d
Gallus priuſquã cantet bis, ter me negabis, Marci 14. g
Gallus non cantabit hodie, donec ter abneges

noſſe me, Luc. 22. d
Gallo intelligentiam quis dedit? Iob 38. d
Gallus adhuc Petro loquente cantauit, Luc. 22. f
Gallus non cantabit, donec ter me neges, Ioannis 13. d
¶Gallinæ inſtar uolui congregare filios tuos ô Ieruſalem, ut pullos ſub alas, & noluiſti, Matthæi 23. d
Vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas, ſic uos ego collegi ingratos, 4. Eſd. 1. c
¶Gaulon in Baſan urbs refugij in Manaſſe, 1. Para. 6. g

¶*Gamaliel.*

Gamaliel filius Phadaſſur princeps tribus Manaſſe, Num. 1. a
Gamaliel filius Phadaſſur dux Manaſſe 8. die obtulit ad altaris conſecrationem, Num. 7. e
Gamaliel phariſæus ſurgit in concilio, iubet apoſtolos foras ad breue fieri, Act. 5. f
Gamaliel legis doctor honorabilis uniuerſæ plebi, Act. 5. f
¶Gamarias filius Helchiæ nuncius ad Babylonem, Ierem. 29. a
Gamarias filius Saphan ſcribæ, Ierem. 36. c
¶Gamul uicesimæ ſecundæ uicis ſacerdotium, 1. Para. 24. c
¶Gamzo cum uiculis capta à Palæſtinis, 2. Paralipom. 28. c
¶Gaſeba filij, 3. Eſd. 5. c
¶Gaſpha filij, 3. Eſd. 5. c
Gaſpha habitatio Nathinæorum, Neem. 11. c
¶Gatham filius Eliphas, Gen. 36. b 1. Para. 1. c

¶*Gareb.*

Gareb Iethrites fortium unus Dauid, 2. Re. 23. d
Gareb Iethræus uir fortis, 1. Par. 11. g
Gareb collis includetur intra Ieruſalem, Ier. 31. g

¶*Garizim.*

Garizim mons pro benedictionibus iuxta Galgalam, Deut. 11. d
Garizim in monte ſtabunt ad benedicendum Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Ioſeph, Beniamin, Deut. 37. b
Garizim in monte, media pars populi ſtabat, Ioſue 8. g
Garizim in monte loquitur Ioatham Sichimitis, Iudic. 9. b
Garizim templum nominatur, Iouis hoſpitalis, 2. Mach. 6. a

¶*Gaudere.*

Gaudet deus benefacere fidelibus, Deut. 30. b
Gaudio deo ſeruiendum, Deut. 28. e
Gaudium & lætitia occidere uitulos, iugulare arietes, comedere carnes, bibere uinum, cum dominus ad fletum uocauerit & ad planctum, &c. Iſa. 22. c
Gaudium ceſſauit tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ, quia lex ius & fœdus non ſeruata, Iſa. 24. b

Gaudium et lætitia inuenietur in Sion, gratiarum actio & uox laudis, Isa.51.b
Gaudens gaudebo in domino, et exultabit anima mea in deo meo, Isa.61.d
Gaudium cordis nostri defecit, uersus est in luctum chorus noster, Thr.5.c
Gaudium hypocritæ ad instar puncti, Iob 20.a
Gaudendum non est ad ruinam inimici, si illum inuenisset mali aliquid, Iob 31.c
Gaudio repletum est os nostrum, lingua nostra exultatione, Psal.126.2.
Gaudij extrema luctus occupat, Prou.14.b
Gaudens in ruina alterius, non erit impunitus, Prou.17.a
Gaudens animus ætatẽ floridam facit, Prou.17.d
Gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem, Prou.21.c
Gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Eccl'es 2.a
Gaudens iniquitate deuorabitur, Eccl'ci 19.a
Gaudium nullum maius quàm oblectamentum cordis, Eccl'ci 30.c
Gaudium tibi sit semper, salutatio angelica, Tobiæ 5.b
Gaudium quale mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo, Tob.5.b
Gaudium futurum est super eos, quibus persuasa est salus, 4.Esd.7.d
Gaudere cum gaudentibus, Rom.12.c
Gaudium magnum euangelizo uobis, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid, Luc.2.b
Gaudere nolite in hoc, quia spiritus uobis subijciuntur, Luc.10.d
Gaudete quòd nomina uestra scripta sunt in cœlis, Luc.10.d
Gaudium domini est fortitudo uestra, Nee.8.c
Gaudium mulierꝫ ex Christi resurrectione, Matthæi 28.b
Gaudium cordis prorogat uitam, Eccl'ci 30.d
Gaudium in cœlo pro uno peccatore pœnitentiã agente magis quàm super 99.iustis, qui non indigent pœnitentia, Luc.15.b Matth.18.b
Gaudium meum impletum est, ait Ioannes, Ioannis 3.d
Gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrꝫ impleatur, Ioan.15.b
Gaudebit cor uestrum cum iterum uidebo uos, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis, Ioannis 16.c
Gaudebant apostoli, quia digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati, Act.5.g
Gaudendum cum gaudentibus, 1.Cor.7.e
Gaudendum semper in domino ex fide & spe, Rom.12.c Philip.3.a 1.Thes.5.c
Gaudet Paulus in afflictionibus, Col.4.d
Qui gaudent tanquam nõ gaudentes, 1.Cor.7.e
Gaudium à spiritu sancto proficiscitur, Ro.14.c Galat.5.d

Gaudentes erunt tanq̃ non gaudentes, 1.Co.7.e
Gaudere oportuerat Paulum in Corinthijs tanq̃ in suis discipulis, in Christo, 2.Cor.2.a
Gaudium meum omnium uestrum est, deo fidẽs in omnibus uobis, 2.Cor.2.a
Gaudeo quod in omnibus confido in uobis, 2.Cor.7.d
Gaudij abundantia est in multo experimento tribulationis, 2.Cor.8.a
Gaudete fratres, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & deus pacis erit uobiscum, 2.Cor.13.d
Gaudete semper in domino, iterum dico gaudete, Philip.4.a
Gaudete in domino fratres, Philip.3.a
Gaudete semper, 1.Thes.5.c
Gaudium omne existimate fratres, cum in tentationes uarias incideritis, Iaco.1.a
Gaudium uestrum conuertatur in mœrorem, Iacobi 4.b
¶Gaulon in Basan ciuitas Manassis pro Gaulonitis, Ios.21.c
Gaulon urbs refugij in Basan, de tribu Manasse, Ios.20.c

¶*Gaza.*

Gaza terminus Chananæorum, Gen.10.c
Gazam usque Cades Barnea Iosue cepit omnia, Ios.10.g
Gaza retinuit suos Enacim, Ios.11.d
Gaza cum uicis in tribu Iuda, Ios.15.f
Gazam cepit Iudas in suis finibus, Iudic.1.d
Gazam abijt Samson, & ad mulierem meretricem ingressus est, Iudic.16.a
Gazæ portas sublatas Samson defert in montem, Iudic.16.a
Gaza urbs Palæstinæ anum obtulit aureum, 1.Reg.6.d
Gaza terminus regni Salomonis, 3.Reg.4.c
Super Gazan caluitium uenit, conticuit Ascalon, & reliquiæ uallis earum, Ierem.47.c
Gaza destructa erit, Soph.2.a
Gazæ sceleribus tribus & quarto minatur deus, quia transtulerint captiuitatẽ perfectam, ut conduderent eam in Idumæa, Amos 1.b
Gazæ in murum ignem immittam, & deuorabit ædes, Amos 1.b
Gazæi reguli Philisthinorum, Ios.13.a
Gaza dolebit nimis propter Tyrum deletã, Zachariæ 9.a
Gazam filij Nathinæi redeunt, Esd.2.c Nee.7.e Gezem.
Gazæ filij, 3.Esd.5.c
Gazam expugnauit Ionathas, 1.Mach.11.f

¶*Gazophylacium.*

Gazophylacium aspiciens uidebat turbã iactantẽ æs, & multi diuites multa iactabãt, Mar.12.d
Gazophylacium immittentes munera Iesus respiciebat ex abundanti, Luc.21.a

Gazophylacium ſtatuit à Ioiada ad excipiendum pecuniam, pro templi reſtauratione, 4.Re.12.b
Gazophylacium dum impleretur à quibus euacuari mandatum à Ioiada, &c. 4.Reg.12.b
Gazophylacium filiorum Hanan, filij Iegedeliæ hominis dei, erat iuxta gazophylacium principum, Ierem.35.a
¶Gazabar pater Mithridatis theſaurarius, Eſdræ 1.d

¶*Gazara.*

Gazaram fugit exercitus Nicanoris occiſi, 1.Machabæorum 7.g
Gazara munitur contra Machabæos, 1.Mach.9.e
Gazara q̃modo capitur à Machabæo, 2.Ma.10.f
Gazaræ dominatur Simon, 1.Mach.14.b
Gazara in finibus Azoti, 1.Mach.14.e
Gazara reperitur ab Antiocho, 1.Mach.15.e
Gazarenorum regionem ueniunt trans fretum, Marc.5.a

¶*Gazer.*

Gazer rex Horam auxilium fert Lachis, Ioſ.10.f
Gazer rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12.d
Gazer limes tribus Ephraim, Ioſ.16.b
A Gazer ad mare magnum ad occaſum limes tribus Ephraim, Ioſ.16.b
Gazer in urbe Ephraim pmanſerunt Chananæi cum Iſraelitis, Ioſ.16.d
Gazer Chananæum non deleuit Ephraim, ſed cum eo habitauit, Iudic.1.f
Gazer ciuitas pro Chaathitis habitatio, Ioſ.21.c
Gazer ædificauit rex Salomon, 3.Reg.9.c
Gazer capta à rege Aegypti, & ſuccenſa, occiſo Chananæo data eſt in dotem filiæ ſuæ uxori Salomonis, 3.Reg.9.c
Gazer urbs refugij Leuitis data, 1.Par.6.f
Gazer urbs Ephraim cum filiabus, 1.Par.7.f
In Gazer bellum initum à Dauid contra Philiſthæos humiliatos, 1.Par.20.c
Gazer ciuitatem percuſſit Iudas, 1.Mach.5.a
¶Geba habitatio Beniamitarum poſt reditum, Neem.11.d
Geba regio ubi cantores, Neem.12.b
¶Gebbai Beniamita in Ieruſalem, Neem.11.b
¶Gebal hoſtes Iſraelis, Pſal.83.7.
Gebal mons pro maledictionibus iuxta Galgalam, Deut.11.d
¶Gebbar filij redeuntes 95. Eſd.2.b Neem.7. Gabaon.
¶Gebbethon ciuitas in tribu Dan, Ioſ.19.d
Gebbethon urbs Philiſthinorum, 3.Reg.15.f
¶Geddel filij ex ſeruis Salomonis redeunt, Eſd.2.c Neem.7.e Ieddel.
¶Gedlethi filius Heman in muſicis, 1.Par.25.b
¶Geddelthi cantorum uicesimus ſecundus cum filijs & fratribus 12. 1.Par.25.d
¶Geddiel filius Sodi explorator de Zabulon, Numeri 13.b

¶*Gedeon.*

Gedeon pater Abidan principis tribus Bẽiamin, Num.1.b

Gedeon uade in hoc fortitudine tua, liberabis Iſrael de manu Madian, Iudic.6.c
Gedeonis familia infima in Manaſſe, & ipſe minimus in domo patris ſui, Iudic.6.c
Gedeon petit ſignum promiſſi implendi, Iud.6.c
Gedeon ſacrificium affert ut angelo offerat, Iudicum 6.c
Gedeonis ſacrificium intelligitur cœna uel prandium, Iud.6.c
Gedeon altare ædificat & uocat illud, pax domini, Iud.6.e
Gedeon filius Ioas frumenta parat ut fugiat Madian, Iudic.6.b
Gedeon iubetur euertere aram Baal, & extruere altare deo, Iud.6.e
Gedeon filius Ioas accuſatur de ſacrilegio, Iudicum 6.f
Gedeon petitur ad mortem ob deletam idololatriam, Iudic.6.f
Gedeon uocatus eſt Ierobaal, quia dixit: Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui ſuffodit aram eius, Iud.6.f
Gedeon propter uerbum domini non dubitat periclitari de uita, Iud.6.f
Gedeon timens patrẽ & uiros, nocte pficit quod die non auder, Iud.6.f
Gedeonẽ ſequitur domus Abiezer, & tribus Manaſſe, Aſer, Zabulon, & Nephthali, Iud.6.g
Gedeon induitur ſpiritu domini ad hoſtes impugnandum, Iud.6.g
Gedeonis fides roboratur ex audito ſomnio in caſtris Madianitarum, Iud.7.c
Gedeon cum trecentis uiris procedit contra Madianitas, Iudic.7.c
Gedeon noctu in caſtra deſcendere ſolus iubetur, Iudic.7.c
Gedeon pro ſe interpretatur ſomnium de ſubcinericio pane, Iud.7.d
Gedeonis gladius contra caſtra Madian armatus feliciter, & uincens, Iud.7.d
Gedeonis exercitus in tres diuiſus, uincunt tubis, lagenis uacuis, & lampadibus, Iud.7.e
Gedeon quod facere uidetur, uult à militibus fieri, Iud.7.e
Gedeõ cum 300. uiris ad Iordanẽ quieſcit, Iud.8.a
Gedeon mitigat furorem Ephraim, manſueto ſermone, Iud.8.a
Gedeon perſequitur Zebee & Salmona, Iud.8.b
Gedeonis fratres occiſi in Tabor filij matris ſuæ, Iudic.8.d
Gedeonis primogenitus Iether, Iudic.8.d
Gedeon uiros Socoth et Phanuel occidit, Iud.8.d
Gedeon interfecit Zebee & Salmana, Iud.8.d
Gedeoni Iſraelitæ dicunt, Dominare noſtri tu, & filius tuus & filius filij tui, quia liberaſti nos de manu Madian, Iud.8.e
Gedeon non uult dominari Iſraelitis, ſed dominum deum, Iud.8.e
Gedeon inaures aureas petit de rapina, Iud.8.e

Gedeoni & domui eius in ruinã fit Ephod quod confecerat, Iudic.8. f
Gedeonis ſeptuaginta filij occiſi ſuper uno lapide ab Abimelech filio, Iudic.9. c
Gedeon præfuit Iſraeli 40.annis, Iudic.8.f
Gedeon habuit ſeptuaginta filios & plures uxores, Iudic.8. f
Gedeon ex concubina genuit in Sichem filium Abimelech, Iudic.8. f
Gedeon moritur in ſenectute bona, ſepultus in Ephra,apud patrem Ioas, Iudic.8. g
Gedeone mortuo fornicatur Iſrael poſt Baal, Iudicum 8. g
Gedeon Ephod fecit ex præda, Madianitarum, Iudic. 8. f
Gedeonis domui reddita ingens ingratitudo à Sichimitis,non erit impunita, Iudic.9.c
Gedeõ pater Iamnor,filius Raphaim, Iudith.8.a
¶Gedelias filius Phaſſur, Iere.38.a
¶Gedera ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ. 15. e
¶Gederothaim ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſue 15. e
¶Geddias alienam duxit, 3.Eſd.9. c

¶*Gedor.*

Gedor pater Iared, 1.Para.4.c
Gedor filius Abigabaon, 1.Para.8. c
Gedor ciuitas Iuda in montanis, Ioſ.15.g
¶Geddu filij, 3.Eſd.5. c
¶Gehon fluuius paradiſi in Aethiopia, Gen.2.b
Gehon in die uindemiæ aquis impletur, Eccleſiaſtici 24. c
¶Gehinnom uallis ubi Tophet, ignis Moloch, quò transferuntur filij & filiæ idololatrarum, 4.Reg.23.c

¶*Gehenna.*

Gehennam immittitur totum corpus ob unius membri ſcandalizati peccatum, Matth.5. d
Gehennæ ignis reus erit, qui dixerit fratri, Fatue, Matth.5.c
Gehenna potens perdere animam & corpus, is timendus potius quàm qui ſolum corpus, Matthæi 10. c
Gehennç filium duplo facitis, pſelytum ueſtrum, Matth.23.b
Gehennç iudicium quomodo fugietis? Mat.23.d
Gehenna ignis eſt inextinguibilis,ubi uermis eorum non morietur, & ignis non extinguitur, Marc.9.f. g

¶*Gelboe.*

Gelboe mõtibus occiſus Saul cum filijs, 1.R.31.c
Gelboe montes necros nec pluuia ueniant ſuper uos,neq; ſint agri primitiæ, quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, 2.Reg.1. d
Ad Gelboe contrahitur exercitus Saul, 1.Re.28.a
Gelboe montibus occumbit Saul cum filijs à Philiſtiæis, 1.Par.10. a
¶Gelonites Achitophel, & Eliam filius, 2.Regum 23. d

¶*Gelu.*

Gelu concreſcit flante deo, rurſum latiſſime funduntur aquæ, Iob 37. b
Gelu de cœlo quis genuit? Iob 38. c
Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram, & dum gelauerit fiet tanquam acumina tribuli, Eccleſiaſtici 43.c
¶Gemalli pater Ammiel exploratoris, de tribu Dan, Num.13.b

¶*Gemma.*

Gemmas in fronte pendẽtes fœminis auferet dominus, & reliqua ornamenta, Iſa.3.d
Gemmæ operimẽtum regum,Sardius, Topazius, Iaſpis, Chryſolithus, Onyx, Beryllus, Sapphirus, Carbunculus, Smaragdus, &c̃, Ezech.28.c
Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis,quocunq; ſe uertet prudenter intelligit, Prou.17.b
Gemmarum multitudo & aurum eſt, uas autem pretioſum labia ſcientiæ, Prou.20.c
¶Gemini in utero Rebeccæ reperti, Gen.25. c
Geminos Thamar parit ex uno conceptu, Geneſis 38.g

¶*Gemitus.*

Gemitum oppreſſorum exaudiuit dominus, Exodi 2.d
Gemitum filiorum Iſrael ego audiui, quo opprimuntur, & recordatus ſum pacti mei, Exo.6.a
Gemitus mei multi,& cor meum mœrens, Threnorum 1.g
Gemiſcere iubetur Ezechiel in contritione lumborum, & in amaritudinibus pro deſtructione Ieruſalem, Ezech.21. a
Gemitus compeditorũ introeat in conſpectu tuo, Pſal.79. 11.
Gemitus piorum pro hæreditate promiſſa, Romanorum 8. d

¶*Genæ.*

Genas meas dedi uellentibus, Iſa.50.b
Genæ tuæ pulchræ ſunt ſicut turturis, collum tuum ſicut monilia, Cant.1. c
Genæ tuæ ſicut fragmen mali Punici, abſque eo quod intrinſecus latet, Cant.4. a
Genæ dilecti mei,ſicut areolæ aromatum,conſitæ à pigmentarijs, Cant.5.c
Genæ tuæ amica ſicut cortex mali Punici, abſque occultis tuis, Cant.6.b

¶*Generatio.*

Generationes cœli & terræ, Gen.2.a
Generandi uim dedit deus terræ,arboribus,mari, piſcibus & auibus, &c̃. Gen.1.b.c. d
Generationes Noẽ, Gene.10.a
Generatione quarta Iſraelitæ de Aegypto eximi, Gene.15.c
Generatio mea ablata eſt, & conuoluta à me, quaſi tabernaculum paſtorum, Iſa.38.c
Generationem Chriſti quis enarrabit? Iſa.53.c
Generatio ueſtra, uidete uerbum dñi, Iere.2.g
Generationem priſtinam interroga diligenter, inueſtiga patrum memoriam, Iob 8.b

Generatio præterit, generatio aduenit, terra autẽ in æternum ſtat, Eccl'es 1.a
Generatio impia quæ patri ſuo maledicit, & matri ſuæ non benedicit, Prou.30.b
Generatio impia quæ ſibi munda uidetur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis, Prou.30.b
Generatio cuius excelſi ſunt oculi, palpebræ eius in alta ſurrectæ, Prou.30.b
Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, Prou.30.b
Generatio praua exaſperans, quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum deo ſpiritus eius, Pſal.78.8.
Generatio & generatio laudabit opera tua, potentiam tuam pronunciabunt, Pſal.145.4.
Generatio carnis & ſanguinis ſic eſt, ut alia generentur, alia deijciantur, alia finitur, alia naſcitur, Eccl'ci 14. c
Generatio caſta cum claritate ô quàm pulchra eſt, immortalis eſt enĩ illius memoria, apud deum enim nota eſt, & apud homines, Sap.4.a
Generatio ſanctorum filiorum cum præſens eſt, imitantur illam, & deſiderant eam, cum ſeſe eduxerit, in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium uincens, Sap.4.a
Generatio multigena impiorum non erit utilis, et adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt, Ibi.
Generationes impiorum, ſi in tempore germinauerint, infirmiter poſita, à uentorum nimietate eradicabuntur, Sap.4. b
Generatio impiorum filiorum uelut rami inconſummati confringentur, & fructus illorum inutiles, & ad manducandum acerbi, ad nihilum apti, Sap.4. b
Generationes omnes ab Abraham uſq; ad Dauid generationes quatuordecim, Matth.1.c
Generationes à Dauid ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, Matt.1.c
Generationes à tranſmigratione Babylonis uſq; ad Chriſtum quatuordecim, Matth.1. c
Generatiõi Iudaicę peſſimę q̃modo fiet, Mat.12.d
Generatio iſta comparatur pueris in foro ſedentibus, & coæqualibus ſuis clamãtibus, &c̃. Matthæi 11. b
Generatio hæc non præteribit donec hæc omnia fiant, Matth.24.c Luc.21.f Marc.13.d
Generatio hæc, generatio nequam eſt, Luc.11.d
Generationem eius quis enarrabit? Act.8.f
Generatio dei cõſeruat eum qui natus eſt ex deo, & malignus non tangit eum, 1.Ioan.5.d

¶*Gens.*

Gens magna Abraæ promittitur, Gene.12. a
Gentem affligentem filios Abraæ dominus iudicabit, Gene.15.c
Gentium multitudinis pater eſt Abrahã, Ge.17.a

Gentem ignorantem & iuſtam deus non interficit, Gene.20.a
Gens magna Iſmaelitarum, Gen.17. c
Gentes omnes benedicentur in ſemine Abrahæ, Gene.22.d
Gentium opera deus prohibet imitari, Leu. 18. d
Gentium ſcelera uiſitabo, quas terra euomet, Leuitici 18.d
Gentes fecerunt abominationes magnas & multas, Leuit.18.d
In gentium legitimis ambulare nolite, Leui.20.d
Gentium terram poſſidete in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle, Leuit.20.d
Gentes delendæ à facie Iſraelis per dominum, ſeptem numerantur, Deut.7. a
Gens alia non eſt tam inclyta, ut habeat ceremonias, iuſtaq; iudicia, & uniuerſam legem, quam ego proponam hodie uobis, Deut.4. b
Gentes maximas & fortiores te deleuit dominus in introitu tuo, ut te introduceret in poſſeſſionẽ Deut.4. f
Gentes conſumet deus paulatim, atq; per partes, non pariter, Deut.7.e
Gentes deletæ ſunt non propter Iſraelis iuſtitiam, ſed propter ipſarum impietatem, & ꝓmiſſa dei patribus facta, Deut.9.a
Gentium inſtar peribitis quos delebit deus, ſi illorum impietatem & idololatriam fueritis æmulati, Deut.8.d
Gentes cunctas deus creauit in laudem nomen et gloriam ſuam, Deut.26. d
Gentium Galgal rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12.d
Gens abſq; conſilio eſt & ſine prudẽtia, &c̃. Deuteronom.32. d
Gentium abominationes et ſordes, idola, lignum, lapidem, argentum & aurum colentium, Deuteronom.29.b
Gẽtium dijs nemo ſeruiat Iſraelitarum, Deu.29.c
Gentes quondam diuidebat altiſſimus, & ſeparabat filios Adam, Deut.32.b
Gentes uitandæ docentur à fidelibus, Ioſ.23.b
Gentes multæ & magnæ auferentur, & non reſiſtent fidelibus, Ioſ.23.b
Gentes ſeptem Chananaicæ, traditæ in manus Iſraelitarum, Ioſ.24.c
Gentes ideo non deletæ, quia Iſrael pactum domini non ſeruarunt, Iudic.2. d
Gentes dimiſſæ à deo, ut in ipſis experiretur Iſrael, ſi audiret mandata eius, Iud.3. a
Gentes totius terræ diſcent timere nomen domini dei Iſrael, & orare ad tẽplum ſanctum eius, 3.Reg.8.e 2.Par.6. f
Gentium uocatio ad eccleſiam fidelium Chriſti, Iſa.2.a
Gentes iudicabit Chriſtus, uerbum dei, lex euangelica, & arguet populos multos, Iſa.2. a
Gentes conuerſæ ad domini uerbum conflabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in fal-

ces, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium, Isa.2.a

Gentem multiplicasti non magnificasti lætitiam, Isa.9.a

Gentes deprecabuntur radicem Iesse, qui stat in signum populorum, Isa.11.c

Gentes oēs quasi nō sint, sic sunt corā deo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei, Isa.40.d

Gentes omnes quasi stillæ situlæ sunt, & momentum stateræ reputatæ, Isa.40.d

Gentes in conspectu iusti dabit deus & reges obtinebit, Isa.41.a (41.a

Gētes dabit quasi puluerē gladio iusti deus, Isa.

Gētes ut stipulā uento raptā dabit arcui iusti, Ibi.

Gentes omnes simul congregatæ sunt, & tribus collectæ sunt, quis in uobis annunciet istud? & quæ prima sunt audire nos faciet, Isa.43.a

Gentium omnis terræ deus uocabitur, dominus deus exercituum redēptor tuus sanctus Israel, Isa.54.c

Gentes ab ortu solis sciant, & qui ab occidēte quoniam absq; me nō est deus, ego dominus, & nō est alter, formans lucem, creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, ego dominus faciens omnia hæc, Isa.45.a

Gentes omnes dominum deum Israel agnoscent, adorabunt, reuerebunt, genua curuabunt, & lingua sua in eo iurabunt, Isa.45.d

Gentes annunciate & uenite, consiliamini simul, quis auditum fecit hoc ab initio? ex tunc prædixit illud? nunquid non ego dominus, & non est ultra deus absq; me? Isa.45.d

Ex gentibus qui saluati estis congregamini, ueni te, simul accedite, Isa.45.d

Gentium lucem dedi te, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ, Isa.49.b

Gentes de longe uenient, illi de Aquilone & mari, isti de terra Australi, Isa.49.d

Ad gentes leuabo manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in ulnis, et filias tuas super humeros portabunt, Isa.49.f

Gentem quā nesciebas uocabis, & gentes quæ te nō cognouerunt ad te current, ppter dominum deum tuum & sanctum Israel, &c. Isa.55.b

Gentium fortitudo & multitudo ut maris congregabitur ad Ierusalem, ecclesiam, Isa.60.a

Gentium fortitudo ad Ierusalem afferetur, & reges earum ei adducentur, Isa.60.b

Gens & regnum quod nō Hierosolymæ seruierit pibit, & gētes solitudine uastabuntur, Isa.60.b

Coram gentibus uniuersis dñs deus germinabit iustitiam, sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, Isa.61.d

Gentes uidebunt iustum tuum, et cuncti reges inclytum tuum, Isa.62.a

Gentes quæsierunt me, qui antè non interrogabāt, inuenerunt qui nō quæsierunt me, Isa.65.a

Ad gentem quæ non inuocabat nomen meum, dixi: Ecce ego, ecce ego, Isa.65.a

Gentium uocatio in Africa, Lydia, Italia, Græcia, in insulis eorum, qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, Isa.66.f

Gētibus annunciabunt apostoli gloriam meam, & adducent oēs fratres uestros de cunctis gentibus, donum domino in equis, quadrigis, lectis, mulis, carrucis ad Ierusalem montē sanctum meum, dicit dominus, Isa.66.f

Gentes domino afferentur quomodo si inferant filij Israel munus in uase mundo in domum domini, Isa.66.g

Ex gentibus assumam sacerdotes & Leuitas, dicit dominus, Isa.66.g

Gentes omnes congregabuntur ad Ierusalem solium domini, ubi nulla tunc arca dñi nominabitur, & non ambulabunt post prauitates cordis sui pessimi, sed post dei uerbum, Iere.3.c

Gentes benedicent deum, ipsumq; laudabunt, Ieremiæ 4.a

In gente tali nunquid super his non uisitabo, & non ulciscetur anima mea? Iere.5.b

Gentes audite, & cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis, Ierem.6.d

In gente huiuscemodi nō ulciscetur anima mea? nunquid super his non uisitabo? Ierem.9.c

Iuxta gentium uiam nolite discere, Ierem.10.a

Gentes si eruditi didicerint uias populi mei, ut iurēt in nomine meo, Viuit dominus, ædificabuntur in medio populi mei, Ierem.12.d

Gentes si non audierint me, euellam illam euulsione & perditione, ait dominus, Ierem.12.d

Gentes ad te uenient ab extremis terræ, & dicent, Vere mendacium possederunt patres nostri, uanitatem quæ eis non profuit, Ierem.16.d

Gentium multarum destructio prædicitur futura, quæ à Ieremia & alijs prophetis reuelata, descripta sunt, Ierem.25.c

In gentibus cunctis faciam consummationem, in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem, Ierem.30.b

Gentes scient quia ego dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum, Ezech.37.g

Gentium uocatio significatur, Osee 1.d

Gentium ecclesiam quæ fuit absq; misericordia seminabo mihi in terrā, et miserebor eius, Os.2.d

Gens fortis et innumerabilis, cuius dentes leonis, molares ut catuli leonis, ascendit super terram meam, Ioel.1.b

Gentes oēs cōgregabo, cum cōuertero captiuitatē Iuda & Ierusalē, et deducā eas in uallē Iosaphat, et disceptabo cum eis ibi, sup Israel, &c. Ioel.3.a

Gentes super populum meum miserunt sortē, posuerunt puerum in prostibulo, puellam uendiderunt pro uino, ut biberent, Ioel.3.a

In gentibus clamate hæc, sanctificate bellum, suscitate

ſciate robuſtos, accedant, aſcendant omnes uiri bellatores, Ioel.3.b

Gentes omnes de circuitu erumpite & uenite, congregamini, ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos, Ioel.3.b

Gentes conſurgant & aſcendant in uallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo ut iudicem omnes gentes, Ioel.3.c

Gentē ſuſcitabo qui domum Iſrael cōteret ab introitu Emath uſq; ad torrētem deſerti, Am.6.d

In gentibus omnibus quæ nō audierunt faciam in furore & in indignatione ultionem, quæ nō audierunt, Mich.5.d

Gentes uidebunt & confundentur ſup omni fortitudine ſua, ponent manum ſuper os, aures eorum ſurdæ erunt, Mich.7.d

Gentes diſperdidi, diſſipati ſunt anguli earum, nō remanēte uiro, neq; ullo habitatore, Soph.3.a

Gentes iudicio meo cōgregabo, colligam regna, effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei, in igne zeli mei deuorabitur omnis terra, Soph.3.b

Gentibus reddam labium electum, ut inuocent omnes in nomine domini, & ſeruiant ei humero uno, Soph.3.b

Gens & populus Iſrael, quia pollutus eſt, ideo omne opus eius eſt contaminatum, Ag.2.c

Gentes omnes mouebo, et ueniet deſideratus cunctis gentibus, &c̄. Agg.2.b

Gentibus opulentis ego ira magna iraſcor, iratus enim ſum parum, ipſi uero adiuuerunt in malum, Zach.1.c

Gentes erunt prædæ his qui ſeruiebant ſibi, Zachariæ 2.c

Gentes multæ applicabuntur ad dominum in die illa, erunt mihi in populum, habitabo in medio tui, &c̄. Zach.2.d

Gentes multæ & robuſtæ uenient ad quærēdum dominum exercituum in Ieruſalē, &c̄. Zac.8.d

Gentium omnium conuerſio ad dominum, Zachariæ 9.a

Gentium omnium reliquiæ aſcendēt ab anno in annum, ut adorent regē dominum exercituum, & celebrent feſtiuitatē tabernaculoꝝ, Zac.14.c

Gentibus non aſcendentibus de familijs terræ ad Ieruſalem, ut adorent regem dominum exercituum, non erit ſuper eas imber, Zach.14.d

Gentes omnes percutiet dominus ruina, quæ nō aſcenderint ad celebrandum feſtum tabernaculorum, Zach.14.d

In gentibus magnum eſt nomen meum ab ortu ſolis uſq; ad occaſum in omni loco ſacrificatur, & offertur noī meo oblatio munda, Malac.1.c

Gentes deus multiplicat & perdit eas, ſubuerſas in integrum reſtituit, Iob 12.d

Gentem eleuat iuſtitia, miſeros autem facit populos peccatum, Prou.14.d

Gentes quare fremuerunt contra Chriſtum, & populi meditati ſunt inania? Pſal.2.1.

Gentes dabo tibi hæreditatē tuam Chriſte, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, Pſal.2.8.

Gentes ſciant quoniam homines ſunt, Pſal.9.20

Gentes increpaſti, impius periit, nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi, Pſal.9.5

Gentium cunctæ familiæ adorabunt in conſpectu dei, Pſal.22.27.

Gentium conſilia diſſipat dominus, populoꝝ cogitatiōes reprobat, & reprobat conſilia principum, Pſal.33.10.

In gentium caput conſtitues me, eripies de contradictionibus populi, Pſal.18.43.

Gentes diſperdidit manus tua, plantaſti & afflixiſti populos, & expūliſti eos, Pſal.44.2.

Gentes omnes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis, Pſal.47.1.

Gentes omnes deridebis deus, & ad nihilum deduces, Pſal.59.8.

Gentes omnes uiſitandas intende, domine deus uirtutum, Pſal.59.5.

Gentes benedicite deum noſtrum, & auditam facite uocem laudis eius, Pſal.66.8.

In gentibus omnibus ſalutare tuum cognoſcamus, & uiam tuam in terra, Pſal.67.2.

Gentes confiteantur tibi, & populi omnes, Pſalmo 67.3.

Gentes in terra dirigis, & populos in æquitate iudicas, Pſal.67.4.

Gentes eiecit à facie eorum, Pſal.78.55.

Gentes omnes quaſcunq; feciſti uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum, Pſal.86.9.

Gentes qui corripit non arguit, qui docet hominē ſcientiam, Pſal.94.10.

Gentium patriæ afferte domino gloriam & honorem, Pſal.96.7.

In gentibus dicite, quia dominus regnauit, &c̄. Pſal.96.10.

Gentium regiones dedit Iſraelitis, labores populorum poſſederunt, Pſal.105.44.

Gentes timebunt nomen domini, & omnes reges terræ gloriam tuam, Pſal.102.15.

Gentes non dicant, ubi eſt deus eoꝝ? Pſal.195.2.

Gentes omnes circuierunt me, & in nomine domini, quia ultus ſum in eos, Pſal.118.10.

Gentes multas percuſſit dominus, & occidit reges fortes, Pſal.135.10.

Gentes omnes laudate dominum, quia confirmata eſt, &c̄. Pſal.117.1.

Super gentes alienas alleua manum tuam, ut uideant potentiam tuam, Eccl'ci 36.a

In gentium conſpectu ſicut ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificeris in eis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt deus præter te dñe, Eccl'ci 36.a

Gentes duas odit anima mea, tertia autem non eſt gens quam oderim, qui ſedēt in monte Seir,

& Philisthijm, & stultus populus, qui habitat in Sichimis, Eccl'ci 50.d

Gentes inimici Iudæorũ uolunt cum Iudæis ædificare domum dño, sed nõ admittunt, 3.Es.5.g

Gentibus non est pars & iustitia & memoria in Ierusalem, Neem.2.d

Gentes omnes Chananæorum ob Israelem perdidi, 4.Esd.1.b

Genti contra uos uenienti tradam domos uestras, qui me non audientes credunt, quibus signa nõ ostendi, facient quæ præcepi, prophetas non uiderunt, & tamen credunt, 4.Esd.1.d

Gentium ad me uenientium testor gratiam, cuius paruuli cum lætitia exultant, me non uidentes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi, 4.Esd.1.d

In gentibus gloriam dei aspicere iubetur Esdras, quibus ducatum sit præbiturus Abraam, Isaac, Iacob, & duodecim prophetarum, 4.Esd.1.d

Gentibus populo dei nuncia, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israeli, sumam mihi gloriam illorum, dabis eis tabernacula æterna, 4.Esd.2.a

Gentes credẽtes lignum uitæ habebunt in odore unguenti, non laborabunt nec fatigabunt, Ibi.

Ad gentes alias transferam me, qbus dabo nomẽ meum, ut custodiant legitima mea, Israele dominum derelinquente, 4.Esd.1.c

Gentibus dico uobis quæ auditis & intelligitis, expectate pastorem uestrum, requiem æternitatis dabit uobis, quoniam in proximo ille est, qui in fine sæculi aduenit, 4.Esd.2.c

Gentes zelabunt, & nihil aduersum te, ecclesiam, poterunt, 4.Esd.2.c

Gentium impia studia non intendas deus, sed eos qui tua testimonia cum doloribus custodierunt, 4.Esd.8.b

Gentibus impijs uindictam reddet, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorũ contribulet, Eccl'ci 35.d

Gentes exquirunt cum solicitudine corporis necessaria, Matth.6.d

Gentiles à toto mundo uenientes ad fidem Christi recumbent cum patriarchis sanctis in regno cœlorum, Matth.8.b

In gentium uiam ne abieritis, Matth.10.a

Gentes sperabunt in nomine eius, Matth.12.b

Genti dabitur regnum dei facienti fructus eius, Matth.21.d

Gens contra gentem insurget, Matth.24.a

Gẽtes oẽs cõgregabuntur ante filium hoïs, sedentem in maiestate sua, & separabit eos ab inuicẽ, ut pastor oues ab hœdis, Matth.25.c

Gens exurget contra gentẽ, regnum sup regnum, & erit terræmotus per loca & fames, Mar.13.a

Gentes mundi hæc omnia quęrunt, Luc.12.d

Gentes cõpulsæ accedunt ad fidẽ Christi, Lu.14.e

Gens contra gentẽ surget, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt p loca, Luc æ 21.c

Gentem nostram subuertentẽ inuenimus, & prohibentem tributa dare Cæsari, Luc.23.a

Gentium in dispersionem num iturus est, & docturus gentes? Ioan.7.e

Gens tua et põtifices tradiderunt te mihi, Ioã.18.f

Gentes quare fremuerunt, et populi meditati sunt inania? Act.4.e

Gentium uocatio à ꝓphetis, & de reædificatione tabernaculi Dauid, Act.15.c Amos 9.c

In gẽtes quoq; spiritus sancti gratia effusa est, obstupescentibus fidelibus ex Iudæis, Act.10.g

Gentes quoq; loquebantur linguis, & magnificabant deum, fideles ex circuncisione, Act.10.g

Gẽtib⁹ q̃q; de⁹ pœnitentiã dedit ad uitã, Act.11.g

Gentes recepisse uerbum dei fratres et apostoli audierunt, Act.11.a

Ad gentes nunc cõuertimur, quoniã uos uerbum dei repelletis, quod et indignos uos iudicatis æternæ uitæ, qbus primum illud prædicari oportebat, Act.13.d

Gentium in lucem posuite, ut sis in salutem usq; ad extremum terræ, Act.13.d

Gentes uerbum dei audientes gauisi sunt, & glorificabant uerbum domini, Act.13.d

Gentes uerbo dñi crediderunt quotquot erãt præordinati ad uitam æternam, Act.13.d

Gentes omnes dimisit deus uerus ingredi uias suas, in præteritis generationibus, Act.14.c

Gẽtibus sui testimonium deus reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias & tẽpora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum, Act.14.c

Gentibus ostium apertum est, p apostolos ad uerbum dei, & fidem Christi, Act.14.d

Gentium conuersio gaudium faciebat fratribus, Act.15.a

Gentes audire euangelium elegit deus p os Petri, & credere, spiritumq; sanctum accipere etiã nõ circuncisos, fide purificans corda, Act.15.b

Ex gentibus deus uisitauit sumere populum nomini suo, Act.15.c

Gentes legẽ non habẽtes, ipsi sibi sunt lex, Ro.2.c

Gentes opus legis ostendunt scriptum in suis cordibus, Rom.2.c

Gentes cõuersas ad deum iudico non inquietari (de circuncisione & legalium obseruantia) sed scribere, ut abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & à fornicatione et à suffocatis & à sanguine, Act.15.d

Gentibus conuersis onera legis imponenda non sunt, nisi necessaria hæc pauca, Act.15.e

Gentibus missum est salutare hoc dei, & ipsi audient, Act.28.g

Gentes quæ nõ sectabant iustitiã, apprehẽderunt iustitiam, iustitiam autẽ quæ ex fide est, Ro.9.f

Gentes conuertendas ad deum, Isaias dicit, Inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui iis qui

his qui me non interrogabant, Rom.10. d
Gentium quidem ego sum Apostolus, ideo ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum, puocem carnem meam, Ro.11.b
Gentes super misericordia honorare deum, Romanorum 15.b
In gentibus tibi cõfitebor domine, & nomini tuo cantabo, Rom.15. b
Gentes lætamini cum plebe eius, Rom.15.b
Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi, Rom.15.b
Gentes qui exurget regere, erit radix Iesse, in eo gentes sperabunt, Rom.15.b.c
Gentes uos aliquando fuisse, memores sitis in carne, Ephes.2. b
Gentes sine Christo erant alieni à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, Ephes.2.c
Gentes sunt cohæredes & concorporales, & conparticipes promissionis in Christo Iesu per Euangelium, Ephes.3.a
Gentes tenebris obscuratum intellectum habent, Ephes.4.d
Gentes desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immundiciæ omnis, in auaritiam, Ephes.4.e
Gentium uoluntas ad peccandum in tempus præteritum, sufficit his, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uinolentijs, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus, 1.Pet.4.a
Gentes quæ ignorant deum sectantur passiones desiderij, 1.Thes.4.a
Gentes reget in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringentur, Apoc.2.g
Gentes oẽs uenient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniã iudicia tua manifesta sunt, Ap.15.b
Gẽtes ambulabunt in lumine Ierusalem ciuitatis, & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam, Apoc.21. g
Gentiles hospites testamentorũ, pmissionis, spem non habebant sine deo in hoc mundo, Eph.2.c
Gentiles, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi, Ephes.2. c
Gentiles alienati à uita dei per ignorantiã, quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorũ, Ephe. 4.c
Gentilium abominationes caue ne imitari uelis, Deut.18.b
Gentiles fidelibus sunt in foueam, laqueum, offendiculum, sudes in oculis, donec auferantur, Ios.23. c
Gentiles conuersi ad uerbum domini prædicabunt gratiam dei per Christum, & tunc confundentur impij Iudæi, Isa.29. g
Gentiles quoq; aderant, qui ascenderant adorare in die festo, Ioan.12.c
Gentiles Philippum accedunt de Bethsaida Galilææ, dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere, Ioan.12. c
Gentilium ritus superstitio & mores non sequenda, Deut.12. d
Gẽtiles multi in Thessalonica Paulo crediderunt uirorum & mulierum, Act.17.a
Gentilibus conuersis sufficit si iuxta apostolicam epistolam legem obseruent, Act.21.e
Gentiles uos ad Christum conuersi, sicut aliquando non credidistis, nunc autẽ misericordiã consecuti estis, propter incredulitatẽ Iudæorũ: ita & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiã, ut & ipsi misericordiã cõsequãtur, Ro.11. d
Gentiles facti sunt participes spiritualium sanctorum illorũ, qui sunt in Ierusalem, ideo debent in carnalibus ministrare illis, Rom.15.f
Gentiles ferendi, non iudicandi, 1.Cor.5.d
Gentiles cum essetis, aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc uos reconciliauit Christus in corpore carnis eius per mortem, Colos.1.c
Gentiles admirantur, nõ cõcurrentibus uobis in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes, qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos, 1.Pet.4. a
¶Genasar aquæ in Galilæa, 1.Mach.11.g
Genasar in terrã uenerunt trãsfretãtes, Matt.14.d
¶Genezareth stagno proximus stabat, irruente turba ad audiendum uerbum dei, Luc.5.a
Genezareth terram transfretarunt, Marc.6. g
¶Genthon sacerdos rediẽs cum Zorob. Ne.12.a
Genthon signator literarum fœderis, Nee.10.a
¶Genubath filius sororis reginæ Taphnes, ex Adad rege Edom, 3.Reg.11.d
Genubath in domo Pharaonis nutritur cum suis filijs, 3.Reg.11. d

¶*Genu.*

Genibus quare exceptus sum? cur lactatus uberibus? Iob 3.b
Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, Psal. 109. 24.
Genu omne mihi flectetur, dicit dñs, Rom. 14. c
Genu omne flectatur in nomine Iesu, cœlestium, terrestrium, & infernorum, Philip. 2. b
Genua mea flecto ad patrem domini nostri Iesu Christi, Ephes.3. c
¶Genneus pater Apollonij, 2.Mach.12.a
¶Genus uolatilium, pductorũ multiplex, Ge.1.c
Genus dei cum simus, non debemus aurum, argentum aut lapidem sculptum ex arte hominis diuinum putare, Act.17. g

¶*Gera.*

Gera filius Beniamin, Gen.46.c
Gera filius Bela, filij Beniamin, 1.Par.8.a
Gera genuit Saharaim in Moab post repudium Husim & Bara uxorum, 1.Par.8.a
Gera genuit Oza & Ahihud, 1.Par.8.a
Gera trãstulit Beniamitas in Manahath, 1.Pa.8. a
Gera genuit de Hodes uxore sua, Iobab, Sebia, Mosa, & Molchom, Iehus, Sechia, Maruia, Ibid.

¶*Gerara.*

Gerara terminus Chananæorum, Gen.10.c
Geraræ rex erat Abimelech, Gen.20.a
Geraris locus peregrinationis Abrahæ, Ge.20.a
Geraram accedit Isaac tempore famis, Gene.26.a
Geraræ pastores litigant cum Isaac, ob puteum aquæ uiuentis, Gene.26.d
Geraræ torrentem adhabitat Isaac, Gene.26.d
Geraram fugati Aethiopes ab Asa, cuius uicinæ urbes percussæ sunt in circuitu ad multam præ dam, 2.Par.14.d

¶*Geraseni.*

Gerasenoꝝ multitudo rogarunt Iesum, ut discederet ab ipsis, quia multum timebant, Luc.8.f
Gerasenoꝝ ad regionem nauigauerunt, quæ est contra Galilæam, Luc.8.d
Geraseni rogare cœperunt Iesum, ut discederet de finibus eorum, Marc.5.b
¶Gergesæus filius Chanaan, Gene.10.c 1.Paralipom.1.b
Gergesæi subijciendi prædicuntur Israelitis, Genesis 15.d

¶*Germinare.*

Germinare iubetur terra herbam uirentem, Genesis 1.b
Germinantia in terra omnia dominum benedicunt, Dan.3.f
Germen domus impij apertum erit, detrahetur ea in die furoris dei, Iob 20.d
Germen domini erit in magnificentia in die illa, & gloria fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel, Isa.4.
¶Germana coniunx te oro, adiuua eas quæ mecum laborarunt in Euangelio, Philip.4.a

¶*Gerson.*

Gerson filius Mosis ex uxore Sephora, Exo.2.d
Gerson filium nominat, dicens, Aduena fui in terra aliena, Exod.2.d
Gerson filij Moysi Subuel primus, 1.Par.23.b
Gerson de filijs Phinees uenit cum Esdra, Esdræ 8.a
Gersomus præpositus filiorum Phares, 3.Esd.8.c

¶*Gerson.*

Gerson filij Leui, Gen.46.b Exod.6.c
Gerson filij Leedan & Semei, 1.Par.23.a
Gersonis familiæ Lobni & Semei, Num.3.c
Gerson filij Lobni & Semei, Exo.6.c 1.Par.6.b
Gersonitaꝝ p duas familias numerati sunt Leuitæ 7500. post tabernaculum erunt, ad occidentẽ, sub principe Heliasaph filio Lael, Num.3.c
Gersonitæ custodiẽt tabernaculum, opimentum, tentoria, cortinas, funes & utensilia, Num.3.d
Gersonitæ à 20. ad 50. annum numerati erant 2630. Num.4.d
Gersonitæ portabunt cortinas, tectum, operimentum, uelamen, cortinas atrij & uelamen exterius, funiculos, Num.4.c
Gersonitæ erunt sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis, Num.4.c

Gersonitis tradidit Moses 2. plaustra, 4. boues, Num.7.a
Gersonitæ & Merarítæ incedebant post turmam Iuda primam, Num.10.b
Gersonitaꝝ familia à Gerson filio Leui, Nu.26.g
Gersonitæ habitant in Issachar, Aser & Nephthali, Ios.21.a
Gersonitis date urbes 13. de tribu Issachar, Aser, Nephthali, Manasse in Basan, 1.Para.6.f
¶Gerzi pag⁹ euntib⁹ Sur ad Aegyptum, 1.R.27.c
¶Gesan filius Iahaddai, 1.Par.2.f
¶Gessen pastoribus apta regio, Gen.46.d
Gessen terrã pascuam petunt Israelitæ, Gen.47.a

¶*Gessuri.*

Gessuri terminus regni Og, Ios.12.b
Gessuri proxima est regioni Argob, Deut.3.c
Gessuri noluerunt dispdere filij Israel, Ios.13.b
Gessuri pagus euntibus Sur usq; ad Aegyptum, 1.Reg.27.c
In Gessur fuit Absalom tribus annis, 2.Reg.13.g
Gessur ciuitas uel regio in Syria, 2.Reg.15.b
Gessur oppidum Iair, 1.Par.2.c

¶*Geth.*

Geth retinuit suos Enacim, Ios.11.d
In Geth nolite annunciare, lachrymis ne ploretis, &c̃. Mich.1.c
In Geth nolite annunciare, ne lætentur, 2.Re.1.c
Geth abiens Semeias reus fit mortis, 3.Reg.2.g
Geth in Hepher patria Ionæ filio Aamathi, 4.Regum 14.f
Geth urbs Palæstinæ anum obtulit, 1.Reg.6.d
In Geth homo longissimus senis digitis de genere gigantum, ob blasphemiam occisus est in bello Israel contra Geth, 1.Para.20.d
Geth ædificatur à rege Roboam, 2.Para.11.b
Geth murus destruitur ab Ozia rege Iuda, 2.Paralipom.26.a
In Geth Palæsthinorum descendite, & ad horum regna, si latior sit terminus eor̃ uestro, Am.6.a
¶Gethhepher ad ortum limes est tribus Zabulon, Ios.19.b
¶Gethaim habitatio Bẽiamin post reditum, Neemiæ 11.d
Gethaim locus ubi filij Rẽmon aduenæ, 2.R.4.a

¶*Gethæi.*

Gethæi reguli Philisthinorum, Ios.13.a
Gethæi faciunt sibi sedes pelliceas, propter promi nentes extales eorum, 1.Reg.5.c
Gethæi decernunt circunducendam arcam dei p urbes Palæstinorum, 1.Reg.5.c
¶Gether ciuibus Dauid munera mittit, 1.R.30.g
Gether filius Sem, Gen.10.d 1.Par.1.b

¶*Gethremmon.*

Gethremmon ciuitas in tribu Dan, Ios.19.d
Gethremmon ciuitas Manasse pro Caathitis habitatio, Ios.21.c
Gethremmon urbs refugij Leuitis data, 1.Paralipom.6.f

Geth-

¶Gethſemani in uillam uenit Ieſus cum diſcipulis, Matth.26.d
Gethſemani prædium ueniunt, ubi dicit: Sedete hic donec orem, Marc.14.d
¶Gezer locus quò fugiunt Palæſtini pcuſſi à domino, 2.Reg.5.d
¶Gezonites Bneaſſem uel filij Aſem, 1.Par.11.g
¶Gezeron uſque fugati Syri, 1.Mach.4.b
¶Giblij ſenes & prudentes nautas habuerunt ad miniſterium uariæ ſuppellectilis, Ezech.27.b
Giblij præparauerunt ligna & lapides, ad ædificandam domum, 3.Reg.5.d

¶*Gigantes.*

Gigantes naſcuntur ex congreſſu filiorũ dei cum filiabus hominum, Gen.6.a
Gigantes ante diluuium in terra, Gene.6.a
Gigantum regio dicitur terra Baſan, Deut.3.b
Gigantes non reſurgant, uiſitaſti enim & contriuiſti eos, perdidiſti omnem memoriam eorum, Iſa.26.c
Gigantum terram detrahes in ruinam, Iſa.26.d
Gigantes nominati, qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum, Bar.3.c
Gigantes non elegit dominus, propterea perierunt, Bar.3.c
Gigantes gemunt ſub aquis, Iob 26.b
Gigantes ſuperbi ab initio perierunt, Sap.14.a
Gigantes antiqui non exorauerunt pro peccatis ſuis, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ uirtuti, non pepercit peregrinationi illorum, execratus eſt eos præ ſuperbia uerbi illorum, Eccli 16.a
Gigantum non miſertus eſt deus, gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis, Eccleſiaſtici 16.b
Gigantum ſexcenta millia peditum qui congregati ſunt in duritia cordis ſui, & ſi unus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis, &c̃. Eccleſiaſtici 16.b

¶*Giezi.*

Giezi puer Elizei uocat Sunamitidem, & ſtantem coram eo quærit quid petat, 4.Reg.4.b
Giezi nihil potuit baculo Eliſei puero impoſito, quia gratia tantæ uirtutis reſeruabatur ſequutoro magiſtro, 4.Reg.4.e
Giezi auarus dolet recuſata munera, prætexens charitatis neceſſariæ officia pro quibus recuperandis currit poſt Naaman Syrum, 4.Reg.5.f
Giezi mendacijs aſſequitur munera à gratiſſimo Naaman, parato plura dare quàm petatur, 4.Reg.5.f
Giezi de filijs prophetarum ex Ephraim prætexit pietatem, ne ſcandalizet alienigenam, 4.Regum 5.f
Giezi auaritiam ſuam diſſimulat, magiſtri nõ credens ſcientiam, & dei reuelationem, qua abſentia uidebat, 4.Reg.5.g
Giezi mentitur prophetæ & magiſtro ſancto Eliſeo, 4.Reg.5.g
Giezi pro gratia ſanitatis, non ſua, ſed magiſtri accepit ueſtes & argẽtum, ut emat oliueta, uineas, oues & boues, ſeruos & ancillas, 4.Reg.5.g
Giezi adhærebit ea lepra quæ fuerat in Naaman, & inſuper ſemini eius, & egreſſus eſt ab Eliſeo leproſus quaſi nix, 4.Reg.5.g
Giezi narrat regi oĩa magnalia Eliſei, 4.Reg.8.b
¶Gihon fontem aquarum ſuperiorem obturauit Ezechias, & auertit ad occidentem ciuitatis Dauid, 2.Para.32.g
Gihon locus ubi unctus eſt Salomon in regem, 3.Reg.1.e
¶Gideroth ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ.15.e
¶Gilo ciuitas Iuda in montanis, Ioſ.15.f
Gilonites Achitophel à Gilo ciuitate, 2.Reg.15.c
¶Gymnaſium ædificant Iudæi Hieroſolymis, ſecundum leges nationum, 1.Mach.1.b
Gymnaſium ſub arce Sion conſtituitur, & ephœborum optimi in lupanaribus ponuntur, 2.Machabæorum 4.b
¶Gineth pater Thebni regis ptis Iſrael, 3.R.16.e
¶Githſeret cum adæquauerit arator terram, & cyminum ſparget, et ponet p ordinem triticum, hordeum, milium, uitiã in finibus ſuis, Iſa.28.g
¶Glacies & niues dominum bñdicunt, Dan.3.e
Glacies de cuius utero egreſſa eſt? Iob 38.c

¶*Gladius.*

Gladius uerſatilis ante paradiſum, Gen.3.d
Gladium arripit Abraham pro filio immolando, Gene.22.b
Gladius deuorabit uos, ſi nolueritis, & me ad iracundiã, puocaueritis, qa os dñi locutum eſt, Iſa.1.e
Gladium non leuabit gens contra gentẽ, nec exercebuntur ultra ad prælium, Iſa.2.b
Gladius domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorum & hircorum, medullatorum arietum, &c̃. Iſa.34.b
In gladio numerabo uos, pro eo q̃ uocaui, et non reſpondiſtis, locutus ſum & nõ audiſtis, facietis malum in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis, Iſa.65.b
Gladius inimici pauor in circuitu, nolite exire ad agros, in uia ne ambuletis, Ierem.6.f
Gladius dei deuorabit carnes, Deut.32.f
Gladius dei inebriabitur de cruore occiſorum, & de captiuitate impiorum capite inimicorum nudato, Deut.32.f
Gladium meum ſi acuero ut fulgur, & arripuerit mea manus iudicium, reddam ultionibus hoſtibus meis, &c̃. Deut.32.f
Gladius dñi deuorabit ab extremo terræ, uſq̃ ad extremum eius, non eſt pax uniuerſæ carni, Ierem.12.c
Gladium uoco ſup oẽs habitatores terræ, Ier.25.f
Gladius ad Chaldæos ad habitatores Babel, ad principes, ſapientes, diuinos, fortes, equos, currus, omne uulgus, mulieres, theſauros, &c̃. Ieremiæ 50.f

Gladius foris interficit, & domi mors similis est, Thr.1.g

Gladio occisis melius fuit quàm interfectis fame, quia isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ, Thr.4.b

Gladium acutum pilos radentem assumes, & per caput duces, & barbam, cuius pilos pro tertia parte intra ciuitatem combures, tertiam concides gladio, tertiam disperges in uentum, Ezechielis 5.a

Gladius foris, pestis & fames intrinsecus, Ezechielis 7.d

Gladio morietur qui est in agro, qui in ciuitate pestilentia & fame deuorabuntur, Ezech.7.d

Gladium metuistis, gladium inducam super uos, ait dominus deus ad Ierusalem, Ezech.11.b

Gladio cadetis in finibus Israel, iudicabo uos, & scietis quia ego dominus, Ezech.11.b

Gladium meum eduxi de uagina sua irreuocabilem, Ezech.21.a

Gladius gladius exacutus est, & limatus, ut cædat uictimas, ut splendeat in manu interficientis, Ezech.21.b.c

Gladius factus est in populo meo, in cunctis ducibus Israel, qui fugerãt gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super fœmur, &c. Ezech.21.c

Gladius duplicetur ac triplicetur, gladius interfectorum, gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, tabescere corde, & ruinas multiplicat, Ezech.21.c

Gladij conturbationem in omnibus portis dedi, acuti, limati, & ad cædem amicti, Ezech.21.d

Gladius exacuere, uade ad dexteram uel ad sinistram, quocunq; faciei tuæ est appetitus, Ezechielis 21.d

Gladius Babylonis regis ueniet per duas uias, de terra una egredientur ambæ, Ezech.21.d

Gladius reuertere in uaginam tuam, in locum in quo creatus es, &c. Ezech.21.g

Gladium ipsum te iudicabo, in terra natiuitatis tuæ, Ezech.21.g

Gladius cœpit in ciuitatibus Ephraim, & consumet electos eius, & comedet capita eorum, Osee 11.b

Gladios suos concident in uomeres, hastas suas in ligones, Mich.4.a

Gladium non sumet gens contra gentem, & non discent ultra belligerare, Mich.4.b

Gladius uniuscuiusq; uersus in proximum, in castris Philisthinorum ob uictoriam Ionathæ, 1.Reg.14.c

Gladio Goliath non est alter similis, da mihi eum, 1.Reg.21.c

Gladius Goliath Philisthæi post Ephod inuolutum petit & accipit à sacerdote Dauid, 1.Regum 21.c

Gladius Saul non est reuersus inanis, 2.Reg.1.d

Gladio cadere imprecatur Dauid ipsi Ioab, 2.Regum 3.f

Gladio mandat diuidi Salomon infantẽ uiuum, ut extorqueat naturæ decretum manifestum, & ueritatem ostendat, 3.Reg.3.d

Gladius domini eductus egreditur de uagina sua fulgurans in amaritudine sua contra impium, Iob 20.d

Gladium suum uibrabit dominus, nisi conuersi fueritis arcum suum tetendit & parauit illum, Psal.7.12.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ut decipiant pauperem & inopem, &c. Psal.37.14.

Gladius eorum intret in corda ipsorum, arcus eorum confringatur, Psal.37.14.

In gladio conclusit populum, & hæreditatẽ suam spreuit, Psal.78.62.

Gladio multi ceciderunt occisi, sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam, Ecclci 28.c

Gladium ueni mittere in terram, non pacẽ, Matthæi 10.d

Gladium exemit unus ex his qui cum Iesu erant, percutiensq; seruum pontificis amputauit auriculam, Matth.26.e

Gladium conuerte in locum suum, Matth.26.e Ioan.18.b

Gladium qui acceperint omnes peribunt gladio, Matth.26.e

Gladium unus de circumstantibus educens, percussit seruum summi sacerdotis, & ampurauit auriculam, Marc.14.e

Gladius pertranfibit tuam ipsius animam, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, Luc.2.e

Gladij duo domine ecce hic, Luc.22.d

Gladium nunc emat, tunicam uendens, Lu.22.d

Gladio si percutimus domine? Luc.22.e

Gladium habens Simon Petrus educens percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam dexteram, Ioan.18.b

Gladium spiritus assumite, quod est uerbum dei, Ephes.6.c

Gladius utraq; parte acutus exibit de ore eius, Apocalyp.1.c

Gladio oris mei pugnabo cum Nicolaitis, Apocalyp.2.d

Gladius magnus in manu equitis equi rufi, ne sit pax in terra, sed interfectio, Apoc.6.a

Gladio occidetur qui in gladio occiderit, Apocalyp.13.c

Gladius ex utraq; parte acutus procedit ex uerbo dei, ut in ipso percutiat gentes, Apoc.19.c

Gladio sedentis super equum occisi sunt, qui procedit de ore ipsius, Apoc.19.d

¶*Gloria.*

Glorificabor in Pharaone, in omni exercitu eius, & in curribus & equitibus ut sciant Aegyptij, Exodi 14.e

Gloriæ dei cedit impiorum perditio, Exo.15.b
Gloria domini apparuit in nube, contra ſolitudinem reſpicientibus, Exo.16.b
Gloriam dei mane uidebitis, Exo.16.b
Gloria domini habitauit in monte Sinai nube tegens illum, cuius ſpecies erat quaſi ignis ardẽs, ſuper uerticem montis in conſpectu filiorum Iſrael, Exo. 24. d
Gloria mea cum tranſierit ponam te in foramine petræ, & protegam dextra mea, donec tranſeam tollamq; manum meam, &c̃. Exo.33.d
Gloriam tuam, ô deus, oſtende mihi, ait Moyſes, Exo.33. d
Gloria domini apparuit omni populo poſt benedictionem Moyſi & Aaronis, Leuit. 9. d
Gloria domini implebitur tota terra, Viuo ego, dicit dominus, Num. 14. d
Gloriationem Iſraelis non fert dominus, niſi in domino, Iud. 7.a
Ne glorietur accinctus æque ut diſcinctus, 3.Regum 20. b
Gloria dei narranda in gentibus & mirabilia, 1. Par. 16. c
A gloria maieſtatis dei à facie timoris domini ingredere, ô idololatra, in petram, abſcondere, in foſſa humo, Iſa.2.c
Gloria dei plena eſt omnis terra, Iſa.6.a
Gloriam ueſtram ubi derelinquetis in die calamitatis & uiſitationis, Iſa.10.a
Glorificaſti longe lateq; nomen tuum, indulgendo gentibus, Iſa.26.c
Gloriam uocis ſuæ auditam faciet dominus, Iſa. 30. g
Gloriam domini ipſi uidebunt gentiles, & decorem dei noſtri, Iſa.35.a
Gloria domini reuelabitur, & uidebit omnis caro pariter quod os domini loquutum eſt, &c̃. Iſa. 40.a
Gloriam meam alteri non dabo, & laudẽ meam ſculptilibus, Iſa. 42.b
Gloriam meam alteri non dabo, Iſa.48.b
Glorificatus ſum in oculis domini, & deus meus factus eſt fortitudo mea, Iſa. 49.b
Glorietur ſapiens non in ſapientia, nec fortis in fortitudine, nec diues in diuitijs, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum dominus, qui facio miſericordiã, iudicium, & iuſtitiam in terra, &c̃. Ier. 9.g
Gloria uera eſt ſcire & noſſe me, quia ego ſum dominus, qui facio miſericordiam, iudicium, & iuſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait dominus, Ier.9.g
Gloriatus ſum à facie manus tuæ, Ier. 15.d
Gloriæ domini ſimilitudinis uiſio, Eze.1.g
Gloriam dei uidet egreſſus in campum Ezechiel, qualem uiderat iuxta fluuium Chobar, Ezechiel.3. f
Gloria dei Iſrael ſecundum uiſionem, quam uidebam in campo apparebat, Eze.8.b
Gloria domini Iſrael aſſumpta eſt de Cherub, quę erat ſuper eum ad limen domus, Eze. 9.a
Gloria domini eleuata eſt deſuper Cherub, ad limen domus, Eze.10.a
Gloria domini egreſſa eſt à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim, Eze.10.d
Gloria domini aſcendit de medio ciuitatis, ſteteritq; ſuper montem, qui eſt ad orientem urbis, Eze. 11. d
Gloriam dei uidet propheta ingredi templum nouum, à quo ante receſſerat, Eze.43.a
Gloria dei operuit cœlos, laudis eius plena eſt terra, Abac.3.a
Gloriam Iſraelitarum uel ſacerdotum in ignominiam commutabo, Oſee 4.b
Gloria mea ſpoliauit me dominus, coronam abſtulit de capite meo, Iob 19.a
In gloria erit qui fuerit humiliatus, qui inclinauerit oculos ſuos ipſe ſaluabitur, Iob 22.d
Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur, Iob 29.c
Gloria mea tibi cantet, & non compungar, Pſa. 30. 12.
Gloria tua, ô deus, exaltare ſuper cœlos, & in omnem terram, Pſa. 57.5.
Quid Gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate tota die, Pſa.52. 1.
Gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolennitatis tuæ, &c̃. Pſa.74.4.
Gloriam dei uiderunt omnes populi, Pſa.97.6.
Gloria uirtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum, Pſa.89.17.
Gloriam date deo ſuper Iſrael, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus, Pſa.68.34.
Gloriam dei mutauerunt in ſimilitudinem uituli comedentis fœnum, Pſa.106.20.
Gloria domini ſit in ſæculum, Pſa.104.31.
Gloria & diuitiæ in domo iuſti, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, Pſa.112.3.
Gloriam nomini tuo da domine, non nobis, ſuper miſericordia & ueritate tua, Pſa.115.1.
Gloria domini magna eſt, quia excelſus dominus, Pſa.138.5.
Gloriam præcedit humilitas, Prou.15.d
Gloria dei eſt cælare uerbum, gloria regum inueſtigare ſermonem, Prou.25.a
Gloria hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore, Eccl'ci 3.b
Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor dei eſt, nõ deſpicere hominem iuſtum pauperem, & non magnificare uirum peccatorem diuitem, Eccl'ci 10.c
Gloriam aliquando ſequitur minoratio, Eccl'ci 20. b
Gloria magna eſt ſequi dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo, Eccl'ci 23.d
Gloriam deo redde bono animo, & non minuas

primitias manuum tuarum, Eccl'ci 35. b
Gloriam dei uidens, quis satiabitur? Eccl'ci 42. d
Gloriam multam fecit dominus, magnificentia sua à sæculo, Sap. 44. a
Gloria dei transijt portas quatuor, ignis & terræ motus & spiritus & gelu, 4. Esd. 3. c
Gloria altissimi reposita est nobis, protegere eos qui tarde conuersi sunt, nos autem pessimis uijs ambulauimus, 4. Esd. 7. c
Glorioſi sunt, qui inuitis etiam peccatoribus zelatores sunt legis, 1. Mach. 2. g
Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, Luc. 2. b
Gloria in excelsis & pax in cœlo, regi qui uenit in nomine domini, Luc. 19. f
Gloriam qui ab inuicem accipitis, quomodo potestis credere? Ioan. 5. g
Gloriam quæ à solo deo est, non quæritis, Ioannis 5. g
Gloriam propriã quærit, qui à semetipso loquitur, Ioan. 7. c
Gloriam quærens eius qui misit eum, hic est uerax, & iniustitia in illo non est, Ioan. 7. c
Gloriam meam ego non quæro, est qui quærat et iudicet, Ioan. 8. f
Gloriam da deo, Ioan. 9. e
Gloriam dei uidebis, si credideris, Ioan. 11. f
Gloriam hominum magis dilexerunt quàm gloriam dei, Ioan. 12. f
Gloria mea nihil est, si ego glorificabo meipsum, Ioan. 8. g
Gloriam incorruptibilis dei mutauerunt in similitudinem immaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum & serpentium, Romano. 1. c

¶ *Gloriari.*

Gloriatio tua, ô Iudæe, ubi est? excluſa est, Romano. 3. d
Gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus, Rom. 5. b
Gloriamur quidem in spe gloriæ, sed & in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patiẽtia probationem, probatio spem, quæ non confundit, &c̃. Rom. 5. a
Gloriatus si fueris contra oliuam uel ramos, non tu radicem portas, sed radix te, Rom. 11. c
Gloriaficabant deum in me, qui euangelizabam fidem quem expugnaueram, Gal. 1. d
Gloriæ inanis non efficiamur cupidi, inuicẽ prouocantes, & inuidentes, Gal. 5. d
Gloriam quisq; habebit in semetipso tantum, nõ in altero, si quis opus suum probet, Gal. 6. a
Gloriari uolunt in carne uestra, q uos cogunt circuncidi, Gal. 6. c
Gloriari mihi absit nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, Gal. 6. d
Gloriatur in afflictionibus Christi Paulus, Galat. 6. d
Glorietur nemo in hominibus, 1. Cor. 3. d
Non glorietur omnis caro in conſpectu dei, 1. Cor. 1. d
Qui gloriatur in domino glorietur. 1. Cor. 1. d
Gloria Israelis est arca domini, 1. Reg. 4. d
Gloriatio Corinthiorum non bona, 1. Cor. 5. b
Glorificate & portate deum in corpore uestro, 1. Cor. 6. d
Gloriam suam Paulus omnino non uult euacuari, 1. Cor. 9. c
In gloriam dei facite omnia, siue manducaris siue bibitis, uel aliud quid facitis, 1. Cor. 10. g
Gloria uestra sumus, sicut & uos nostra, in die domini nostri Iesu Christi, 2. Cor. 1. c
Gloriam domini nos omnes reuelata facie ſpeculamur, 2. Cor. 3. d
In gloria si fuit in lapidib⁹ literis deformata ministratio mortis, &c̃. multo magis ministratio ſpiritus, 2. Cor. 3. b
Glorificatum non est quod claruit propter excellentem gloriam, id est lex Mosis, 2. Cor. 3. c
Gloriæ pondus supra modum operatur in nobis leue illud & momentaneum malum tribulationis nostræ, quod in præsenti est, 2. Cor. 4. d
Gloriandi occasionem præstat Paulus Corinthijs de ſe, contra eos qui in facie non in corde gloriantur, 2. Cor. 5. c
Gloriãdo si mẽte excedimus, deo: si sobrij sumus, uobis, 2. Cor. 5. c
Gloriatio mihi multa est pro uobis, 2. Cor. 7. a
Gloriãdo apud Titum de Corinthijs Paulus non est confusus, 2. Cor. 7. d
Gloriatio nostra quæ fuit ad Titum ueritas facta est, 2. Cor. 7. d
Gloria nostra hæc est, testimonium conſcientiæ nostræ, 2. Cor. 1. c
Gloriari non erubeſcebam de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem, non in destructionem uestram, 2. Cor. 10. b
Gloriatur Paulus non in immensum, uel in aliorum laboribus, 2. Cor. 10. d
Gloriationem suam non uult Paulus infringi, de Euangelio prædicato Corinthijs sine quæstu, 2. Cor. 11. c
Gloriari oportet Paulum propter pseudapoſtolos, 2. Cor. 11. c
Gloriatur non in aliena regula, sed in his quæ prę parata sunt, ut etiam in alijs prouintijs Euangelium prædicetur, 2. Cor. 10. d
Glorietur in domino qui gloriatur, 2. Cor. 10. d
Gloriantur multi pseudapoſtoli ſecundum carnem, quomodo & Paulus gloriari potest, 2. Cor. 11. d
Gloriatur Paulus de gratia dei et raptibus, 2. Corin. 12. b
Gloriari si uoluero, non ero inſipiens: dicam enim ueri-

ueritatem, 2. Cor. 12.b
Gloriandum in Christo, non habenda in carnefi ducia eſt, Phil. 3.a
Gloriam ab hominibus non quęrimus, neq; à uobis neq; ab alijs, 1. Theſſ. 2.a
Gloriamur noſipſi de uobis in eccleſijs dei, pro patientia ueſtra & fide in tribulationibus, quas ſuſtinetis in exęmplum iuſti iudicij dei, 2. Theſſal. 1.b
Gloriæ ſplendor & figura ſubſtantiæ dei Chriſtus, Heb. 1.a
Glorioſior Chriſtus præ Moyſe, Heb. 3.a
Gloria Chriſto & nunc & in diem æternitatis, Amen, 2. Pet. 3.d
Glorietur frater humilis in exaltatione ſua, Iacobi 1.b
Gloria & imperium ipſi in ſæcula ſæculorum, Apo. 1.b
Gloriam honorem & uirtutem dignus es accipere, Apo. 4.d
¶Goatha includetur intra Ieruſalem, Ier. 31.g
¶Gob locus, &c. pręlij contra Palæſtinos ipſi David, 2. Reg. 21.d

¶*Godolias.*

Godolia filius Ioſue duxit alienigenam, Eſd. 10.c
Godoliæ commendauit rex Babylonis uiros & mulieres & paruulos & pauperes terræ, Ieremiæ 40. c
Godolias filius Ahicam filij Saphan, præpoſitus ciuitatibus Iudæ, à rege Chaldæorum, Ieremiæ 40. b
Godolias non credidit de Iſmaele quæ dicebantur mala, Ier. 40.d
Godolias præfectus terræ Iudææ occiditur ab Iſmahele filio Nathaniæ, Ier. 41. a
Godolias pater Chuſi filius Amariæ, Soph. 1.a
Godolias præficitur reſiduo populo pauperi, filius Ahican filij Saphan, 4. Reg. 25.c
Godolias in Maſpha habitat, quo redeunt omẽs duces militum, & uiri cum eis, 4. Reg. 25.f
Godolias filius Idithun prophetat in cythara, 1. Par. 25.a
Godolias cantorum ſecundus cum filijs & fratribus 12. 1. Par. 25.c

¶*Gog.*

Gog & Magog uaticinatur uenturos cum inſtructo exercitu in terram Iſrael, Eze. 38.a
Gog terra Magog princeps capitis Moſoch & Thubal, Eze. 38.a
Gog in ſuo exercitu habet Perſas, Aethiopes, Libyes, Gomer, domus Thogorma latera Aquilonis, Eze. 38.a
Gog in nouiſſimo annorum uenies ad montes Iſrael, qui fuerunt deſerti iugiter, habitabunt autem in ea confidenter, Eze. 38.b
Gog quaſi tempeſtas & nubes ueniet, ut operiat terrã, tu & omnia agmina tua & populi multi tecum, Ezec. 38.b
Gog peſſime cogitabit de obruendis fidelibus congregatis ex gentibus, & ſine muro habitantibus, Eze. 38.c
Gog uenier ad ſpolia ſumenda, argẽtum, aurum, ſuppellectilem, &c. manubias infinitas, Eze. 38. d
Gog uenies de loco tuo à lateribꝰ Aquilonis cum magno exercitu, &c. & Iſraelitas inuadens, operies in nouiſſimis diebus, Eze. 38.e
Gog ille es, de quo locutus ſum per prophetas à diebus antiquis, Eze. 38. e
Gog aſcendente ſuper terram Iſrael aſcendet indignatio mea, in furore meo, in zelo, &c. Eze. 38. f
Gog in terra Iſrael ſepulchrum habebit nominatum, dictum Vallis multitudinis Gog, Eze. 39. c
Gog ueniente erit cõmotio magna ſuper terram Iſrael, piſces maris, uolucres cœli, beſtiæ agri, omne reptile, cuncti homines ut montes ſubuertantur, ſepes cadant & omnes muri, Eze. 38. f
Gog iudicabitur à domino mutuis cædibus, peſte, ſanguine, imbre, lapidibus, igne, ſulphure, Eze. 38. g
Gog aſcendere faciam de lateribus Aquilonis, ſuper montes Iſrael, ubi percutietur, & cadet cum omnibus agminibus deuorandis feris & auibus, Eze. 39. a
Gog exercitus proſtratus, uictima grandis datur in montibus Iſrael, auibus cœli & beſtijs terræ, Eze. 39. d. e
Gog & Magog circuibunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam, & cœleſti igne abſumuntur, Apo. 20. c
Gog filius Samaias pater Semei, 1. Par. 5. a
¶Golan ciuitas refugij in Baſan in tribu Manaſſe, Deut. 4. g

¶*Golgoltha.*

Golgoltha eſt Caluariæ locus, Mat. 27. d
Golgoltha locum quod interpretatur caluariæ perducunt crucifigendum, Mar. 15. b
Golgoltha dicitur Hebraice Caluariæ locus, Ioannis 19. d

¶*Goliath.*

Goliath uir ſpurius uel prouocator medius de Geth, altitudinis 6. cub. & palmi, caſſis ærea ſuper caput, lorica ſquamata ponderis 5000. ſiclorum æris, ocreis æreis ad crura, clypeo æreo ad humeros, haſtili ut liciatorio, ferrum haſtæ 600. ſiclis ferri, armigero præcedente, 1. Reg. 17. a
Goliath ſuperbus prouocat Phalangas Iſrael ad ſingulare certamen pro libertatis præmio, 1. Reg. 17. b
Goliath formidoloſus omnibus Iſraelitis, 1. Regum 17. b
Goliath Philiſtæus procedebat mane & ueſpere, exprobrans agminibus Iſrael, 1. Reg. 17. c
Goliath occidentem ditabit rex, filiam dabit, do-

mum patris sui faciet absque tributo in Israel, 1.Reg.17.c
Goliath fugiunt omnes Israelitæ occurrentem, 1. Reg.17.c
Goliath percutientem quo præmio sit rex honoraturus, 1.Reg.17.c
Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ quasi licia torium texentium percussit Adeodatus, &c. 2. Reg.21.d
Goliath despicit Dauidem, 1.Reg.17.e
Goliath maledixit Dauid in dijs suis, 1. Re.17.e
Goliath, te dominus dabit in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie uolatilibus cœli, & bestijs terræ, ut sciat omnis Israel, quia est deus in Israel, 1.Reg.17.f
Goliath Dauidi dicit, Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & bestijs terræ, 1.Re.17.f
Goliath caput Dauid attulit in Ierusalem, 1.Regum 17.g
Goliath occisus à Dauid in ualle Therebinthi, 1. Reg.21.c
Goliath Gethæi frater occisus est ab Adeodato filio Saltus, 1.Par.20.d

¶*Gomer.*

Gomer filius Iaphet, 1.Par.1.a. Gen.10.a
Gomer filij sunt Ascenez, Riphath, Thogorma, Gen.10.a. 1.Par.1.a
Gomer filia Debelaim generat ipsi Osee filium dictum Iezrael, Osee 1.b
Gomer concepit & peperit filiam dictam absque misericordia, Osee 1.c
Gomer peperit filium dictum nõ populus meus, Osee 1.c
Gomer matri uestræ dicite, Populus meus & misericordiam consecuta, non ipsa uxor mea, & ego non uir eius, Osee 2.a
Gomer & uniuersa agmina eius cum Gog. Ezechiel.38.a

¶*Gomorrha.*

Gomorrhæ regio erat ut hortus dñi, Gen.13.c
Gomorrhæ rex Bersa, Gen.14.a.b
Gomorrhitæ fugientes cæduntur, Gen.14.b
Gomorrha terminus Chananæorũ, Gen.10.c
¶Gomor decima pars Ephi, Exo.16.g
Gomor duo mannę sexto die colligendum, Exodi 16.d

¶*Gorgias.*

Gorgias dux exercitus Lysiæ, 2.Mach.3.e
Gorgias nocte subito Iudam aggredi frustra tentat, 1.Mach.4.a
Gorgias cum exercitu superatus, occcisis 3000. uirorum & fugatis omnibus, 1.Mach.4.b
Gorgias dux locorum Iudęos debellat, 2.Ma.10.c
Gorgias præpositus Idumææ pugnat cum Iudæis & euadit, 2.Mach.12.f
Gorgias uir militaris & bellicis rebus expertissimus, 2.Mach.8.c
¶Gosem, Arabs, Tobias, & Sanaballat despiciunt institutum Neemiæ de reædificatione Ierusalem, Nee.2.d
¶A Gosen usq; ad Gabaon Iosue cepit omnia, Ios.10.g
Gosen ciuitas Iuda in montanis, Ios.15.f

¶*Gozan.*

Gozan regio uastata ab Assyrijs, 4.Reg.19.c. Isa.37.c
Gozan locus exilij Manassis, 1.Par.5.d
Gozen fluuius in Assyria, apud quem exilium tulerunt Israelitæ, 4.Reg.17.a

¶*Grabatum.*

Grabatis circumferebant male habentes ad Christum, Mar.6.g
Grabatum tuum surgens tolle & ambula, Ioannis 5.b
Grabatum tuum surgẽs tolle & uade in domum tuam, & statim surrexit & abijt sublato grabato, Mar.2.b

¶*Gratia.*

Gratiam coram deo Noë inuenit, Gen.6.b
Gratiam coram deo inuenit Lot, Gen.19.d
Gratias deo dicit seruus Abraham per singula accepta beneficia, Gen.24.f
Gratiæ agendæ domino pro beneficijs, Genesis 24.c.f
Gratiarumactio deo ab Isaac pro puteo latitudinis, Gen.26.e
Gratis seruire non debent etiam fratres, Gen.29.b
Gratiã fratris muneribus obtinet Iacob, Ge.33.b
Gratiam Esau præfert Iacob omnibus officijs, Genesis 33.c
Gratias deo agere uult Iacob in Bethel, Genesis 35.a
Gratiam dabo populo huic, ut cum egrediemini non exeatis uacui, Exo.3.g
Gratiam si inueni coram te, ostende mihi faciem tuã, ut sciam te, & respice populum tuum hunc, Exo.33.c
Gratiam & gloriam dabit dominus, Psa.84.11.
Gratia addetur capiti tuo, & torques collo tuo, si audieris disciplinam patris tui, & legem matris tuæ non dimiseris, Prou.1.a
Gratia morabitur inter iustos, Prou.14.b
Gratia bona est super argentum & aurum, Pro. 22.a
Gratiam reddentis prospector est deus, Eccl'ci 3.d
Gratia dati in conspectu omnis uiuentis, et à mortuo non prohibeas gratiam; Eccl'ci 7.d
Gratiæ fatuorum effundentur, Eccl'ci 20.b
Gratia inuenietur in labijs sensati, Eccl'ci 21.c
Gratiam & speciẽ desyderabit oculus tuus, & super hæc uirides sationes, Eccl'ci 40.c
Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculo permanebit, Eccl'ci 40.c
Gratia dei et misericordia in sanctos eius, et respectus in electos illius, Sap.4.c

Gratia dei nutrit omnia, Sap.16.d
Gratiam pro gratia accepimus de plenitudine eius, Ioan.1.c
Gratia dei erit in Christo puero, Luc.2.f
Gratiæ & ueritatis plenum uerbum caro factum, habitauit in nobis, Ioan.1.b
Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, Ioannis 1.c
Gratiam habebant ad omnem plebem, Actorum 2.g
Gratia magna erat in omnibus credentibus, Acto.4.g
Gratiam eandem conuersis ex gentibus deus dedit, sicut & nobis, qui credimus in dominum Iesum Christum, Acto.11.b
Gratia dei ad conuersos de gentibus, Act.11.d
Gratia domini Iesu Christi credimus saluari, quẽadmodum & patres nostri, Act.15.c
Gratiam accepit & apostolatum Paulus, ad obediendum fidei in omnibus gentibus, Ro.1.a
Gratiæ spiritualis aliquid ut impartiar uobis, uidere uos desydero, Rom.1.b
Gratia regnat per iustitiam in uitam æternam, Rom.5.d
Gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit, Rom.5.c
Gratia dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro, Rom.6.d
Gratia dei per Iesum Christum liberabit me de corpore mortis huius, Rom.7.d
Gratia eliguntur reliquiæ Israelis, ergo non ex operibus, Rom.11.a
Gratia nõ est gratia, si ex operibus procedit & meritis, Rom.11.a
Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum, Romano.16.c.d
Gratia datur fidelibus in Christo Iesu, 1.Corinthio.1.a
Gratia nulla deest Corinthijs, confirmatis testimonio Christi, 1.Cor.1.b
Gratia datur à deo patre & domino Iesu Christo, 1.Cor.1.a
Gratia & pax optanda fidelibus à deo patre & Christo, 1.Cor.1.a
Gratia dei Paulus fuit sapiens architectus, ut posuerit fundamentum superædificantibus, 1.Cor.3.b
Gratiam dei ne in uacuum recipiatis, 2.Cor.6.a
Gratiarum diuisiones sunt, idem autem spiritus, 1.Cor.12.a
Gratiarum in ecclesia diuisiones multæ enumerantur, 1.Cor.12.d
Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, 1.Cor.15.b
Gratia domini nostri Iesu Christi nobiscum, 1.Cor.16.d
Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis, 2.Cor.13.d
Gratia dei, collecta eleemosynarum pro sanctis, 1.Cor.16.a
Gratiam secundam uel geminam Corinthijs exhibere cupit Paulus, redeundo ad illos, 2.Co.1.c
Gratia dei in ecclesijs Macedoniæ notatur, 2.Corin.8.a
Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo, Gal.1.a
Gratiam dei non abijcio, Gal.2.d
Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, Gal.6.d
Gratia excidistis, qui lege iustificamini, Gal.5.a
Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo, Eph.1.a
Gratia dei superabundauit in uobis in omni sapientia & prudentia, Eph.1.b
Gratia Christi saluati estis, Eph.2.a
Gratiæ suæ diuitias abundantes deus ostendit in sæculis superuenientibus super nos in Christo, Eph.2.b
Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, Eph.2.b
Gratiæ dei dispensatio data Paulo in gentes, Ephes.3.a
Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptiõe, Eph.6.d
Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen, Phil.4.d
Gratiæ deo agendæ qui dignos facit in partẽ sortis sanctorum in lumine, Col.1.b
Gratia cum fide & dilectione superabundauit in me, 1.Tim.1.c
Gratiã resuscita quæ in te est, per impositionẽ manuum mearum, 2.Tim.1.b
Gratia dñi nostri Iesu Christi uobiscum, 1.Th.5.d
Gratia & misericordia & pax à deo patre nostro & Christo Iesu domino nostro, 2.Tim.1.a
Gratia dei ante tẽpora sæcularia promissa, nunc est manifestata per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, 2.Tim.1.c
Gratia dei nostri & domini Iesu Christi, 2.Thessal.1.d
Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen. 2.Thess.3.d
Gratia & pax à deo patre, & Christo Iesu saluatore nostro, Tit.1.a
Gratia dei saluatoris nostri apparuit omnibus hominibus erudiẽs nos, ut abnegantes, & cẽ. Tit.2.c
Gratia Christi iustificati hęredes simus secundum spem uitæ æternæ, Tit.3.c
Gratia dei cum omnibus uobis, Tit.3.d
Gratiam ut inueniamus & misericordiam consequamur adeamus thronum gratię pontificis nostri pro auxilio oportuno, Heb.4.d
Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo, Phil.a
Gratiæ dei ne quid desit contemplate, Heb.12.d

Gratiam habemus in regno dei, per quam seruia mus deo cum metu & reuerentia placentes, He bræo.12.g
Gratia cum omnibus uobis, Heb.13.d
Gratia est, si quis patiatur iniuste tristitias propter dei conscientiam, 1.Pet.2.d
Gratia enim quæ est, si peccantes & colaphizati sustertis? 1.Pet.2.d
Gratia sed hæc est apud deum, si benefacientes pa tienter sustinetis, 1.Pet.2.d
Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu ue stro, Amen, Phil.d
Gratiam ut quisq; accepit illam in alterutrum ad ministrantes, sicut boni dispensatores multifor mis gratiæ dei, 1.Pet.4.b
Gratia uobis omnibus qui estis in Christo Iesu, 1.Pet.5.d
Gratia uobis & pax adimpleatur, in cognitione dei & Christi Iesu domini nostri, 2.Pet.1.a
Gratiam domini nostri impij transferunt in luxu riam, Iudæ a
Gratia, misericordia, pax sit uobiscum à deo pa tre, & à Christo Iesu filio patris, 2.Ioan.a
Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est, Apo.1.a
Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen, Apo.22.d
Gratulatio uestra abundabit in me per meum ad uentum iterum ad uos, Phil.1.d
Gratis accepistis gratis date, Mat.10.a
Gratis euangelizauit Paulus, 1.Cor.9.b
Gratis mundauit Eliseus ipsum Naaman à lepra, 4.Reg.5.e
Gratitudo exigitur ab Abraham per Abimelech pro misericordia accepta, Gen.21.c
Gratiarumactio pugnantium cõtra Madianitas, quia ne unus quidem occubuerat in prælio, dõ na ex prędis suis erãt auri 16750. sicli, Nu. 31.f.g
Gratiarumactio reddẽda pro dei beneficijs, Deu tero.8.c
Gratitudo Ruth ad beneficum Booz, Ruth.2.b
Gratiarumactio de filij saluo reditu & felici To biæ, Tob.11.a
Gratias ago deo meo pro fide uestra, quæ annun ciatur in uniuerso mundo, Rom.1.a
Gratia semper agenda pro fidelibus pro gratia eis data, 1.Cor.1.a
Gratiarumactione participans cibum nõ est bla sphemandus, 1.Cor.10.g
Gratiæ agantur pro uobis per multos, pro dono in uos collato, 2.Cor.1.b
Gratiam maiorem non habeo quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare, 3.Ioan.b
Gratias agentibus multis, gratia quoq; abundat in gloriam dei, omnia autem propter uos, 2. Cor.4.d
Gratias ago deo super inenarrabili dono eius, 2. Cor.9.d
Gratificauit nos in dilecto filio suo, secundum pro positum uoluntatis suæ, Eph.1.b
Gratias agendo non cessat Paulus orãs, Eph.1.c
Gratiarumactio magis audiatur inter uos, E phes.5.a
Gratiarumactione abunderis, Col.2.b
Gratias agite semper pro omnibus in nomine do mini nostri Iesu Christi, Eph.5.e
Gratias agit in omni memoria semper in cunctis orationibus pro Philippensibus, Phil.1.a
Gratias agite deo & patri per Christum, Col.3.c
Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Ie su, 1.Tim.1.c
Gratiarumactionem quam possumus deo retri buere, pro uobis, pro omni gaudio quo gaude mus propter uos ante deum nostrum, 1.Thes sal.3.c
Gratias agite in omnibus, 1.Thess.5.c
Gratias agere debemus semper deo pro uobis fra tres ita ut dignum est, 2.Thess.1.a
Gratiarumactio propter fidem Thessalonicen. 1.Thess.1.a
Gratias agimus tibi dñe deus noster omnipotẽs, qui es, et qui eras, et qui uẽturus es, qui accepisti uirtutem magnam & regnasti, Apo.11.d
¶Gramas loci nomen cuius ciues 121. 3.Esd.5.b

¶*Grando.*

Grando in terra Gessen non cecidit, Exo.9.e
Grando facta est in uniuersa terra Aegypti super homines iumenta & herbam, Exo.9.e
Grandinis lapidibus multi occisi sunt in fuga ad Gabaon, Ios.10.c
Grando in descensione saltus, Isa.32.d
Grandinem præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli, Iob 38.c
Grandini tradidit iumenta eorum, possessionem eorum igni, Psa.78.48.
Grandines mittentur à petrosa ira, plene excande scet in illos aqua maris, & flumina duriter con current, Sap.5.d
Grando magna ut talentum descendit in homines, unde & blasphemauerunt deum, Apo.16.d

¶*Granum.*

Granum in botro nõ dissipandum monetur, quo niam benedictio est, sic non disperdam totum propter seruos meos, Isa.65.b
Grano sinapis assimilabitur regnum cælorum, Mat.13.e
Grano deus dat corpus prout uult, 1.Cor.15.e
¶Graue saxum & onerosa arena, sed ira stulti u troq; grauior, Prou.27.a
Grauissima quatuor, delatura ciuitatis, collectio populi, calumnia mendax, sed super mortem & omnia grauia dolor cordis & luctus mulier ze lotypa, Eccli 26.a

¶*Græcia.*

Græcia, Thubal, Mosoch, institores Tyri: mancí pia, uasa ærea adducunt ei, Eze.27.c

Græcia nundinis Tyri dat ferrum fabrefactum, Eze. 27.d

Ex Græcorum primo rege quatuor reges consurgent, sed non in fortitudine primi, Dan. 8.f

Græcas glorias optimas arbitrabantur nefarij homines, 2.Mach. 4.c

Græcorum murmur factum est aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ eorum, Act. 6.a

Græcis primum Christus prædicatus est Antiochiæ à discipulis Cyprijs & Cyreneis, Act. 11.c

Græciam peruenit Paulus à Macedonia, Acto. 20. a

Græce loquitur tribunus cohortis Romanæ cum Paulo, Acto. 21.g

Græcis & Barbaris sapientibus & insipientibus debitor sum, Rom. 1.b

Græci & Iudæi non est distinctio: unus est enim dominus diues in omnes, qui inuocant illum, Rom. 10.c

¶*Gressus.*

Gressus meos dilatasti super me, 2. Reg. 22.c

Gressus meos perfice in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea, Psa. 17.5.

Gressus meos dilatasti subtus me, & non sunt infirmata uestigia mea, Psal. 18. 36.

Gressus hominis apud dominum dirigentur, uiã eius uolet, Psa. 37. 23.

Gressus meos tu deus dinumerasti, sed parce peccatis meis, Iob 14.c

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & nõ dominet mei omnis iniustitia, Psa. 119. 133.

Gressus tui quàm pulchri sunt in calciamentis filia principis, Can. 7.a

Gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur, Hebræo. 12.d

¶*Grex.*

Gregum cura non ante tempus est deserenda, Genesis 29.a

Greges ouium accubantes prope puteum, Genesis 29. a

Grex unius coloris Labano datur, & eius filijs pascendus committitur, Gen. 30.d

Grex maculosus & non unius coloris accipitur à Iacob, Gen. 30.c.d

Grex domini captus est, ideo plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, Ier. 13.c

Ignem uas ſuſtinere non potens, de præda aqua expiationis ſanctificabitur, Num.31. d
Ignis conſumens eſt dominus deus tuus, & deus æmulator, Deut.4.d
Ignem ſuum maximum deus in terra oſtendit Iſraeli, & de igne uerba illius, Deut.4. f
Ignis hic maximus (dei) deuorabit nos, cur morie mur ergo? Deut.5. c
Igni comburere filios & filias abominatio eſt domini dei, Deut.12.d
Ignis ſuccenſus eſt in furore dei & ardebit uſque ad inferni nouiſſima, Deute.32.d
Ignis dei deuorabit terram cum germine ſuo & montium fundamenta comburet, Deut.32.d
Ignis domini cecidit de cœlo, & uorauit holocauſtum, ligna, lapides, puluerem & aquā, 3.R.18.f
Igne de cœlo miſſo conſumente holocauſtum, oſtendit ſe deus uerum eſſe deum omnipotētem, 3.Reg.18.g
Ignis de cœlo deuorat duos quinquagenarios, cum ſuis bis quinquaginta, 4.Reg.1.c
Ignis ardore elementa tabeſcent, 2.Para.3.c
Ignis de cœlo deſcendit, Salomone orationē complente, deuorando holocauſta & uictimas, 2. Para.7.a

Ignis lingua ſicut deuorat ſtipulam, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum ut puluis aſcendet, Iſa.5.e
Ignis hoſtes tuos domine deuoret, Iſa.26. b
Cum igne deuorante quis de uobis poterit habitare? Iſa.33. b
Ignem accendentes uos omnes, accincti flammis ambulate in lumine ignis ueſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis, &c. Iſa.50.d
Ignis domini eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem, Iſa.31. d
In igne ueniet ecce dominus, quaſi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorē ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne dominus iudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à domino, Iſa.66.e
Ignem ſuccendiſti in furore meo, uſq; in ęternum ardebit, Ierem.17.a
Ignis inſtar eſt uerbum meum, & malleus conterens petram, Ierem.23. f
Ignem de excelſo miſit in oſſibus meis, & erudiuit me, Thr.1. e
Ignem ſuccendit in Iacob, flammæ deuorantis in gyro, Thr.2.a
Ignem indignationis ſuæ effudit in Sion, Ibidē.
Ignem ſuccendit in Sion, deuorauit fundamenta eius, Thr.4.b
Ignis ſplendor erat uiſio diſcurrens in medio animalium, & de igne fulgur egrediens, Ezech.1.c
Ignis ſpeciem uidi ſplendentis in circuitu, uelut aſpectum arcus, cum fuerit in nube, in die pluuiæ, Ezech.1.g
Ignis egreſſus de uirga ramorum, uineæ, qui fructum eius comedit, &c. Ezech.19.d
Ignis & æſtus dominum benedicit, Dan.3.e
Ignis nihil poteſtatis habuit in corporibus ſeruorum dei, nec capillus capitis aduſtus eſt, nec ſarabalia immutata, ignis odor non tranſit per eos, Dan.3.g
Ignis comedit ſpecioſa deſerti, flamma ligna regionis, Ioel.1. d
Ignis uorans ante faciem eius, poſt eum exurens flamma, Ioel.2.a
Ignis in domo impij, theſauri iniquitatis, Mic.6.c
Igne multo laborabunt populi, & gentes in uacuum, & deficient, Abac.2. c
Ignis qui non ſuccenditur deuorabit impium, affligetur relictus in tabernaculo ſuo, Iob 20. d
Ignis in conſpectu dei exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas ualida, Pſal.50. 3.
Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum, Pſal.66.10.
Ignem & aquam pertranſiuimus, & eduxiſti nos in refrigerium, Pſal.66. 12.
Ignis accenſus eſt in Iacob, ira dei aſcendit in Iſrael, Pſal.78. 21.
Ignis comedit iuuenes eorum, Pſal.78.63.

Ignis ut comburit ſyluam, & flamma ut combu-
rens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate
tua, &c. Pſal. 83. 14.
Ignis ante dominum præcedet, inflammabit in cir
cuitu inimicos eius, Pſal. 97. 3.
Ignem comburentem deus poſuit in terra Aegy-
ptiorum, Pſal. 105. 32.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum,
quæ faciunt uerbum domini, Pſal. 148. 8.
Ignis exarſit in ſynagoga eorum, flamma com-
buſſit peccatores, Pſal. 106. 18.
Ignē in ſinu nunquid homo abſcondere poteſt,
ut ueſtimenta eius non ardeant? aut ambulare
ſuper prunas et non comburentur plantæ eius?
Sic qui ingreditur ad mulierē proximi, non erit
immundus cum eam tetigerit, Pro. 6. d
Ignis extinguitur dum ligna defecerint, ſic ſuſur-
rone ſubtracto iurgia conquieſcunt, Pro. 26. c
Igne probatur aurum & argentum, homines ue-
ro receptibiles in camino humiliationis, Eccle
ſiaſtici 2. a
Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna
reſiſtit peccatis, &c. Eccl'ci 3. d
Ignis augetur à ſcintilla una, ſic ab uno doloſo au
getur ſanguis, Eccl'ci 11. d
Ignis exardebit in ſynagoga peccātium, & in gen
te incredibili exardeſcet ira, Eccl'ci 16. a
Ignem donec incendat ore carnis ſuæ, homo ne-
quam non deſinet, Eccl'ci 23. c
Ignis exardeſcit ſecundum ligna ſyluæ, ſic iracun
dia hominis ſecundum uirtutem & ſubſtātiam
eius, Eccl'ci 28. b
Ignis deſcendit in pentapolim, in teſtimonium ne
quitiæ, & conſtat interim fumigabunda terra
deſerta, Sap. 10. b
Ignis plus ualebat in aqua quæ omnia extinguit,
Sap. 16. c
Ignis manſuetabatur immiſſus per animalia, ut
ſcirent dei iudicio ſe punitos, Sap. 16. c
Ignis undiq; exardeſcebat in aqua ſupra uirtutē,
ut iniquam terræ nationem exterminaret, Sa-
pientiæ 16. c
Ignis uim nix & glacies ſuſtinebant, exterminan-
do fructus Aegyptiorum, Sap. 16. c
Ignis ſuæ uirtutis oblitus eſt, ut nutrirentur iuſti,
Ibidem.
Ignis nulla uis Aegyptijs lumen præſtare poterat
in horrenda nocte ſua, Sap. 17. a
Ignis ſubitaneus timore plenos reddebat, ęſtiman
tes deteriora eſſe quæ uidebantur, Sap. 17. b
Ignis ardentem columnā ducem habuerunt igno
tæ uiæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpicij, &c.
Sap. 18. a
Ignis in aqua ualebat ſupra ſuam uirtutē, & aqua
extinguentis naturæ obliuiſcebat, &c. Sap. 19. d
Ignem & uermes dabit in carnes eorum, ut uran-
tur & ſentiāt uſq; in ſempiternum, Iudith 16. c
Ignis dati dies celebrandus indicitur, 2. Mach. 1. d

Ignem de altari ſumptum in loco omnibus igno
to abſconderunt, ducendi in Perſidem ſacerdo-
tes, 2. Mach. 1. e
Ignis deſcendens incendit ſacrificia Moſis, Salo-
monis, & Nehemiæ, 2. Mach. 2. c
Igni inextinguibili paleas comburet, Matth. 3. c
Ignis gehennæ reus erit, qui dixerit fratri, fatue,
Matth. 5. c
Ignis æternus paratus maledictis hœdis, diabolo
quoq; & angelis eius, Matth. 25. d
Igni immittetur omnis arbor, nō faciens fructum
bonum, Matth. 3. c
Igne omnis ſalietur, Marc. 9. g
In ignem mittitur arbor non faciens bonum fru-
ctum, Luc. 3. b
Igni inextinguibili comburet paleas, Luc. 3. d
Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut
accendatur? Luc. 12. f
Igne accenſo in medio atrij circumſedebant, Lu
cæ 22. f
In ignominię paſſiones tradidit deus gentes, Ro
manorum 1. d
Ignis probabit opus quod ſuper fundamentum
Chriſtum à miniſtris eccleſiæ ſuperædificatur,
1. Cor. 3. c
Ignis conſumens eſt deus noſter, Hebr. 12. g
Ignis modicus magnā ſyluam incendit, Iaco. 3. b
Ignis æterni exemplum facti ſunt Sodomitæ &
finitimæ ciuitates exfornicatæ, & abeuntes poſt
carnem alteram pœnam ſuſtinentes, Iudæ b
Igne altaris producitur tonitruum, fulgur & uo-
ces, Apoc. 8. b
Ignis exiet ex ore duorum teſtium, & deuorabit
audire nolentes, Apoc. 11. a

¶ *Ignorantia.*

Ignorantia excuſat ſe rex Abimelech, Gene. 21. c
Ignorantiæ peccatum in populo quali ſacrificio
expiandum, Num. 15. b
Ignorantes quid agere debeamus, hoc ſolum ha-
bemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad
dominum, 2. Par. 20. c
Ignorantia mea mecum erit, ſi ignoraui, Iob 19. a
Per ignorantiam feciſtis fratres ſcio, ſicut & prin-
cipes ueſtri, Act. 3. c
Ignorantiæ mundanæ deus tempora deſpiciens,
annunciat pœnitentiam, Act. 17. g
Ignorans dei uerbum & ſcripta apoſtolica igno-
rabitur, 1. Cor. 14. g
Ignorantiam dei quidam habent, 1. Cor. 15. e
Ignorantiæ ueſtræ deſiderijs prioribus non con-
figurati ſitis poſthac, 1. Pet. 1. c
¶ Ilai Ahohites uir fortis, 2. Par. 11. f

¶ *Illudere.*

Illudere patri Iacob maxime abhorret, Gen. 27. b
Illuſores dominantur ſuper populum meum, qui
eſt in Ieruſalem, Iſa. 28. d
Illudere nolite, ne forte cōſtringantur uincula ue-
ſtra, Iſa. 28. f

Illusores ipse dominus deludet, mansuetis autem dabit gratiam, Prou.3.d
Illusor omnis est abominatio domini, Prou.3.d
Illusor qui est, nō audit cum arguitur, Prou.13.a
Illusores uenient nouissimis temporibus, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, Iudæ d
Illuditur Christus, Matth.27.c
¶ Iim ciuitas Iuda ad meridiem, Ios.15.e

¶ *Immortale.*

Immortale corpus parauit deus nobis, qui dedit nobis pignus spiritus uel arrabonem, 2.C.5.a
Immortalitatis plena est spes sanctorum, etiā post tormenta, Sap.3.a
Immortale tempus si nobis promissum est, nobis quid prodest, si nos opera mortalia egerimus, 4.Esd.7.c

¶ *Immundum.*

Immundum est occisum à bestia, per se mortuum reptile quodlibet, Leuit.5.a
Immundum contingens & immundicię illius ob litus reus est, Leuit.5.a
Immundiciam hominis contingens, etiam oblitus, delicto subiacebit, Leuit.5.a
Ab immundo quis mundabitur? Eccli 34.a
Immundicias ut caueant Israelitæ docendi sunt, à sacerdotibus diligenter, Leuit.15.d
Immunda non comedere debetis, Deut.14.a
Vt immundi facti sumus omnes nos, & quasi pannis menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ, Isa.64.b
Immundus quicquid tetigerit immundum faciet, Num.19.d

¶ *Imago.*

Imago dei fit homo, & similis, Gene.1.d
Imaginem masculi & fœminæ ne decepti faciatis, Deut.4.c
Imago dei homo factus est, Gen.9.b
Imago deus nominatur homini, quē plasmauit, quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, 4.Esd.8.c
Imaginem eius qui tanquam homo fuerat honoratus, nunc deum æstimauerunt, Sap.14.c
Imagines hominum è longinquo allatæ, honorare uoluerunt pro illo qui aberat, Sap.14.c
Imago sculpta per uarios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima, Sap.15.a
Imago & superscriptio Cæsaris, Matth.22.b
Imago hæc cuius est & inscriptio? Marc.12.b
Imaginum cultores pro deo tradidit deus in desideria cordis eorum, in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, Romanorum 1.c
In imaginem corruptibilis hominis, et uolucrum, quadrupedum, & serpentium mutauerunt gloriam dei incorruptibilis, Rom.1.c
Imagini filius eius prædestinauit conformes fieri

eos, quos præsciuit ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, Rom.8.f
Imaginem terreni sicut portauimus, sic portemus imaginem cœlestis, 1.Cor.15.f
In imaginem Christi transformamur à claritate in claritatem, speculantes gloriam domini reuelata facie, 2.Cor.3.d
Imago dei inuisibilis est Christus filius dei, Colossen.1.c
Imagines facientes cultores idolorum, quære idolatræ.

¶ *Imber.*

Imber & nix quomodo de cœlo descendit, & illuc ultra nō reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, &c. sic erit uerbum meum, &c. Isa.55.c
Imbrem à uobis prohibui, cum adhuc tres menses superessent ad messem, Amos.4.b
Imber & ros dominum benedicunt, Dan.3.e
Vt imber ueniet nobis temporaneus & serotinus terræ, Osee 6.a
Imbres de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper, Iob 36.d
Imbri uehemētissimo quis dedit cursum, & uiam sonantis tonitrui? Iob 38.c
Imbrem matutinum & serotinum descendere faciet ad uos, sicut in principio, Ioel.2.e

¶ *Imitari.*

Imitantur diabolum qui sunt ex parte illius, Sapientiæ 2.d
Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, 1.Corinth.11.a
Imitatores dei estote sicut filij charissimi, Eph.5.a
Imitatores mei estote, Philip.3.d
Imitatores facti estis ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo eadem passi, & à contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, 1.Thes.2.c
Imitatores nostri facti estis & domini, 1.Thes.1.c
Imitari nos quomodo conueniat scitis, quoniam non inquieti fuimus, 2.Thes.3.b
Imitatores non segnes efficiamini, eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones, Hebræorum 6.c
Imitari nolis malum, sed quod bonum est, 3.Ioannis c
¶ Impatiens operabitur stultitiam, uir uersutus odiosus est, Prou.14.a
Impatiens qui est sustinebit damnum, Prou.19.c
¶ Impœnitens cor & obduratum thesaurizas tibi, irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet, &c. Rom.2.a.b
¶ Imperfectum meum uiderunt oculi tui, Psalmo 139.16.
¶ Imperum concitati ferre quis poterit? Pro.27.a

¶ *Imperium.*

Imperij diuini non obliuiscendum, Deut.26.c
Imperium suum dominus dabit regi suo, 1.Regum 2.b

Imperandi tibi fiduciã habeo, ea quæ ad rem pertinent, Philem. b

¶Impiger si fueris ueniet ut fons messis tua, & egestas longe fugiet à te, Prou. 6. b

¶ *Impius.*

Impij nascuntur ex cõgressu filiorum dei cum filiabus hominum, Gen. 6. a

Impio non fit coram deo ut iusto, Gene. 18. c

Impij quidem mala proponunt ut persequantur, spolient, occidant pro uoto pios, sed à domino non permittuntur, Exod. 15. b

Impij dei miraculis irascuntur, dolent se uinci bonitate dei ad pios, Exod. 15. c

Impij obruuntur formidine & pauore, Exo. 15. d

Impij ad brachij dei magnitudinem fiant immobiles quasi lapis, Exod. 15. d

Ab impiorũ hominum tabernaculis recedite, nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum, Num. 16. d

Impios non timendos fidelibus, in quorum medio est deus magnus & terribilis, Deut. 7. d

Impij in iudicio impietatis damnẽtur, Deut. 25. a

Impias gentes nolite timere, dominum deum propitium habentes, Deut. 31. a

Impij in tenebris conticescent, 1. Reg. 2. b

Impietas egredietur ab impijs, 1. Reg. 24. c

Impij contremiscunt & confusi sunt, facti sunt ut fœnum agri, & uirens herba tectorum, quæ arefacta est antequam ueniret ad maturitatem, 4. Reg. 19. e

Impio uæ in malum, retributio enim manuum eius fiet ei, Isa. 3. b

Impietas quasi ignis succensa est, uepres & spinã uorabit, Isa. 9. d

Impiorum multitudo rapietur ut puluis montium à facie uenti, & sicut turbo coram tempestate, Isa. 17. d

Impio si misereamur non discet iustitiam facere, Isa. 26. b

Impius in terra sanctorum iniqua gessit, non uidebit gloriam domini, Isa. 26. b

Contra impios domine exaltetur manus tua, ut non uideant, uideant & confundantur zelantes populi, Isa. 26. b

Impios interfecit, & dedit eos in occisionem, Isaiæ 34. a

Impius derelinquat uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, et ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum, Isa. 55. b

Impij super quem lusistis, dilatastis os, eiecistis linguam, nunquid non uos filij scelesti semẽ mendax? Isa. 57. a

Impij uos qui consolamini in dijs subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras, Isa. 57. a

Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum, Isa. 57. d

Impiorum uia quare prosperatur? bene est omnibus qui præuaricantur & inique agunt, Ieremiæ 12. a

Impios plantasti, radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum, prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum, Ierem. 12. a

Impios persequeris in furore tuo, & conteres sub cœlis domine, Thr. 3. g

Impietas impij erit super eum, Ezech. 18. e

Impius si egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur, Ezech. 18. e

Impij pœnitentis iniquitatum non recordabor, in iustitia sua quam operatus est uiuet, Ezec. 18. e

Impij mors non est uoluntatis meæ, dicit dominus, sed ut conuertatur à uijs suis & uiuat, Ezechielis 18. e

Impius cum se auerterit ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam uiuificabit, Ezech. 18. g

Impius cum recesserit ab impietate sua, feceritq; iudicium & iustitiam, uiuet in eis, Ezech. 33. d

Impio si dixero, Morte morieris, & pœnitentiam egerit de peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiam, &c. uita uiuet, & non morietur, Ezechielis 33. d

Impio conuerso non imputabuntur ei peccata, iudicium & iustitiam fecit, uita uiuet, Ezech. 33. d

Impij impie agent, neq; intelligent omnes impij, porrò docti intelligent, Dan. 12. d

Impij Israelitæ applicauerunt quasi dibanum cor suum, cum insidiaretur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ, Osee 7. b

Impius prævalet aduersum iustum, ideo egreditur iudicium peruersum, Abac. 1. a

Impiorum ruinæ erunt, Soph. 1. a

Impiorum uerba & blasphemiæ, Malach. 3. d

Impiorum tabernaculum non subsistet, Iob 8. d

Impius si fuero, uæ mihi, Iob 10. c

Impius si sic sum, quare frustra laborauit? Iob 9. d

Impius superbit cunctis diebus, numerus annorũ incertus est tyrannidis eius, Iob 15. c

Impius & tyrannus semper in auribus habet sonitum terroris, & cum pax sit, ille insidias suspicatur, Iob 15. c

Impius non credit quod reuerti possit de tenebris, undiq; circumspicit gladium, Iob 15. c

Impius paratam sibi nouit diem tenebrarũ, etiam dum mouetur ad quærendum panem, Iob 15. c

Impium terret tribulatio, uallabit angustia, sicut regem, qui præparatur ad prælium, Iob 15. c

Impius tetendit contra deum manum suã & contra omnipotentem roboratus est, Iob 15. d

Impius cucurrit contra deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est, Iob 15. d

Impij faciem operuit craſſitudo, de lateribus eius à ruina dependet, Iob 15.d

Impius habitauit in ciuitatibus deſolatis, in domibus deſertis, redactis in tumulos, Iob 15. d

Impius non ditabitur, non perſeuerabit eius ſubſtantia, nō mittet in terra radicem eius, Iob 15.d

Impius non recedet à tenebris, ramos eius arefaciet flamma, auferetur ſpiritu oris ſui, Iob 15.d

Impius credet fruſtra aliquo ſe pretio redimendum, errore deceptus, Iob 15. d

Impius peribit antequam dies eius impleantur, et manus eius areſcet, Iob 15.d

Impius lædetur quaſi uinea, in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proijciens florem ſuum, Iob 15.d

Impiorum greſſus arctantur, conſilio ſuo præcipitantur, Iob 18. b

Impius immittit reti pedes ſuos, dum ſuper eo ambulat, Iob 18. b

Impij planta tenebitur laqueo, exardeſcet in ſiti, Iob 18.b

Impij pedica in terra abſcondita eſt, et decipula illius ſuper ſemitam, Iob 18.b

Impij radices deorſum ſiccantur, ſurſum meſſis eius atteritur, Iob 18. c

Impij memoria pereat de terra, non celebretur nomen eius in plateis, Iob 18.d

Impium deus expellit de luce in tenebras, de orbe transfert eum, Iob 18.d

Impij ſemen non erit, nec progenies in populo ſuo, nec ullæ reliquiæ in regionibus eius, Ibid.

Impiorum diem ſtupebunt poſteri, horror inuadit priores, Iob 18.d

Impij robur fame attenuatur, inedia coſtas eius in uadit, Iob 18.c

Impius cum ſatiatus fuerit artabitur, æſtuabit, omnis in eum dolor irruet, Iob 20.c

Impij iniquitatem cœli reuelabunt, terra conſurget aduerſum eum, Iob 20. d

Impij hominis pars hęc eſt à deo, & hæreditas uerborum eius à domino, Iob 20.d

Impius in Iob dicitur hypocrita. Vbi & reliqua quære.

Impij erunt ſicut paleæ ante faciem uenti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit, Iob 21.c

Impiorum filijs deus ſeruabit dolorē patris, cum reddiderit tunc ſcient, Iob 21.c

Impius uidebit oculis interfectionem ſuam, de furore omnipotentis bibet, Iob 21. c

Ad impium quid pertinet de domo ſua poſt ſe, & ſi numerus menſium eius dimidietur, Iob 21.c

Impium nullæ tenebræ abſcondere poſſunt, omnes tenebræ eum fugiunt, Iob 20.d

Impium deuorabit ignis, qui non accenditur, affligetur relictus in tabernaculo ſuo filius uel poſteritas, Iob 20. d

Impij quare uiuunt? ſubleuati ſunt, cōfortatiq; diuitijs? Iob 21. a

Impiorum ſemē permanet corā eis, propinquorū turba & nepotum in conſpectu eorū, Iob 21.a

Impiorum domus ſecuræ ſunt & pacatæ, non eſt uirga dei ſuper illos, Iob 21. b

Impiorum bos concepit & non abortiuit, uacca peperit & non eſt priuata fœtu ſuo, Iob 21.b

Impiorum paruuli quaſi greges egrediuntur, infantes eorum exultant luſibus, Iob 21.b

Impij tenent tympanum & citharam, gaudent ad ſonitum organi, Iob 21.b

Impij ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, Iob 21. b

Impij deo dicunt, Recede à nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus: quis eſt omnipotens ut ſeruiamus ei? quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum? Iob 21.b

Impiorum bona non ſunt in manu eorum, ideo conſilium eorum longe ſit à me, Iob 21. b

Impiorum tabernacula ubi ſunt? ubi eſt domus principis? Iob 21.d

Impij putant ſe tenebras non uiſuros, impetu aquarū inundantium nō opprimēdos, Iob 22.b

Impij cogitant deum excelſiorem cœlo, ſub ſtellarum uerticem ſublimari, non ſcire terreſtria, Iob 22.b

Impiorum erectio nónne ſucciſa eſt? reliquias eorum deuorauit ignis, Iob 22.c

Impij ſublati ſunt ante tempus, fluuius ſubuertit fundamentum eorum, Iob 22.c

Impij dicunt deo, Recede à nobis, & æſtimant eum nihil poſſe facere, cum ſit omnipotens, Iob 22.c

Impiorum domos deus bonis impleuit, ipſi tamē de eo male ſentiunt, Iob 22.c

Impius fortitudine ſua fortes detraxit, cum uero ſteterit tyrannus non credet uitæ ſuæ, Iob 24. d

Impio deus dedit locum pœnitentiæ, ille uero abutitur eo in ſuperbiam, Iob 24. d

Impij ad modicum eleuati ſunt, & non ſubſiſtent, humiliabuntur, ſicut omnia, & auferentur, ſicut ſummitates ſpicarum conterentur, Iob 24.d

Impiorum leuis eſt portio ſuper faciem aquæ, maledicta ſit pars in terra, nec ambulet per uiam uinearum, Iob. 24.c

Impius ad nimium calorē tranſeat ab aquis niuium, et uſq; ad inferos peccatum illius, Iob 24.d

Impios percuſſit in loco uidentium, qui à deo quaſi de induſtria receſſerunt, & omnes eius uias intelligere noluerunt, Iob 34.c

Impietas nocebit homini, filium hominis adiuuabit iuſtitia ſua, Iob 35. c

Impij hominis hæreditas pars & portio quæ ſit, Iob 27. c

Impiorū filij ſi multiplicati fuerint in gladio erunt, Iob 27. c

Impiorū nepotes non ſaturabunt pane, Iob 27.c

Impiorum reliquiæ & poſteri ſepelientur in interitu, & uiduæ illius non plorabunt, Iob 27. c

Impius si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit uestimenta, præparabit quidem, sed iustus uestietur illis, argentum innocens diuidet, Iob 27.c

Impius ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum, Iob 27.d

Impios deus non saluat, Iob 36.b

Ab impijs restituetur lux sua, brachium excelsum confringetur, Iob 38.b

Impij de terra perdentur, inique agentes auferentur ex ea, Prou.2.d

Impiorum uiam fuge, declina & desere, nõ enim dormiunt nisi malefecerint, & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint, Prou.4.c

Impij comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt, Prou.4.c

Impiorum uia tenebrosa, nesciunt ubi corruant, Prou.4.c

Impium qui arguit, maculam sibi generat, Prouerbiorum 9.b

Impius quod timet, ueniet super eum, Prou.10.d

Impij non habitabunt super terram, Prou.10.d

Impius quasi tempestas transiens non erit, Prouerb.10.d

Impius corruet in impietate sua, Prou.11.a

Impio homine mortuo, nulla erit ultra spes, Prouerb.11.a

Impius facit opus instabile, Prou.11.c

Impiorum uerba insidiantur sanguini, os iustorũ liberabit eos, Prou.12.a

Impios uerte & non erunt, domus iustorum permanebit, Prou.12.a

Impiorum uiscera crudelia sunt, Prou.12.b

Impiorum iter decipiet eos, Prou.12.d

Impius confundit & confundetur, Prou.13.a

Impius repelletur in malitia eius, Prou.14.d

Ab impijs longe est dominus, & orationes iustorum exaudiet, Prou.15.d

Impius cum in profundum uenerit peccatorum contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium, Prou.18.a

Impius pro iusto datur, & pro recto iniquus, Prouerb.21.c

Impius procaciter obfirmat uultum suum, qui autem rectus est, corrigit uiam suam, Prou.21.d

Impio qui dicunt, Iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus, Prou.24.c

Impium qui arguunt laudabuntur, sup ipsos ueniet benedictio, Prou.24.c

Impius fugit nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit, Pro. 28.a

Impium laudant qui derelinquunt legem, qui custodiunt legem succenduntur contra eum, Prouerb.28.a

Impij cum surrexerint homines abscondentur, Prouerb.28.d

Impij cum perierint multiplicabuntur iusti, Prouerb.28.d

Impij cum sumpserint principatum gemet populus, Prouerb.29.a

Impiorum multiplicatione multiplicabuntur scelera, iusti ruinas eorum uidebunt, Prou.29.c

Impij abominãtur eos qui in recta sunt uia, Prouerb.29.d

Impij fiunt ut puluis quẽ proijcit uẽtus, Psal.1.4.

Impij non resurgent in iudicio, neq; peccatores in concilio iustorum, Psal.1.5.

Ad impios loquetur dominus in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, Psal.2.5.

Impius dum superbit incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs qbus cogitant, Psal.10.2

Impij ambulant in circuitu, Psal.12.8.

Impius irritauit deum, dixit enim in corde suo, Non requiret, Psal.10.13.

Impij clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominum nec exaudiuit eos, Psal.18.41.

Impios cõminuam ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearũ delebo eos, Psal.18.42.

Impij erubescant, & ad infernum deducani, Psalmo 31.17.

Impios in camo & freno ad maxillas constringit dominus, dum nolunt approximare, Psal.31.9

Impiorum multa sunt flagella, Psal.32.10.

Impij hostes mei non dicant in cordibus suis, Euge euge animæ nostræ, nec dicant, Deuorabimus eum, Psal.35.25.

Impij fiant ut puluis ante faciem uenti, et angelus domini coartans eos, Psal.35.5.

Impius iniquitatem meditatur in cubili suo, astitit omni uiæ non bonæ, malitiam autem nõ odiuit, Psal.36.4.

Impij tanquam fœnum uelociter arescent, & ut olera herbarum cito decident, Psal.37.2.

Impij qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatẽ, Psal.38.20.

Impium uidi superexaltatum & eleuatum, sicut cedros libani: transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius, Psal.37.35.

Impij sicut oues in inferio positi sunt, mors depascit eos, Psal.49.14.

Impiorũ dominabuntur iusti in matutino, & auxilium eorum ueterascet in inferno à gloria eorũ, Psal.49.14.

Impijs dolos posuisti, deiecisti eos dum alleuarẽtur, Psal.73.18.

Impij facti sunt in desolationem, subito defecerunt, pierunt propter iniquitatẽ suã, Psal.73.19.

Impiorum imaginem ad nihilum rediges, uelut somnum surgentium, &c. Psal.73.20.

Impietatem uidi in loco iudicij, & in loco iustitiæ iniquitatem, Eccles 3.d

Impie ne agas multum, Eccles 7.c

Impios sepultos uidi, qui cum adhuc uiuerent in loco sancto erant, et laudabãtur in ciuitate quasi iustorum operum, Eccles 8.b

Impietas non saluabit impium, Eccles 8.b

Impij sunt quidam, qui ita securi sunt quasi iusto rum facta habeant, Eccl'es 8. c

Impio nõ sit bonum nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant, qui nõ timet faciem domini, Eccl'es 8.c

Impijs & peccatoribus redde uindictam, custodiens eos in diem uindictæ, Eccl'ci 12.a

Impio prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit, Eccl'ci 12. b

Impio benefaciens duplicia mala inuenies, in omnibus bonis quæcunq; feceris illi, Eccl'ci 12.b

Impij uos uiri, qui dereliquistis legem domini altissimi: si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars uestra, Eccl'ci 41.b

Impij cogitant non recte, exiguum & cum tædio est tempus uitæ nostræ, non est refrigerium in fine hominis, Sap.2.a

Impij, aiunt, non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, Sap.2. a

Impij dicunt, Ex nihilo nati sumus, post hoc erimus tanquam si non fuerimus, Sap.2. a

Impij dicunt, Fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum, Sap.2.a

Impius dicit, Cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër, Sap.2.a

Impij dicunt, Vita nostra transibit tanquam uestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est à radijs solis, & calore illius aggrauata, Sap.2. a

Impij dicunt, Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum, Sap.2.a

Impij aiunt, Venite fruamur bonis quæ sunt, utamur creatura tanq̃ in iuuẽtute celeriter, Sap.2.b

Impij nesciunt sacramenta dei, Sap.2.d

Impij nullã sperauerunt mercedẽ iustitiç, Sap.2.d

Impij non indicauerunt honorem animarũ sanctarum, Sap.2. d

Impij secundum quç cogitauerunt correptionem habebunt, qui neglexerunt iustum, et à domino recesserunt, Sap.3. b

Impiorum uacua spes est, labores sine fructu, & inutilia opera eorum, Sap.3.c

Impiorum mulieres insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum, Sap.3. c

Impiorum maledicta creatura, quin felix est uxorum ipsorum sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, &c̃. Sap.3. c

Impiorum filij in consummatione erunt, et ab iniquo thoro semen exterminabitur, Sap.3.d

Impiorum filij etiam si longæ uitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima illorum senectus, Sap.3.d

Impij et eorum filij, si celerius defuncti fuerint nõ habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem, Sapientiæ 3. d

Impiæ nationis diræ sunt consumationes, Ibid.

Impij uidebunt finem sapientis, & non intelligẽt quid cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum dominus, Sap.4.d

Impij decident tandem sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum, Sap.4. d

Impios inflatos sine uoce disrumpet dominus, & commouebit à fundamentis, usq; ad supremum desolabuntur, Sap.4.d

Impij gementes erunt, memoria illorum periet, Sap.4.d

Impij uenient in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum, Sap.5.d

Impij iustos uidentes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, Sap.5. a

Impij de iustis dicent, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, &c̃. Sap.5. a

Impij nos errauimus à uia ueritatis & iustitiæ, lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis, Sap.5.a

Impij lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autẽ domini ignorauimus, Sap.5.a

Impij spes tanquam lanugo est, quæ à uento tollitur, & tanquam spuma gracilis quæ à procella dispergitur, tanquam fumus qui à uento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis, Sap.5. c

Impij nos insensati, uitam pioꝝ æstimabamus insaniã, & finẽ illorum sine honore, &c̃. Sap.5.a

Impijs resistet spiritus uirtutis, & tanq̃ turbo uenti diuidet illos, et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, Sap.5. d

Impius & impietas similiter deo sunt odio, Sapientiæ 14. b

Impijs usq; ad nouissimum sine misericordia ira superuenit, Sap.19. a

Impij legi dei oĩno nõ credunt, contradicunt magis, uana cogitantes, per delicta circumducti, deum dicunt non esse, uias eius ignorant, promissa abnegant, opa eius nõ faciunt, 4.Esd.7.b

Impij pereunt digne, quia libertatem accipientes spreuerunt altissimum, legem contempserunt, uias dereliquerunt, iustos oppresserunt, deum negarunt, eosdem suscipiet sitis & cruciatus, 4. Esd.8. d

Impios manet radix mali, infirmitas, tinea, infernus, corruptio, obliuio, dolores, pditio, Ibidem.

Impij q cognoscere noluerunt, post bñficia consequuta, & qui fastidierunt legem dei, cum haberent libertatem, & apertum haberent pœnitentiæ locum, quem spreuerunt, hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere, 4.Esd.9.a

Impiorum cruciatus non tam inquirendi quàm quomodo iusti saluabuntur, 4.Esd.9.b

Impiorum pereuntium maior est numerus quàm qui saluabuntur, sicut multiplicatur fluctus super guttam, 4.Esd.9.b

Impij uelut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt, 2. Pet.2.c

Impij percipiunt mercedem iniustitiæ, uoluptatẽ existimantes diei delicias, coinquinationes, & maculæ, delicijs affluentes, 2.Pet.2.c

Impij sunt luxuriantes in cõuiuijs suis, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti, pellicientes animas instabiles, 2.Pet.2.c

Impij sunt cor exercitatum auaritia habentes, filij maledictionis, derelinquentes rectam uiam, errauerunt secuti uiam Balaam ex Bosor, 2.Petri 2.c

¶ *Implere.*

Impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei, Ephes.3.d

Impleri agnitione uoluntatis dei in omni sapientia & intellectu spirituali optatur Colossensibus, Colos.1.b

Impleo in carne mea ea quæ desunt passionum Christi, pro corpore eius, quod est ecclesia, Colossen.1.d

¶Impossibilia tria, ignem ponderare, uentum mensurare, diem præteritum reuocare, sic consilium domini inuestigare, 4.Esd.4.a

Impossibilis homini scientia, de corde maris, de uenis abyssi & firmamenti, de exitu paradisi: sic de dei uia & iudicio, 4.Esd.4.a

¶ *Improperium.*

Improperium meum tu scis, & confusionem meam & reuerentiam meam, &c. Psal. 69.19.

Improperium expectauit cor meum & miseriam, sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni, Psal.69.20.

Improperium & contumeliam malus hæreditabit, Eccl'ci 6.a

¶Imprudentes nolite fieri, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei, Ephes.5.d

¶Impudicitiæ in cubilibus horrendæ, Ro.13.d

¶Imputa mihi si aliquid nocuit aut debet, Philemo.d

¶ *Innocens.*

Innocens quis unquam perijt? aut quando recti deleti sunt? Eliphas, Iob 4.b

Innocens saluabitur, saluabitur autem in mundicia manuum suarum, dicit Eliphas, Iob 22.d

Innocentem & impium dñs consumit, Iob 9.c

Innocentem si me ostendero prauum me comprobabit, Iob.9.c

Ab innocentia mea non recedam donec deficiã, Iob 27.a

Innocens ego sum & absque peccato, dixisti, propterea auertatur furor tuus à me, Ierem.2.g

Innocentem & iustum non interficies, Dan.13.f

Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinuite, Psal.25.21.

Inter innocentes manus lauandæ sunt, & sic altare domini accedendum, Psal.26.6.

Innocentiam custodi, uide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, Psal.37.37.

Propter innocentiam autem suscepisti me, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum, Psalmo 41.12.

In innocentia cordis mei perambulabam in medio domus meæ, Psal.100.2.

Innocens credit omni uerbo, Prou.14.b

¶Inanis & uacua terra à principio, Gen.1.a

¶ *Inaures.*

Inaures prolatæ aureæ duorum siclorum à seruo Abrahæ, Gen.24.c.f

Inaures offeruntur pro conflando deo ab Aarone, Exod.32.a

Inaures Gedeon postulat, quales Ismaelitæ habere consueuerunt, Iudic.8.e

Inaurium postulatarum pondus 1700. siclieram, Iudic.8.f

¶ *Incantator.*

Incantatores Pharaonis idem faciunt quod Moyses, Exod.7.b.d 8.b

Incantatores potentiam dei confitentur in pedicalis, Exod.8.d

Incantator non sit in Israel, Deut.18.b

Incantatoris quis miserebitur à serpente percusso, & omnibus qui appropinquant bestijs: sic qui comitatur uirum iniquum, ut peccatis eius obuoluatur, Eccl'ci 12.c

¶ *Incensum.*

Incensum super altare offertur de toto adipe operiente intestina, de reticulo iecoris, & duobus renibus, Exod.29.b

Incensio nomen loci ob ignem domini irati, Numeri 11.a

Incendium à domino factum Nadab & Abin, Leuit.10.b

Incensum quomodo aptandum in oraculo, Leuitici 16.c

Incensum offerunt Israelitæ super aras more gentium, quæ coluerunt immundicias, 4.Re.17.b

Incensum adolebant filij Aaron super altare holocausti & thimiamatis, 1.Par.6.d

Incensum ut poneret sorte exijt Zacharias, ingressus in templum domini, Luc.1.a

Incensi hora omnis multitudo populi erat orans foris, Luc.1.a

Incensa multa data sunt angelo, ut daret de orationibus sanctorum super altare, Apoc.8.a

Incensi fumus ascendit de orationibus sanctorum, coram deo de manu angeli, Apoc.8.a

¶ *Incircuncisus.*

Incircuncisus phase non edat, Exod.12.g

Incircuncisi mente qui deo non obediunt, Leuitici 26.f

Incircuncisus labijs Moses, Exod.6.b.d

Incircunciſæ aures eorum audire nõ poſſunt, cui ergo loquar? quẽ conteſtabor ut audiat? Ier.6.b
Incircunciſi duplices corde, & carne, non ſint in ſanctuario, Ezech.44.b
¶Incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus cedar, Pſal.120.5.
Incola multum fuit anima mea, Pſal.120.6.
¶Incontaminatos uos exhibuiſtis in omni negotio, 2.Cor.7.c
¶Incraſſati ſunt & impinguati, præterierunt ſermones meos peſſime, Iere.5.g

¶ *Incredulus.*

Incredulitatem piorum non fert deus, Gen.18.b
Increduli reuerti iubentur & abire ſolitudinem, Deut.1.f.g
Incredulos etiam flentes corã domino, dominus non exaudit, Deut.1.g
Increduli Iſraelitæ aſcendere nolunt ad promiſſam terram, Deut.1.d
Incredulus dux uerbo dei punitur, 4.Reg.7.a.d
Incredulus infideliter agit, Iſa.21.a
Incredulus qui eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo, Abac.2.a
Incredulitas cauſa fuit diſcipulis, ut dæmonium eijcere non potuerint, Matth.17.c
Incredulitate Iudæi abiecti, gentes per fidem recepte, Rom.11.c
Incredulitate omnes in dei iudicium concludũtur, ut omnium deus miſereatur, Rom.11.d
Incredulitatẽ in diſcipulis Chriſtus increpat, Matthæi 17.c Marc.9.c Luc.9.e
Incredulitas impedit lunatici ſanationẽ, Mat.17.c
Incredulitatem adiuuari ſuam pater precatur pro filio, Marc.9.d
Incredulitas Nazarenorum impedit miracula, Marci 6.a
Incredulitatem Chriſtus exprobrat proficiſcentibus in Emaus, Luc.24.d
Incredulitas à deo uiuo nõ ſit in aliquo, & cor malum ad diſcedendum à deo, Hebr.3.c
Incredulis iurauit deus, ne introirent in requiem ipſius, id non potuerunt increduli, Hebr.3.d

¶ *Increpare.*

Increpat dominus Aaronem & Mariam ob murmur contra manſuetiſſimum Moſen, Nu.12.a
Increpat Aaronem Moyſes pro uitulo conflatili, Exod.32.e
Increpatione mea deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccam, computreſcent piſces ſine aqua, morientur in ſiti, Iſa.50.a
Increpationes relinquens errat, Prou.10.c
Increpationes odiens inſipiens eſt, Prou.12.a
Increpationes qui cuſtodit aſtutior fiet, Pro.15.a
Increpationibus acquieſcens poſſeſſor eſt cordis, Prou.15.d
Increpationes qui odit morietur, Prou.15.b
Increpa illos dure, ut ſani ſint in fide, nõ attendentes Iudaicis fabulis, Tit.1.d

¶ *Indignatio.*

Indignatio dura maledicitur, Gen.49.a
Indignatio domini ſuper omnes gentes, & furor ſuper uniuerſam militiam eorum, Iſa.34.a
Indignationem tuam effunde ſuper gentes, quæ non cognouerunt te, & ſuper prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt, quia comederunt Iacob, deuorauerunt eum, decus eius diſſipauerunt, Ierem.10.d
Indignationis dominicæ turbo egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum ueniet, Iere.23.d
Indignatio & furor domini non reuertetur, uſq; dum faciat, & compleat cogitationẽ cordis ſui, &c. Iere.23.d
Indignationem domini quis ſuſtinebit? Na.1.b
Indignatio dei effuſa eſt ut ignis, Naum 1.b
Ad indignandum qui facilis eſt, erit ad peccata propriuior, Prou.29.d
¶Indocti qui ſunt in cordis egeſtate morientur, Prou.10.c
Indocto homini non communices, ne mala de progenie tua loquatur, Eccl'ci 8.a
¶Indorum regionem Romani obtinuerunt, 1. Machab.8.b

¶ *Indulgentia.*

Indulgentiam ut prædicaret Chriſtus miſſus eſt à ſpiritu, & clauſis apertionem, ut mederetur contritis corde, &c. Iſa.61.a
Indulgentia Heli ad liberos ſuos, 1.Reg.2.e
Indulgentia filijs nocet, Eccl'ci 30.b
Indulgentiam dei omnes ſancti tempore oportuno ſibi petunt, Pſal.32.6.
Indulgentiam dei fuſis lachrymis poſtulemus à domino, Iudith 8.b
Indulgentiæ cauſa Paulus coniugibus loquitur, 1.Cor.7.a

¶ *Induere.*

Induit deus Adam tunicis pelliceis, Gene.3.d
Induimini dominum Ieſum Chriſtum, Romanorum 13.d
Induiſtis Chriſtum qcunq; baptizati eſtis in Chriſto, Gal.3.d
Induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate ueritatis, Epheſ.4.e
Induite uos ſicut electi dei, ſancti & dilecti, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, Coloſſen.3.b

¶ *Indurare.*

Indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo ſigna et oſtenta in terra Aegypti, &c. Eod.7.a.d. 8.c.d 9.a.b.g 10.a.c.g 11.d 14.a.b.e
Indurantur corda gentium domini ſententia, Ioſue 11.d
Indurandum non eſſe cor cõtra fratrem egentem, Deut.15.b

Indurat quem uult dominus, Rom.9.d
Indurati Heuæi restiterunt Iosue, Ios.11.d
Indurat Seon rex, Deut.2.f
¶Inebrians ipse quoq; inebriabitur, Pro.11.d
¶Inexorabilis es domine, quia inique egimus, & ad iracundiam te prouocauimus, Thr.3.e

¶ *Infans.*

Infantes seruant in expugnatione urbium, Deuteronom.20.c
Infans uiuus à Salomone datur matri, uera, iusta, & certa sententia, 3.Reg.3.d
Infans delectabitur ab ubere super foramine aspidis, Isa.11.b
Infantes Babylonis allidentur in oculis eorum, Isa.13.c
Infans octo dierum circuncidetur, Gene.17.b
Infantium uno porrigente manum ex utero, cui coccinum alligatur, & retrahente, alter anteuertit generationem, Gen.38.g
Infans dierum ibi amplius non erit, & senex qui non impleat dies suos, &c. Isa.65.d
Infantium ex ore et lactentium perfecisti laudem, &c. Psal.8.2.
Infantes iustorum occidere uolentes, per unum expositum & liberatum, multitudo filiorum suorum ablati sunt & uarie occisi, Sap.18.a
Infantes anniculi loquentur uocibus suis, 4.Esdræ 6.b
Infantes trium aut quatuor mensium immaturos prægnantes parient, 4.Esd.6.b
Infantium ex ore et lactentium perfecisti laudem, Matth.21.b
Infans exultauit in utero Elizabet, ad Mariæ salutationem, Luc.1.d
Infans exultauit in gaudio in utero meo, ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, Lu.1.e
Infantem inuenietis pannis inuolutum, & positum in præsepium, Luc.2.d
Infantibus similes regnum dei ingredietur, Marci 19.c
Infantē inuenerunt positum in præsepio, Lu.2.d
Infantes Christo afferebāt, ut eos tangeret, de quo increpabant discipuli afferentes, Luc.18.c
Infantibus scribo, quoniam cognouistis patrem, 1.Ioan.2.b
Infantes ut modo geniti lac concupiscite, &c. 1.Petri 2.a

¶ *Infernus.*

Infernum descendere uult Iacob ad filium, Genesis 37.g
Infernum uiui descenderunt Choritæ & complices, humo; operti sunt, Num.16.e
Infernus dilatauit animam suam, & aperuit os suum absq; ullo termino, Isa.5.d
Ad infernum descendent fortes eius, populus ei⁹, & sublimes, gloriosiq; eius ad eum, Isa.5.d
Infernus turbatus est ob regem Babylonis aduentantem, ut cum gigantibus & principibus ibi

occurrat regi, Isaiæ 14.b
Inferi ad portas uadam, in dimidio dierum meorum, Isa.38.b
Infernus non confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, Isa.38.d
De inferno eruit dominus, & saluos facit de manu mortis, &c. Dan.3.f
Ad infernum si descenderint, inde manus mea educet eos: si ascenderint usq; ad cœlum, inde detraham eos, Amos 9.a
Infernus animam suam dilatauit, & ipse quasi mors, & non adimpletur, congregabit ad se omnes gentes, coaceruabit ad se omnes populos, Abac.2.a
Ad inferos qui ascenderit non reuertetur ultra in domum suam, nec cognoscet eum amplius locus eius, Iob 7.b
In inferno utinam me protegas, & abscondas donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei, Iob 14.c
In infernum profundissimum descendent omnia mea, Iob 17.d
Infernus domus mea est, si sustinuero, & in tenebris straui lectulum meum, Iob 17.d
Infernus nudus est coram deo, nullum est operimentum perditioni, Iob 26.b
In inferno quis confitebitur tibi domine? Psalmo 6.5.
In infernum cōuertantur peccatores, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum, Psal.9.17.
In inferno non derelinques animam meam, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionē, Psalmo 16.10.
De inferi manu deus redimet animā meam, cum acceperit me, Psal.49.15.
Infernus & perditio coram domino, quanto magis corda filiorum hominum, Prou.15.b
Infernus & perditio nunquam implentur, similiter oculi hominum insatiabiles, Prou.27.c
In inferno impossibile erat Christum teneri, Dauid dicente, Prouidebam dominum in conspectu meo semper, &c. Act.2.d
Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis, hæc est mors secunda, Apoc.20.d
Inferorū potestates non prævalebunt fidei Christianorum, Matth.16.c Ioan.10.c

¶ *Infirmus.*

Infirmitatē auferam de medio tui, si domino deo tuo seruieris, Exod.23.e
Infirmis condescendendum discimus, Gen.33.c
Infirmi accincti sunt robore. 1.Reg.2.a
Infirmitas plane mea hæc est, portabo eam aitlerusalem & Iuda, Iere.10.c
Infirmantur homines, bestiæ agri, aues cœli, ob peccata habitantium in terra, Ose.4.a
Infirmus dicat, Quia fortis sum, Ioel.3.b
Infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus, Mich.1.d

Infirmus sum, ideo miserere mei domine, &c. Psal mo. 6. 2.
Infirmitates eorum multiplicatæ sunt, postea accelerauerunt, Psa. 16. 4.
Infirmum te uisitare non pigeat: ex his enim in dilectione firmaberis, Eccl'ci 7. d
Infirmitas grauis sobriam facit mentem, Ecclesiastici 31. a
Infirmitas non occurret tibi, si in omnibus operibus tuis fueris uelox, Eccl'ci 31. c
In infirmitate tua fili ne despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te: auerte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum, Eccl'ci 38. a
Infirmum quod est, inutile inuenitur, aiunt impij, Sap. 2. c
Infirmitatem & languorem omnem sanat Christus in populo Galilææ, docens in synagogis, Mat. 4. d
Infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit, Mat. 8. b
Infirmos curate, Mat. 10. a
Infirmus fui & uisitastis me, Mat. 25. d
Infirmos ponebant in plateis, & deprecabantur ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent, Marci 6. g
Infirmi uarijs languoribus laborantes sanantur, Luc. 4. g
Infirmus 38. annis iacebat iuxta piscinam, Ioannis 5. a
Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam, Ioan. 11. a
Infirmos in plateas eijciebant, & ponebant in lectulis & grabatis, ut ueniente petro, saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberabantur ab infirmitatibus, Acto. 5. c
Infirmos susçipi sic oportet à laborantibus, & meminisse uerbi domini Iesu, Beatius est magis dare quàm accipere, Act. 20. g
Infirmum in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum, Rom. 14. a
Infirmus qui est, olus manducat, Rom. 14. a
Infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, 1. Cor. 1. d
Infirmum quod dei est, fortius est hominibus, 1. Cor. 1. d
Infirmorum in conscientia ratio habenda est, circa esum idolothytarum, 1. Cor. 8. c
Infirmis fit Paulus infirmus, ut infirmos lucretur, 1. Cor. 9. d
Infirmi & imbecilles multi in Corinthijs, 1. Corin. 11. g
Infirmi sumus in Christo, sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis, 2. Cor. 13. b
Infirmos nos esse gaudemus, uos autem potentes estis, 2. Cor. 13. c
Infirmos susçipite, 1. Thess. 5. c
Infirmitatibus nostris compati potest pontifex no

ster magnus, tentatus per omnia, pro similitudine absq; peccato, Hebr. 4. d
Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, Iac. 5. d
Infirmum ungite in nomine domini, Iac. 5. d
Infirmum saluabit oratio fidei, Iac. 5. d
Pro infirmo oretur, & alleuiabit eum dominus, Iac. 5. d
Infirmus si in peccatis est, remittentur ei, Iac. 5. d
¶Infletur nemo aduersus alterum pro alio ministrorum, 1. Cor. 4. b

¶*Ingemiscere.*

Ingemiscere in alterutrum nolite, ut non iudicemini, Iac. 5. b
Ingemiscunt Israelitæ serui & audiuntur à domino, Exo. 2. d
Ingemiscit Paulus cupiens dissolui, 2. Cor. 5. a

¶*Ingratitudo.*

Ingratitudinis exemplum Sichimitæ & Abimelech, Iud. 9. g
Ingratitudo filiorum Israel ad deum patrem beneficum, Isa. 1. a
Ingratis quoq; prospicit deus, 3. Reg. 18. a
Ingratitudo Laban ad Iacob, Gen. 31. a
Ingratitudo pincernæ ad Ioseph captum, Genes. 40. d
Ingratitudo Ammonitarum in Dauid, 1. Re. 10. a
Ingratitudo Saulis in Dauid, 1. Reg. 19. b
Ingratitudo Iudæorum, Eze. 20. a
Ingratitudo Israelis, Mich. 6. a. Osee 13. b
Ingratitudinem Iudæorum deplorat propheta, Isaiæ 1. a
Ingratitudo Ceilarum ad Dauid, 1. Reg. 13. b
¶Ingredi terram est congredi, implere, multiplicari, Gen. 8. 9. b
Ingredi ad uirginem est complere matrimonium, Gen. 29. c
¶Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus, 2. Cor. 6. d

¶*Inimicus.*

Inimicitiæ nomen putei Isaac, Gen. 26. e
Inimici tui si occurreris boui aut asino erranti, reduc eum, Exo. 23. a
Inimicorum tuorum coram te terga uertam, Exodi 23. f
Inimicos meos persequar, conteram, consumam, 2. Reg. 22. d
Inimici mei omnes audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti, adduxisti diem consolationis, & fient similes mei, Thr. 1. g
Inimicus factus est dominus Israeli, præcipitauit omnia mœnia Ierusalē, dissipauit munitiones, Thr. 2. b
Inimicus meus consumpsit eos, quos educaui & enutriui, Thr. 2. g
Inimici hominis domestici eius, Mich. 7. b

Inimica ne læteris super me, quia cecidi, consurgam, Mich. 7.b

Inimica mea aspiciet & operietur confusione, quę dicit ad me, Vbi est dominus deus tuus? Micheæ 7. c

Inimicus meus sit ut impius, aduersarius meus qua si iniquus, Iob 27.b

Inimicus tuus cum ceciderit ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè uideat dominus & displiceat ei, & auferat ab eo irã suam, Prou. 24.b

Inimicus tuus si esurierit, ciba illum, si sitierit da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi, Prou. 25.c

Inimicus cum uocem submiserit ne ei credideris, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius, Prou. 26.d

Inimici piorum retrorsum conuertentur, infirmabuntur & peribunt à facie domini, Psa. 9.3.

Inimici mei erubescant conturbentur uehementer, conuertantur & erubescant ualde uelociter, Psal. 6.10.

Inimicorum os loquutum est superbiam, Psalmo. 17.10.

Inimici domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient, Psa. 37.20.

Inimicos nostros in te deo uentilabimus, in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis, Psalmo. 44. 5.

Inimicis meis auerte mala, in ueritate tua disperde illos, Psa. 54.5.

Inimicorum capita confringet deus, uerticem capilli, &c̃. Psa. 68.21.

Inimicus meus si maledixisset mihi, sustinuissem utiq;, &c̃. Psa. 55.12.

Inimici tui domine peribunt, dispergẽtur omnes qui operantur iniquitatem, Psa. 92.9.

Inimicos meos despexit oculus meus, insurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea, Psalmo. 92.11.

Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula, Psa. 80.15.

Inimici tui ô deus sonuerunt, & q oderunt te extulerunt caput, Psa. 83.2.

Inimici dei dissipantur & fugiunt, dum exurgit, Psa. 68.1.

Inimici dei deficiunt sicut fumus, & ut fluit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores à facie eius, Psa. 68. 2.

De inimico mortuo noli gaudere, sciens, quoniã omnes morimur, & in gaudium non uolumus uenire, Eccl'ci 8. b

Inimicus ne fias proximo pro amico, Eccl'ci 6.a

Inimico tuo non credas in æternum: sic enim æramentum eruginat nequitia illius, & si humiliatus uadat curuus, adijce animum tuum, et custodi te ab illo, Eccl'ci 12.b

Inimicum tuum non statuas penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne cõuersus stet in loco tuo, & inquirat cathedram tuam, & tandem cognoscas uerba mea, Eccl'ci 12.c

Inimicus non absconderur in malis, Eccl'ci 12.b

Inimicus una hora tecum permanebit, si declinaueris non supportabit, Eccl'ci 12.c

Inimicus labijs suis indulcat, & corde insidiatur, ut te subuertat in foueam, Eccl'ci 12. c

Inimicus oculis lachrymatur, si tempus inuenerit, non satiabitur sanguine, Eccl'ci 12.d

Inimicus tuus etiam conciliatus, si tibi mala incurrerint, inuenies priorem illic, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas, Eccl'ci 12.d

Ira repleti sunt oẽs in synagoga contra Christum,

Ira dei reuelatur de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui ueritatem dei detinent in iniuſtitia, Rom. 1.c
Ira & indignatio dei rependetur ijs, q ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt ueritati, credunt autem iniquitati, Rom. 2.b
Irę date locum, quia ſcriptum eſt: Mihi uindictam & ego retribuam, dicit dominus, Rom. 12.d
Iræ filij eramus natura, ſicut & cæteri, Eph. 2.a
Super iracundiam ueſtram ſol non occidat, Epheſ. 4.f
Ira dei uenit in filios diffidentię propter uerba inania, Eph. 5.b
Ira dei uenit in filios incredulitatis propter fornicationem, immundiciam, concupiſcentiam malam, & auaritiam, Col. 3.a
Ab ira uentura eripuit nos Chriſtus, 1. Theſſ. 1.d
In iram deus nō nos poſuit, ſed in acquiſitionem ſalutis per Chriſtum dominum, 1. Theſſ. 5.b
Ad iram ſit omnis homo tardus: ira enim uiri iuſtitiam dei non operatur, Iac. 1.c
Ira tua aduenit gentibus iratis, Ap. 11.d
Iracundus uir prouocatrixas, qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas, Prou. 15.c
¶Irad filius Henoch pater Mauiael, Gen. 4.d
¶Ira Iairites erat ſacerdos Dauid, id eſt primus & magnus in conſilijs, 2. Reg. 20.g
Ira Iethrites fortium Dauid unus, 2. Reg. 23.d
Ira filius Acces Thecuites uir fortis, 1. Par. 11.f
Ira Iethręus, 1. Par. 11.g
¶Irai familia in tribu Beniamin, 1. Par. 7.b

¶*Iris*

Iridis arcus in nubibus ſignum fœderis, Geneſis 9.c
Iris erat in circuitu ſedis, ſimilis uiſioni ſmaragdinæ, Apo. 4.a
Iris in capite angeli, Apo. 10.a

¶*Irrigare.*

Irrigatio terræ à domino ordinata, Gen. 2.a
Irrigatur fluuio paradiſus, Gen. 2.b
Irriguum ſuperius & inferius dedit Caleb Axæ filiæ, Ioſ. 15.d
Irrigua Aegypti flaccentia erunt, omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces, Iſa. 19.b

¶*Irridere.*

Irriſus ab amico ſuo deum inuocabit, & exaudietur, Iob 12.a
Non irrideas hominem in amaritudine animæ: eſt enim qui humiliat, & exaltat circumſpector deus, Eccl'ci 7.b
Irruebant in eum ut tangerent, quotquot habebāt plagas, Mar. 3.b
¶Ire ad dextram & ſiniſtram, Gen. 24.f

¶*Iſaac.*

Iſaac nominatus antequam conceptus, Gen. 17.c
Iſaac dicitur à patre Abraham filius Saræ, Geneſis 21.a
Iſaac riſus interpretatur, Gen. 21.a

Iſaac creuit & ablactatur cum conuiuio, Geneſis 21.a
Iſaac circumciſus octauo die, Gen. 21.a
Iſaac uocandus dicitur ſemen Abrahæ, Gen. 21.b
Iſaac immolari iubetur à deo per patrem, Geneſis 22.a
Iſaac ducitur ad mortem ligna baiulās, Gen. 22.a
Iſaac typus Chriſti in uictima holocauſti, & crucis baiulatione, Gen. 22.b
Iſaac colligatus à patre, & poſitus in ſtruem lignorum, Gen. 22.b
Iſaac quærit de uictima holocauſti, Gen. 22.b
Iſaac liberatur à morte à domino, Gen. 22.c
Iſaaco dedit omnia quæ poſſederat pater, Geneſis 24.d
Iſaac deambulans ad puteum uiuentis & uidentis, Gen. 24.g
Iſaac dolorem de matris morte mitigauit amore Rebeccæ uxoris, Gen. 24.g
Iſaac meditatur in agro ſolus ad ueſperam, Geneſis 24.g
Iſaac dominus dicitur à ſeruo Abrahæ, Gen. 24.g
Iſaac accipit Rebeccam in uxorem, Gen. 24.g
Iſaac uxor à domino præparata, qualis eſſe debuerit, Gen. 24.b.e
Iſaac ſemen augendum promittitur, ut ſtellę cœli, Gen. 26.a
Iſaac benedictus à domino poſt mortem Abraham, Gen. 25.a
Iſaac habitat ſecus puteum uiuentis & uidentis, Gen. 25.a
Iſaac iubetur quieſcere, & ambulare ad uerbum domini, Gen. 26.a
Iſaac prohibetur à deo ingredi in Aegyptum, Geneſis 26.a
Iſaac deprecatur pro uxore Rebecca ſterili, Geneſis 25.c
Iſaac filius Abrahæ 40. annorum, accepit Rebeccam ſororem Laban, Gen. 25.c
Iſaac ſexagenario naſcuntur paruuli, Gen. 25.d
Iſaac ob uenationes diligit Eſau, Gen. 25.d
Iſaac uenit ad Abimelech ad Gerara, Gen. 26.a.b
Iſaac ſemine benedicentur omnes gentes terræ, Gen. 26.a
Iſaac iocatur cum Rebecca uidente rege, Geneſis 26.b
Iſaac mendacium fingit in periculo mortis, Geneſis 26.b
Iſaac iubetur diſcedere à Palæſtinis, Gen. 26.c
Iſaac ſeminans centuplum inuenit, Gen. 26.c
Iſaac uenit ad torrentem Geraræ, Gen. 26.d
Iſaac nominat uxorem Rebeccam ſororem, Geneſis 26.a
Iſaac arguitur mendacij ab Abimelech, Ge. 26.b
Iſaac benedictione domini locupletatus ualde, Gen. 26.c
Iſaac ibat proficiſcēs ac ſuccreſcens, ut magnus fieret, Gen. 26.c

Isaac diuitiæ, oues, armenta, familiæ, Gen. 26.c
Isaac puteos alios fodit, & appellat nominibus, Gen. 26.d
Isaac gratias deo agit pro puteis et dilatatione sui, Gen. 26.e
Isaac consolatur promissis patri à domino, Genesis 26.e
Isaac consolatus altare ædificat, Gen. 26.e
Isaac ascendit ad Bersabee à Gerara, Gen. 26.e
Isaac facit conuuium ipsi Abimelech, Gen. 26.g
Isaac dimisit cum pace Abimelech cum suis, Genesis 26.g
Isaac patitur Philisthinorum inuidiam, Gen. 26.c
Isaac in pace & illesus dimissis à se Palæstinis, Genesis 26. f
Isaac extendit tabernaculum in Bersabee, Genesis 26.f
Isaac puteum fodi mandat seruis in Bersabee, Genes. 26.f
Isaac expostulat cum Abimelech & amicis, Genes. 26. f
Isaac luculenter uisus est deo charus esse, Gen. 26.f
Isaac amicitiam ambiunt gentiles, Gen. 26.f
Isaac patri Esau obsequi desiderat pro benedictione, Gen. 27.a
Isaac benedicere cupit maiori filio Esau, Genesis 27.a
Isaac seni caligant oculi, Gen. 27.a
Isaac uocat Esau, iniungit uenationem, ut benedictionem largiatur maiori natu, Gen. 27.a
Isaac desyderat delicatos cibos ex uenatione, Genesis 27.a
Isaac moriturum uult Rebecca benedicere Iacobum, Gen. 27.b
Isaac cœcus & auditui diffidens, tactu uult certior fieri, Gen. 27. c
Isaac diuina uoluntate & hominum calliditate decipitur, ut fiat quod fieri debuit, Gen. 27.c
Isaac omnino benedicere deliberat Esau, non Iacobum, sed domino aliud placuit, Gen. 27.c
Isaac subdubitat de filij obedientia tam festina, Gen. 27.c
Isaac deceptus quærit quid factum sit, Gen. 27.e
Isaac expauit supra modum, & benedictionem semel datam habet pro irreuocabili, Gen. 27.e
Isaac benedicit secundo Iacob dimittẽdum in Mesopotamiam, Gen. 28.a
Isaac sepelierunt Esau & Iacob, Gen. 35.d
Isaac uixit 180. annis, obijt senex, Gen. 35.d
Isaac dedi Abrahæ, & eisdem dedi Iacob & Esau, Ios. 24.a
Isaac eodem modo fecit propter Abrahã patrem eius, Eccl'ci 44.d
Isaac benedictionem omnium gentium dedit illi dominus, & testamentum suum confirmauit super caput Iacob, Eccl'ci 44.d
Isaac filius Abrahæ, pater Iacob, Mat. 1. a, Luc 3. g
Isaac genitus post Abrahæ circumcisionẽ, & ipse circumcisus octauo die, &c. Acto. 7.b
Isaac per fidem benedixit Iacob & Esau, Heb. 11.d
Iacob moriens filios benedixit, Heb. 11.d

¶*Isaar.*

Isaar filij Core, Nepheg, Zechri, Exo. 6.c
Isaar filius Caath, Exo. 6. c
Isaar filius Caath, filij Leui, 1.Par. 6.d
Isaar filiꝰ Caath filium habuit Salomith primum & unum, 1.Par. 23.c

¶*Issachar.*

Issachar filij Thola, Phua, Iob, & Simeron, Gen. 46.b. 1.Par. 7.a
Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, requiem bonam assequitur, terram optimam, tributis seruit, Gen. 49. b
Issachar Leæ filius quintus à mercede dictus, Genes. 30. b
Issachar tribus summa 54400. Num. 1.d
Issachar tribus princeps Nathanael, filius Suar, Num. 1.a
Issachar iuxta Iudam castra habet, numerus pugnatorum 54400. Num. 2. a
Issachar summa sub Eleazar 64300. Num. 26.c
Issachar lætare in tabernaculis tuis, Deut. 33.c
Issachar sors quarta egressa est, Ios. 19.b
Issachar tribus adiuuat Deboram suo exercitu, Iudicum 5.b
Issachar ex tribu fuit iudex Thola, Iud. 10.a
Issachar princeps tributorũ Salomonis, 3.Re. 4.b
Issachar porta Ierusalem una ad Austrum, Ezech. 48. d
Issachar à plaga Orientis ad mare, Eze. 48.d
Issachar cognationes fratres Ozi habebãt 87000. 1.Par. 7. b
De Issachar uiri eruditi & circumspecti, & aliorũ consiliarij Dauidem sequuti sunt 200. 1.Par. 12. f
Issachar filius Obededom, ianitor 14. 1.Par. 26.a

¶*Isai.*

Isai filius Obed, genuit Dauid, Ruth. 4. d
Isai septem filios suos adduxit coram Samuele, quorum nullus electus est à domino, 1.Regum 16. b
Isai Ephratæus 8. filios habens diebus Saulis, iam senex & grandæuꝰ miserat tres filios in bellum maiores natu, Eliab, Abinadab, & Samma, 1. Reg. 17. b. c
Isai primogenitus Eliab, secundus Abinadab, tertius Simmaa, quartus Nathanael, quintus Raddai, sextus Asom, septimus Dauid, quorum sorores Saruia & Abigail, 1.Par. 2. b

¶*Isaias.*

Isaias filius Amoz ad Ezechiam mittit, exauditas denuncians orationes eius, 4.Reg. 19.d
Isaiæ orationibus dominus reduxit umbram per lineas decem, quibus descenderat in horologio Achas, 4. Reg. 20. b
Isaias ait: Ecce ego, mitte me, Isa. 6.c

Isaias increpat Ezechiam regem de thesaurorum suorum ostensione Babylonicis nuncijs, 4.Regum 20.c
Isaias filius Rahabia pater Ioram, 1.Para.26.d
Isaias propheta & rex Ezechias orant contra Assyrium ad deum, & in cœlum uociferantur, 2.Paralip.32.e
Isaias filius amoz descripsit gesta Ezechiæ, 2.Paralip.32.g
Isaias filius Athaliæ cum 70.uenit cum Esdra, Esdræ 8.a
Isaias de filijs Merari cum fratribus 20. de Chasphia, Esd. 8.d
Isaia de Beniamin ciuis Ierusalem, Nee.11.b
Isaias filius Amos, Isa. 1.a
Isaias uisionem uidit super Iudam & Ierusalem, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ, regum Iuda, Isa.1.a
Isaias uidit dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, Isa. 6.a
Isaias ait: Væ mihi, quia tacui, quia uir pollutus labijs ego sum, &c. Isa.6.b
Isaias consolatur regem Achaz ne timeat duos reges Syriæ & Ephraim, quos caudas nominat duas ticionum fumigantium, Isa. 7.a
Isaias ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum, & in portentum in Israel à domino exercituum, qui habitat in monte Sion, Isa. 8.d
Isaias uadit nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum super Aegyptum & Aethiopiam, Isa.20.a
Isaias consolatur Ezechiam de exaudita oratione, & Assyrij regis punienda iactantia & blasphemia, Isa.37.d
Isaias propheta magnus & fidelis in conspectu dei, in cuius diebus retro redijt sol, & addidit regi uitam, Eccl'ci 48.d
Isaias spiritu magno uidit ultima, & consolatus est lugentes in Sion usque in sempiternum, Ecclesiastici 48.d
Isaias ostẽdit futura & abscondita antequam euenirent, Eccl'ci 48.d
Isaias sanctus propheta, cuius in manu deus purgauit Iudam, deiecit castra Assyriorum, contriuit illos angelus domini, Eccl'ci 48.d
Isaiæ prophetia de Christi beneficijs & humilitate, Mat. 12.b
Isaiæ prophetæ liber traditus est Iesu legenti, Lucæ 4.c
Isaias uidit gloriam dei, & loquutus est de eo, Ioan. 12. f
Isaiam prophetam legenti dixit Philippus: Putásne intelligis quæ legis? Act. 8.e
Isaiam quomodo intelligere possum, si non aliquis ostenderit mihi? Act. 8.e
Isaiæ locus quem Eunuchus legebat, erat ex capite 53. Tanquam ouis ad occisionem, &c. Act. 8.f

Isaias bene dixit de Iudæis, Vade ad populum istum, & dic, Aure audietis, & non intelligetis, et uidentes, &c. Act.28.f
Isaias clamat ad Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient, Rom.9.f
¶Isari in cantoribus quarto cum filijs & fratribus 12. 1.Par.25. c
¶Isbaab decimæquartæ uicis sacerdotium, 1.Paralip.24.b

¶*Isboseth.*

Isboseth rex constituitur super Galaad, Assuri, Iezrael, Ephraim, Beniamin, & Israelem, 2.Regum 2.b
Isboseth 40.annorum regnare incipit, duobus regnauit, 2.Reg.2.b
Isboseth reddit Dauidi petenti uxorem Michol filiam Saul, 2. Reg.3.c
Isboseth metuit ipsum Abner, cogiturq; tacere, 2. Reg. 3.b
Isboseth occiditur à Rechab & Baana Berothitis, dormiens in stratu meridie, ostiaria purgante triticum, 2. Reg.4.b
Isboseth occisi caput affertur à latronibus ad Dauid, cuius & ipsi iussu statim occiduntur, 2. Regum 4. c
Isboseth occisus, accusatur ut quærens animam Dauidis falso, quem iccirco dominus occidi uoluerit, 2.Reg.4.c
Isboseth declaratur uir innoxius fuisse, ideo sanguis illius requirendus à uindice se, 2. Regum 4.d
Isboseth caput sepelitur in sepulchro Abner, 2. Reg.4.d

¶*Ismael.*

Ismael interpretatur, quia audierit dominus afflictionem ancillæ, Gen.16.c
Ismael prædicitur homo ferus & bellicosus, Gene.16.c
Ismael nominatus antequam natus, Gen. 16.c
Ismaeli dominus benedicturum se promittit, Gene.17. c
Ismael promittuntur 12.duces & gens magna, Gene.17.c
Ismael natus 86.anno ætatis Abrahæ, Gen. 16.d
Ismaelis tabernacula eregione fratrum, Ge.16.d
Ismael utinam uiuat coram te, Gen.17.c
Ismael 13. annorum circumcisus, Gen.17.d
Ismael irridentem Isaac Sara non fert, Gen.21.a
Ismael ob sitim deficiens abijcitur à matre, Gene.21.b
Ismael faciendus in gentem magnam promittitur, Gen.21. b
Ismael à morte eripitur à deo, & promissionẽ multi seminis recipit, Gen.21.c
Ismael potu reficitur ab Agar, Gen. 21.c
Ismael iuuenis sagittarius, & deus cum eo, Gene.21. c

Ismaelis habitatio in deserto Pharan, Gen.21.c
Ismaelis uxor Aegyptia, Gen.21.c
Ismael iubetur eijci,ne hæres sit, Gen.21.b
Ismaelitis uendunt Iosephum sui fratres, Genesis 37.e
Ismaelis generationes & posteritas, Gen. 25.a
Ismaelis filiorum nomina, facta sunt etiam locorum nomina ad tempus, Gen.25.a
Ismaelis primogenitus Nabaioth, Gen.25.b. 1. Par.1. b
Ismael coram cunctis fratribus suis obijt, Gene.25. b
Ismael uixit 130. annis, & mortuus, Gen.25.b
Ismael habitauit ab Heuila usq; Sur, Gen.25.b
Ismaelitæ inaures habere consueuerunt, Iudicum 8. e
Ismaelitæ dicuntur Madian & Amalec, Iud.8.e
Ismael filius Nathaniæ uenit ad Godoliam, 4. Reg.25. f
Ismael filius Nathaniæ filij Elisama de semine regio,percussit Godoliam, 4. Reg.25.f
Ismael filius Asel de stirpe Saul, 1. Par.8.d
Ismael filius Iohannan centurio, 2.Par.23.a
Ismaelis filios deprædauit Holofernes, Iudith 2.c
Ismael filius Nathaniæ uenit ad Godoliam, Ieremiæ 40. c
Ismael filius Nathaniæ filij Elisama de semine regali, & optimates regis cum decem uiris uenit in Masphath comedere panem cum Godolia, Ier. 41.a
Ismael percussit cum Godolia Iudæos omnes,& Chaldæos , qui erant cum Godolia in Masphath, Ier. 41.a
Ismael captiuas duxit omnes reliquias populi ex Masphath, filias regis, & populum totum, ut duceret eos in terram filiorum Ammon, Ieremiæ 41.c
Ismaelitæ,Moab,Agareni,Gebal,Ammon,Amalec hostes Israelitarum, Psa.83.6.7.
Ismael filius Pheshur duxit alienam, Esd. 10.c
¶Ismiel familia Simeonis, 1.Par.4.f
¶Istemo ciuitas Iuda in montanis, Ios. 15.f

¶*Israel.*

Israelitæ affligendi 400. annis prædicuntur, Gene.15.c
Israel primo dicitur Iacob,quia prçualuit deo, Gene. 32. f
Israelitæ non comedunt neruum, Gen. 32.g
Israel secundo nominatur Iacob à domino, Gene.35.b
Israel repetuntur promissiones à domino, Gene.35.b
Israeli promittuntur reges ex semine, terræ possessio, & multiplicatio, Gen.35.b
Israel profectus uenit ad puteum iuramenti,ubi sacrificans domino per uisionem noctu audit loquentem deum & consolantem, Gen.46.a
Israelitæ constituuntur magistri pecorum regis, Genesis 47. b
Israel adiurat filium Ioseph,ut se sepeliat in sepulchro maiorum, Gen. 47.g
Israel habitauit in Aegypto in terra Gessen, & auctus est nimis, Gen.47.f
Israel uixit in Aegypto decem & septem annis, Gen.47.g
Israel omnes dies uitæ fuerunt centum quadragintaseptem annorum, Gen. 47.g
Israel ad Ioseph aduentum confortatus sedit in lectulo, Gen. 48. a
Israel credit promissionibus diuinis, & benedictioni de multiplicatione posteritatis,& possessione terræ Chanaan, Gen. 48.a
Israelis nomen inuocetur super filios Ioseph, ut filij Israel dicantur, ut Ruben & Simeon, Gene. 48.c
Israel benedicetur in Iosephi filijs, Gen. 48.d
Israel filiorum nomina Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, Beniamin, Dan, Nephthali, Gad, Aser, Exo.1.a
Israelitarum populus multus & fortior nobis, opprimendus est, ne multiplicetur,& bello ingruente è terra egrediatur, Exo. 1.b
Israel afflictus oneribus à magistris operum, Exodi 1.b
Israelitæ tanto magis crescebant, quanto durius opprimebantur, Exo.1. c
Israelitarum uita ad amaritudinem perducta ex operibus duris luti & lateris, Exo.1.c
Israel beneficio obstetricum creuit & confortatur, Exo.1.d
Israelem respexit dominus & cognouit, Exodi 2.d
Israelem educam de terra illa in terram bonam,& spatiosam , fluentem lacte & melle, Exodi 3. b
Israel primogenitus filius meus, Exo. 4.f
Israelitæ audientes se uisitatos à domino,& respexisse illorum afflictionem , proni adorauerunt, Exo.4.g
Israelitæ me non audiunt, quomodo audiet Pharao? Exo. 6.b
Israelem assumam mihi in populum, & ero uester deus,& scietis, quod ego sum dominus deus uester,&c. Exo. 6.b
Israelitæ non acquieuerunt Moysi uerbis & dei promissis, propter angustiam spiritus, & opus durissimum, Exo. 6.b
Israelitę iubentur exire Aegyptum cum omni substantia , ut petierant, sic ut abeuntes benedicant Pharaoni, Exo. 12. e
Israeliticus populus spoliat Aegyptios uasis argenteis, & aureis, & uestibus, nutu dei inclinatos ad commodandum, Exo. 12.e
Israel mansit in Aegypto quadringentis triginta annis, Exo.12.f
Israelitæ circumducti sunt per desertum, non per uiam

uiã terræ Philisthiim, ne pœnitèrent ob bella, & redire cuperent in Aegyptum, Exo. 13.c
Israel coarctati in terra, conclusi deserto existimati à Pharaone, Exo. 14.a
Israelitarum ex fuga Pharao iratus, consultat de persequendis illis, & reducendis in Aegyptum, Exo. 14.b
Israelitæ Pharaonem uidentes timuerunt ualde, clamãtes ad dominum, & contra Moysen murmurantes, Exo. 14.c
Israel in castris super mare erat, Pharaonis exercitus erat in Phihahiroth contra Beelsephon, Exodi 14. c
Israelem fugiamus: dominus enim pugnat pro eis contra nos, Exo. 14.f
Israel timuit dominum, & crediderunt Moysi seruo, Exo. 14.g
Israelitæ perrexerunt per medium ficci maris, & aquæ erant eis pro muro à dextris & sinistris, Exo. 14.g
Israelem liberauit dominus die illa de manu Aegyptiorum, Exo. 14.g
Israel stat ad radicem montis, Exo. 19.c
Israelem deus portauit sua fortitudine ad habitaculum suum sanctum, Exo. 15.c
Israel introducendus & plantandus prædicitur in monte promissæ hæreditatis, Exo. 15.d
Israel ambulauerunt per medium ficci maris, Exodi 15.e
Israelem eductum de Aegypto audit Iethro, Exodi 18.a
Israel à deo portatus ut super alas aquilarum, Exodi 19.a
Israelitæ proni ad malum, putabant deos sibi fieri, quia Moysen perditum crederent, Exodi 32. e
Israel spoliatus ab Aaaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituit, Exodi 32. f
Israel populus luget, audiens dominum non ascensurum cum illis in terram Chanaan, Exodi 33. c
Israel plangit occisos Nadab & Abiu, Leui. 10.b
Israelem separaui uos à cæteris populis, Leuitici 20.d
Israelitæ serui mei sunt, quos redemi de Aegypto, Leuit. 25. g
Israel rogabunt in exilio suo pro peccatis suis, Leuit. 26. g
Israelem in terra hostili non penitus abijcit deus, Leuit. 26. g
Israelem deus non sic despicit ut consummantur, Leuit. 26. g
Israelitarum militarium uirorum totus numerus à 20. anno & supra 603550. Num. 1.f
Israelitarum numerus 630550. Num. 2.d
Israelitas flentes per ostia tentoriorum Moyses audiuit & displicuit, Num. 11. b

Israeliticus populus usquequo mihi detrahet? quo usq; non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? Num. 14. b
Israelem feriam pestilẽtia, & consumam, te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est, Num. 14. b
Israelitis indignis licet dominus ut parcat Moyses orat, ne ab Aegyptijs nomen & gloria domini blasphemetur, Num. 14. c
Israelitæ omnes qui uiderunt maiestatem & signa quæ feci in Aegypto & solitudine, & decies me tentauerunt inobedientes uocimeæ, non uidebunt terram promissam patribus, cui detraxerunt sicut & mihi, Num. 14. d
Israeli propitius fuisti egredientibus de Aegypto usq; ad locum istum, Num. 14. d
Israelitis illis pessimæ multitudini ira faciam, sicut loquutus sum, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur, Numeri 14. f
Israelitæ non accedant ad tabernaculum, ne committant peccatum mortiferum, Num. 18. c
Israel frater Edom, Num. 20. c
Israel prohibitus ab Edom transire suam terram, Num. 20. c
Israel populus uidetur à Balaam de summis silicibus & de collibus consyderatur, Num. 23. b
Israel populus solus habitabit, & inter gentes nõ reputabitur, Num. 23. b
Israel numerum stirpis et puluerem quis nosse potest? Num. 23. b
Israeli similia fiant nouissima mea, & moriatur anima mea morte iustorum, Num. 23. b
Cum Israel non est idolum nec simulachrum, dominus deus eius cum eo est, & clangor uictoriæ regis in illo, Num. 23. c
Israelem eduxit dominus de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rhinocerotis, Num. 23. d
In Israel non est augurium uel diuinatio, Numeri 23. d
Israeli suis temporibus dicetur, quid operatus sit deus, Num. 23. d
Israel populus ut leena consurget, & quasi leo erigetur, non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat, Numeri 23. d
Israelis tentoria ut ualles nemorosæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri prope aquas, fluet aqua de situla eius, &c̃. Num. 24. b
Israelem eduxit deus de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rhinocerotis, Num. 24. b
Israel deuorabunt gentes hostes illius, ossa eorum confringent, & perforabunt sagittis, Numeri 24. b
Israel accumbens dormiuit ut leo, & quasi leena, quam suscitare nullus audebit, Num. 24. b
Israel qui benedixerit tibi erit & ipse benedictus,

qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur, Num. 24.b

Israelis semen erit in aquas multas, Numeri 24. b

Israel fortiter aget, Num. 24.d

Israelis populus fornicatur cum filiabus Moab, euocatus ad earum sacrificia, Num. 25.a

Israel initiatus est Beelphegor adorãdo deos, Numeri 25.a

Israel in Setim morabatur cum Baalam benediceret, Num. 25. a

Israelitarum occisa sunt 24000. propter Madianitidas, Num. 25. b

Israelitarum summa sub Eleazar 601730. Numeri 26. f

Israel multiplicatus est tempore Moysis ut stellæ cœli, Deut. 1.b

Israelis numerus multus, adhuc multiplicari magis optatur à Moyse, Deut. 1.c

Israelis negotia pondus & iurgia Moyses solus sustinere non potest, Deut. 1.c

Israelem portauit deus, ut solet homo gestare paruulum filium suum in omni uia per quam ambulastis, Deut. 1.e

Israel non credidit deo, qui eos præcedebat in uia, & loca monstrauit ubi tentoria figere deberent, nocte per ignem, die columna nubis, Deu. 1.e. Exo. 13.d

Israeli incredulo irascitur dominus & iurat non uisuros se terram bonam, quam promisit præter duos, Deut. 1.f

Israelem plorantẽ coram domino, dominus non exaudit, quia increduli & rebelles, Deutero. no. 1.g

Israeli benedixit dominus in omni opere manuum, nouit illius iter per quadraginta annos, Deut. 2.b

Israeli cohabitauit deus per 40. annos, ut ei nihil defuerit, Deut. 2.b

Israelis fortitudo et terror immittitur populis à domino, Deut. 2.e

Israelis audito nomine populi omnes paueant, & contremiscant in morẽ parturientium, Deutero. 2. e

Super Israelem congregabo mala & sagittas meas complebo in eis, Deut. 32.d

Israelitæ consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo, Deut. 32.d

Israeli immittam dentes bestiarum cum furore serpentium & trahentium super terram, Deutero. 32.d

Israelitas gladius foris uastabit, & intus pauor iuuenem simul et uirginem lactentem cum homine sene, Deut. 32.d

Israelitarum memoriam cessare faciam ex hominibus, Deut. 32.d

Israelitæ possederunt omnem terram Seon regis Amorrhæorum, & terram Og regis Basan ab

Aroer usque ad montem Hermon, Deutero. no. 4. g

Israel audi ceremonias & iudicia quæ loquor, discite & opere complete, Deut. 5.a

Israel populus sapiens & intelligens, gens magna, Deut. 4.a

Israelem eduxit dominus de fornace ferrea Aegypti, ut haberet populum hæreditarium, Deutero. 4. c

Israeliticam gentem deus sibi tulit de medio nationum per tentationes, signa, & portenta, per pugnam & robustam manum, extentum brachium, horribiles uisiones, Deut. 4.e

Israelem te eduxit deus, præcedens in uirtute sua magna ex Aegypto, Deut. 4.f

Israel in tribulatione nouissimo tempore reuerteris ad dominum, & audies uocem eius, Deutero. 4.e

Israelem misericors dominus non dimittet, nec omnino delebit, nec obliuiscetur pacti quod iurauit patribus, Deut. 4.e

Israel non ob multitudinem electus à domino, cum sint omnibus populis pauciores, sed quia dilexit uos dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus uestris, Deut. 7.b

Israel populus sanctus es domino deo tuo, Deutero. 7. b

Israelem elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis terræ, Deutero. 7. b

Israel populus durissimæ ceruicis, Deut. 9.a

Israel deum prouocauit ad iracundiam in solitudine, Deut. 9. a

Israel semper aduersus dominum contendit ab exitu Aegypti usq; ad ingressum in Chanaan, Deut. 9. b

Israel in Horeb prouocauit dominum, ut à domino deleretur, Deut. 9. b

Israel deseruit uelociter uiam mandatorum & legis dei, Deut. 9. b

Israelitę contempsistis imperium domini, non credidistis ei, neq; uocem eius audire uoluistis, &c. Deut. 9. d

Israeli à deo data præcepta & iudicia, quæ facere debent in terra, quã dominus deus patrum uorum daturus est tibi, &c. Deut. 12. a

Israelitarum patribus conglutinatus est dominus, & amauit eos, & elegit semen eorum post eos, Deut. 10. c

Israel timeat dominum deum suum, ambulet in uijs eius, diligat eum, seruiat toto corde, & tota anima, mandata custodiens & ceremonias, &c. Deut. 10. c

Israel in 70. animabus descendit in Aegyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus sicut astra cœli, Deut. 10. d

Israel electus, ut sit populus peculiaris, & excelsior fiat cunctis gentibus, &c. Deut. 26. d

Israel hodie factus es populus domini dei tui, audies uocem eius, & facies mandata & iustitias, quas præcipio tibi hodie, Deut. 27.b
Israel generatio peruersa est & infideles filij, Deutero. 32. c
Israelitæ, puocauerunt me in eo, qui nõ erat deus, & irritauerunt in uanitatibus suis, Deut. 32.c
Israelitas prouocabo in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo eos, Deut. 32.c
Israelem populum dei laudate gentes, quoꝝ sanguinem ulciscetur, & uindictam retribuet in hostes eorum, Deut. 32.f
Israelem rebellem dominus disperdet à summitate terræ usq; ad terminos eius, Deut. 28.g
Israel inobediẽs seruiet in exilio dijs alienis, quos ignorat, lignis & lapidibus, Deut. 28.g
Israelis maledictiones: quære Maledictiones.
Israelis duritia, perfidia, inobedientia per 40. annos, Deut. 29.a
Israel quomodo in Ægypto habitauerit, & per gentes transierit, Deut. 29.b
Israelitico populo qui fuerint adnumerati, dum fœdus cum domino inierunt, Deut. 29.b
Israelem suscitat dominus in populum suum, ut sit dominus deus ipsorum, Deut. 29.b
Israeliticę gentis & terræ mala quanta futura sint, si idololatriam sectaturi sint, Deut. 29.c
Israelitæ de terra eijciendi prædicuntur à Moyse, quasi si iam electi fuissent, Deut. 29.d
Israeli superuenient sermones benedictionum & maledictionum propositarum, Deut. 30.a
Israel tu reuerteris, & audies uocem domini dei tui, & facies oĩa mandata quæ præcipio, Deutero. 30. b
Israelem deus congregabit de cunctis populis, in quos dispersérat, si pœnitentiam egerit, Deutero. 30.a
Israelem dissipatum ad cardines cœli retrahet inde deus, si pœnitentiam egerit, Deut. 30.a
Israel maioris numeri fiet quàm patres, Deutero. 30. b
Israelis cor circumcidet dominus, & cor seminis eius, ut diligat dominum deum suum ex tota anima, &c̃. Deut. 30.b
Israelitarum ductor dominus deus est, quos non dimittet nec derelinquet, Deut. 31.a
Israelitis captiuitatẽ soluet, si reuersi fuerint ad dominum toto corde, Deut. 30.a
Israelitarum filij discant legem & timorem dei, Deut. 31.c
Israel post Moysi mortem prædicitur fornicaturus post deos alienos in terra promissa & exhibita, Deut. 31.d
Israelẽ fornicantem à domino deus derelinquet, faciem ab eo abscondet, deuorari permittet, & in omnia mala præcipitabit rebellem, Deutero. 31.d
Israel dicet, Vere quia non est deus mecum, inuenerunt me hæc mala, Deut. 31.d
Israelem sequentem deos alienos dominus quoq; derelinquet, Deut. 31. d.e
Israel saturatus & incrassatus auertet se ad deos alienos, & seruiet eis, detrahet deo, & irritum faciet pactum, Deut. 31.e
Israelis contentionem & ceruicem durissimam Moyses nouit, Deut. 31.f
Israel Moysis tempore semper contẽtiose egit contra dominum, Deut. 31.g
Israel filij dei peccauerunt deo in sordibus, Deutero. 32.a
Israel generatio praua & peruersa, Deut. 32.a
Israel populе stulte & insipiens, hæccine reddis domino? Deut. 32.a
Israelis pater nunquid dominꝰ est, pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te, Deut. 32.a
Israel populus pars domini est, & Iacob funiculus hæreditatis eius, Deut. 32. b
Israelem deus inuenit in terra deserta, in loco horroris & uastæ solitudinis, Deut. 32.b
Israelem circumduxit deus & docuit, custodiuitq; quasi pupillam oculi sui, Deut. 32.b
Israelem assumpsit deus sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitãs, expandit alas suas, & portauit in humeris suis, Deut. 32.b
Israelis dux fuit solus dominus, & non erat cum eo deus alienus, Deut. 32.b
Israel à deo constitutus super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, & sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, Deutero. 32.b
Israel dilectus incrassatus est et recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, Deut. 32.c
Israel dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo, Deut. 32.c
Israel prouocauerunt dominum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt, Deut. 32. c
Ab Israele abscondam faciem meam, & consyderabo nouissima eorum, Deut. 32.c
Israel habitabit confidenter & solus, Deut. 33. d
Israel beatus tu es, quis similis tui populе, qui saluaris in domino, qui est scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ, negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis, Deut. 33.d
Israel discet, ut sicut cum Moyse fui, ita cum Iosue sim futurus, Ios. 3.b
Israelis introitum non obstupescunt omnes reges Amorrhæorum & Chanaan, Ios. 5. a
Israel natus in deserto, circumcisus non fuerat per 40. annos itineris, Ios. 5.b
Israel qui non audierunt uocem domini, omnes masculini sexus mortui sunt in solitudine per 40. annos, Ios. 5.b
Israel percutitur ab Haitis terga uertens, Iosue 7. a

Israelis populus pertimuit instar aquæ liquefactus percussis quibusdam ab Haitis, Ios. 7.a
Israel prævaricatus est mandatum domini sumendo de anathemate, Ios. 7.a
Israelis peccatum uni imputatur, furtum & mendacium, Ios. 7.b
Israel hostibus terga uertit ob unius peccatum, Iosue 7.b
Israelem persequuntur ciues Hai & Bethel pariter, Ios. 8.c
Israel diuisus in duas partes stat ad montes Garizim & Hebal, ex utraq; parte arcæ in conspectu sacerdotum, Ios. 8.g
Israelis castra integri & sani redierunt in Macedã ad Iosue, Ios. 10.d
Israelis terra diuiditur in montanã, meridianam, Gosen, planitiem occidentalem, montem Israel, campestria, partem montis Seir usq; ad Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon, Ios. 11.c
Israeli se tradiderunt omnes ciuitates, Ios. 11.d
Israelis terra trans Iordanem à torrente Arnon usq; ad montem Hermon, Ios. 12.a
Israelitæ marcent ignauia, & non intrant suas possessiones, quas dominus dederat, Ios. 18.a
Israelitis pax concessa à nationibus, Ios. 21.d
Israelitæ deliberant præliari contra Rubenitas & socios ob altare magnum erectum, Ios. 22.c
Israelitarum zelus pro cultu dei legitimo, Iosue 22.c
Israelitæ placati ex satisfactione Rubenitarum & sociorum eius de altari extructo, Ios. 22.g
Israelitarum unus persequetur hostium mille uiros, Ios. 23.b
Israelitę exhortantur, ut confortentur & soliciti custodiant legẽ dei, & non iurent in nomine deorum, Ios. 23.b
Israel prævaricando disperdetur de terra optima, Ios. 23.d
Israelitarum patres habitauerunt ab initio trans fluuium, Ios. 24.a
Israel habitauit in solitudine multo tempore, Iosue 24.b
Israelem introduxi in terram Amorrhæi trans Iordanem, Ios. 24.b
Israeli datæ urbes, quas non ædificarunt, uineas & oliueta quæ non plantarunt, Ios. 24.c
Israel seruiuit domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, Ios. 24.g
Israelitæ dimisso domino deo patrum seruierunt Baalim & Astaroth, Iud. 2.b
Israelitæ posteri non audierunt mandata dei omnia fecere contraria, Iud. 2.c
Israelitas conuersos audiebat gementes & liberabat de cæde uastantium, Iud. 2.c
Israelitæ liberati per iudices reuertebantur ad mala, sequentes deos alienos, & eis seruientes, Iudicum 2.d
Israelitæ non dimiserunt adinuentiones suas, & uiam durissimã suam, ideo iratus illis est deus, Iud. 2.d
Israelitæ qui opera dei non nouerant, idola adorauerunt, Iudicum 2.b
Israel seruiuit domino temporibus Iosue & seniorum, Iud. 2.b
Israelitæ dominum deserentes dati sunt in manus diripientium & uendentium eos hostibus, Iudicum 2.c
Israelitæ perfidi manu domini percutiebantur, Iudicum 2.c
Israelitæ noluerunt audire iudices, reuocantes eos ab idololatria, Iud. 2.c
Israelem ut erudiret, ideo gentes permisit in terra Chanaan post Iosue, Iud. 3.a
Israel seruiuit octo annis regi Mesopotamię Chusan Rasathaim, Iud. 3.a
Israel seruiuit octo annis regi Syriæ, Iud. 3.a
Israelitæ habitauerunt in medio gentium, & filias earum duxerunt uxores, Iud. 3.a
Israel seruiuit dijs gentium, quas non exterminauerunt, Iud. 3.a
Israelitæ malum fecerunt coram domino, obliti sunt dei sui, Iud. 3.a
Israel seruiuit regi Eglon octodecim annis, Iudicum 3.b
Israel 20. annis oppressus à Iabin rege Chanaan, Iud. 4.a
Israel crescebat quotidie, & forti manu opprimebat Iabin regem Chanaan, Iud. 4.d
Israel multum oppressus in diebus Samgar, donec surgeret Debora, Iud. 5.a
Israelitæ sponte se offerentes ad periculum, dominum benedicant, Iud. 5.a
Israel in 40000. suis non habuit clypeum uel hastam, Iud. 5.a
Israel seminante Madian & Amalec in herbis cuncta uastabant, Iud. 6.a
Israel humiliat⁹ auxilium à domino postulat contra Madianitas, Iud. 6.a
Israelitæ fecerunt sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima loca ad repugnandum, Iud. 6.a
Israel fornicatur cum Baal, & fœdus cum eo percutiunt, Iud. 8.g
Israel non fecit misericordiam cum domo Ierobaal, Iud. 8.g
Israel seruierunt dijs Philisthijm & Ammon, ideo tradidit eos deus in manus Philisthijm & Ammon, Iud. 10.b
Israel oppressi annis 18. ab Ammonitis ultra et cis Iordanem, Iud. 10.b.c
Israelitæ seruierunt Baalim Astaroth, Iud. 10.b
Israelitæ afflicti pœnitent se dominum reliquisse, & seruiuisse Baalim, Iud. 10.c
Israelis pœnitentis oratio, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc nos libera,

bera, Iudicum 10. d
Israel pœnitendo uerbis & factis proijciunt deos alienos, Iud. 10. d
Israel possedit usq; ad Iephtę terram Seon trecentis annis, Iud. 11. e
Israel prævaricãdo subiectus fuit Philisthinis 40. annis, Iud. 13. a
Israel non habebat regẽ, quisq; quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat, Iud. 17. c
In Israel nunquam res talis facta est ex die quo ascenderunt patres de Aegypto, Iud. 19. g
Israelitæ de Dan usq; Bersabee, & de Galaad conuenerunt 40000. peditum numero, Iud. 20. a
Israelitæ confidunt numero & fortitudine contra Beniamin, ideo superantur, quanq; dominum consuluissent, & pugnare iussi fuissent: peccatores enim erãt & superbi contra fratres, Iud. 20. c
Israelitæ in domo domini sedent, flent, confitentur, ieiunant, offerunt, & quærunt quid facto opus, Iud. 20. d
Israelitæ per insidias capiunt Gabaa, & occidunt Beniamitas, Iud. 20. e
Israel plangit deletam tribum Beniamin, Iud. 21. a
Israel plurimum scandalizatus à sacerdotibus impijs, 1. Reg. 2. c
Israel terga uertit Palæstinis, cæsis 4000. uirorum, 1. Reg. 4. a
Israel miratur se cæsum à Palæstinis, 1. Reg. 4. a
Israel cæsus à Palæstinis fugit in tabernacula & facta est plaga nimis 30000. uirorum, 2. Regum 4. b
Israel omnis requieuit post dominum, 1. Regum 7. a
Israel habebat pacem cum Amorrhæo sub Samuele, 1. Reg. 7. d
Israel sibi perpetuo similis in peruicatia, 1. Re. 8. b
Israelitas respexit dominus, & clamor eorum uenit ad dñm, ut regem eis daret Saulẽ, 1. Re. 9. c
Israelitis ingratis obijcit Samuel dei exhibita beneficia in Masphat, 1. Reg. 10. c
Israel peccans domino, ab eo traditur in manus Sisarę magistri militiæ Hasor, Palæstinorum & Moabitarum, 1. Reg. 12. b
Israel abscondit se in speluncis, petris, antris, & cisternis, quidam transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad, 1. Reg. 13. b
Israelitę exacuebant uomeres suos, & ligonẽ, securim, & sarculum, nõ nisi in Palæstina, 1. Re. 13. d
Israelitæ audientes fugam Philisthinorum, congregantur & redeunt ad Saulis exercitum, 1. Reg. 14. c
Israelitæ castrametati sunt super fontem Iezrael, 1. Regum 29. a
Israelitæ fugerunt relinquentes ciuitates suas, & habitauerunt etiam in Philisthijm, 1. Reg. 31. c
Israel recipit Dauidem in regem, 2. Reg. 5. a
Israeli populo meo ponã locum, plantabo eum, non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis affligere eum, 2. Reg. 7. b
Israel gens nobilis in terra, propter quam iuit deus, ut redimeret eam sibi in populum nominatum, quem redemit ex Aegypto gẽtibus & dijs eius, 2. Reg. 7. d
Israel populum tuum firmasti tibi in populum sẽpiternum, & factus es eis in deum, 2. Reg. 7. d
Israel occisus ab exercitu Dauid, usq; ad 20000. uirorum, 2. Reg. 18. b
Israel iactat sibi Dauidem proximiorem decem partibus, 2. Reg. 19. g
Israel cum Iuda contendit, quod non fuerit uocatus ad reducendum Dauid regem, 2. Reg. 19. g
Israelis omnes tribus à Dan usq; Bersabee proteruntur, & à Dauide numerari iubẽtur, 2. Regum 24. a
Israeli repropitiatus est dominus, & plaga cohibita est à terra, 2. Reg. 24. d
Israelitæ arte carent cædendi ligna, quam callent Sidonij, 3. Reg. 5. b
Israel populus dñi est, & hæreditas de Aegypto asserta ex medio fornacis ferreæ, 3. Reg. 8. c. 2. Par. 6. g
Israel etiam in terra captiuitatis inter gentes, domini dei Israel sunt, & exaudiuntur orantes, 3. Regum 8. e. 2. Par. 6. g
Israel uade in tabernacula tua, nunc uide domum tuam Dauid, 3. Reg. 12. d
Israel recessit à domo Dauid usq; in præsens, 3. Regum 12. e
Israel omnis Ieroboam reuersum audiens, uocatum regem constituerunt super omnem Israel, excepta domo Iuda, 3. Reg. 12. e
Israelem percutiet dominus, sicut moueri solet arundo in aqua, & euellet de terra patribus promissa & data, & uentilabit trans flumen, quia lucos fecerunt ad dominum irritandum, 3. Regum 14. d
Israel dispersus uidetur in montibus, quasi oues non habentes pastorem, &c. 3. Reg. 22. c
Israelitarum rex ob literas Naaman uestes scindit, quia iubetur lepram curare, 4. Reg. 5. b
Israel cœpit esse tædio domino deo illis diebus, 4. Reg. 10. g
Israel percutitur ab Hasaele à Iordane contra orientem, tota terra Galaad, Gad, Ruben, Manasse, 4. Reg. 10. g
Israelitæ pacifice habitauerunt in suis tabernaculis sub Ioachas conuerso ad dominum, sed secundum uias Ieroboam, 4. Reg. 13. a
Israeli propitiatur dominus propter afflictionem & consumptionem, 4. Reg. 14. g
Israelis nomen non uoluit delere, sed saluauit eum per manum Ieroboam filij Ioas, 4. Regum 14. g
Israel transfertur in Assyrios in regionem Hala & Habor, iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorum, 4. Reg. 17. a

Israelis captiuitatis causa ad longum describitur, contemptus dei & mandatorum eius, cum ingratitudine & perfidia, 4.Reg.17. a.b

Israel irritauit deum factis suis, & conuersatione gentili, excelsa ædificando, & aras dijs multis, 4.Reg. 17.b

Israeli & Iudæ testificatur dominus per prophetas, ut totam idololatriam detestentur, & sancte uiuant, 4. Reg. 17.b

Israeli irascitur dominus uehementer, & abstulit à conspectu suo, 4. Reg.17.c

Israelis omne semen proiecit dominus, afflixit, tradidit tyrannis ex tempore quo scissus est à domo Dauid, & constituit sibi regem Ieroboam filium Nabath, 4. Reg.17.d

Israelitis fœdus deus percusserat, ut non timerent deos alienos, non colerent, non adorent, non eis immolent, 4. Reg. 17.f

Israel timeat dominum deum, qui eduxit de Aegypto legem dedit, ut semper faciant, nõ timeat deos alienos, 4.Reg.17.g

Israelitas eruet dominus deus de manu omnium inimicorum, si ipsum timeant solum, 4. Regum 17. g

Israel fecit malum & perseuerauit irritare deum ex die qua egressi sunt patres eorum ex Aegypto usq; ad hanc diem, 4. Reg.21.c

Israel indurauit ceruicẽ suam, sicut patres, nolentes audire dominum deum suum, 4.Reg.17.c

Israelitæ abiecerunt legitima dei, & pactum cum patribus initum, & sequuti sunt uanitates, & uane egerunt gentes sequuti uicinas contra dei legem, 4.Reg. 17.c

Israel fecit sibi conflatiles duos uitulos & lucos, & adorauit uniuersam militiam cœli, & seruierunt Baal, cõsecrauerunt filios & filias suas per ignem, 4.Reg.17.c

Israelitas salua de manu impiorum, ut sciant omnia regna terræ, quia tu es dominus deus Israel, 4.Reg.19.d

Israel filij Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Zabulon, Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad, Aser, 1.Par.2.a

Israel uniuersus dinumerat⁹ est, & summa scripta in libro regum Israel & Iuda, 1. Par.9.a

Israelitæ translati in Babylonẽ propter delictum suum, 1.Par.9.a

Israelitæ in campestribus fugiunt Palæstinos, & in Palæstinorum urbibus habitant, 1.Par.10.b

Israel cõgregatus uniuersus à Sihor Aegypti usq; ad Emath, 1.Par.13.b

Israelitæ pauci numero, parui coloni terræ promissæ, 1.Par.16.b

Israelitæ transierunt de gente in gentem, de regno in populum alterum, 1.Par.16.b

Israeli dedi locum in quo habitabit, plantabitur, non commouebitur, nec atteretur à filijs iniquitatis, 1. Par.17.b

Israeli non est similis populus, gens una in terra, ad quam deus perrexit, ut liberaret, & magnificaret, & ditaret hæreditate, 1.Par.17. c

Israelẽ populum tuum posuisti usq; in æternum, & tu factus es deus eius, 1.Par.17.d

Israelis numeratio à Dauid iussa deo displicuit, 1. Par.21.a

Israelis numerus à Ioab inuenitur mille millia, & centum millia uirorum, de Iuda 470000. bellatorum, 1. Par.21.a

Israelitarum 70000. ceciderunt per manum angeli, 1. Par. 21.b

Israeli requiem dedit dominus & habitationem Ierusalem usq; in sempiternum, 1.Par.23.c

Isreela in cantoribus septimo cum filijs & fratribus 12. 1.Par. 25. c

Israelitæ omnes uidebant ignem descendentem de cœlo, & gloriam domini super domum, & corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide adorauerunt, &c̃. 2. Par.7.a

Israel recessit à domo Dauid usq; in diem hanc, 2.Par.10.d

Israel erit multis diebus absq; deo uero, absq; sacerdote, doctore, & absq; lege, 2. Par.15.a

Israelis hostium ingratitudinẽ deo queritur Iosaphat, 2.Par.20.b

Israelitæ remittunt captiuos Iudæos, & nudos uestiunt de spolijs, calceis induunt, cibo & potu reficiunt, oleo ungunt, curam adhibent, imbecillos uehunt usq; ad Iericho, 2.Par.28.c

Israelitę inuitantur ad reuertendum ad dominum deum Abraham, ut reliquiæ quæ euaserant Assyrios seruarentur, 2.Par.30.a

Israelitæ de Ephraim, Manasse, & Zabulon irrident exhortationem Ezechiæ regis ad phase celebrationem, & subsannant, 2.Par.30.b

Israelitæ quidam uiri de Aser & alijs ueniunt ad Ierusalem, in Iuda autem omnes consenserunt præcepto regis, 2. Par.30.b

Israelis pedẽ non faciam moueri de terra patrum, si tamen custodierint præcepta, legem, iudicia, & ceremonias, quæ Moyses prædicauit, 2.Pa.33.b

Israelitarum omnis populus accipit potestatem redeundi de regno Cyri ad Israelis terram, 2.Paralip.36.d

Israelitarum uniuerso populo permittitur ascendere in Iudæam à Cyro, ut ædificet domum domini dei Israel, ipse est deus qui est in Ierusalem, Esd. 1. b

Israelitæ reuersi à transmigratione separauerunt se à coinquinatione gẽtium terræ, ad eos ut quærerent dominum deum Israel, Esd. 6.d

Israelem in seruitute sua non reliquit dominus, Esd. 9.c

Israelem reducet in locum suum, etiamsi abducti fuerint ad extrema cœli, Nee.1.c

Israelitę serui tui, & populus quos redemisti in fortitudine magna, & manu ualida, Nee.1.c

Israelis

Israelis prosperitatem odiunt inuidi gentiles, Neemiæ 2.b
Israel in plateam congregatus, quæ est ante portam aquarum, Nee. 8.a
Israel lætatur lætitia magna, cognita domini uoluntate, ex lege audita & intellecta, Nee. 8.c
Israel conuenit ad ieiunium in saccis & cinere, ob peccatum alienigenarum assumptarum in coniuges, Nee. 9.a
Israel stetit confitendo peccata sua & patrum, Neemiæ 9.a
Israelitæ caput dederunt ut conuerterentur ad seruitutem suam, quasi per contentionem, Neemiæ 9.c
Israelitæ superbe egerunt, indurauerunt ceruices, non audierunt mandata, non recordati sunt mirabilium quæ feceras, Nee. 9.c
Israelitæ tribulationis tempore clamantes ad te, de cœlo audisti eos, dedisti saluatores, Nee. 9.e
Israelitæ cum quiescerent, reuersi sunt ad male agendum, & reliquisti eos hostibus, qui possederunt eos, Nee. 9.e
Israelitas conuersos & clamantes exaudisti, liberastiq; in misericordijs tuis multis temporibus, Nee. 9.f
Israelitas contestatus es, ut redirent ad legẽ tuam, ipsi uero superbe egerunt, non audierunt, in iudicijs tuis peccauerunt, &c. Nee. 9.f
Israel ceperunt urbes munitas, humum pinguem possederunt, domos plenas cunctis bonis, cisternas ab eis fabricatas, &c. Nee. 9.d.e
Israelitæ comederunt, saturati sunt, impinguati, abundauerunt delitijs in bonitate tua magna, Nee. 9.e
Israelitæ prouocauerunt te ad iram, recesserunt, legem proiecerunt post terga, prophetas occiderunt, Nee. 9.e
Israelitas expectasti dies multos contestando per prophetas, non fecisti eos in consumptionem, Nee. 9.f
Israelitarum ingratitudo narratur, Nee. 9.e.f.g
Israelitarum fruges regibus multiplicantur, qui corporibus dominantur & iumentis, Neemiæ 9.g
Israel à tẽporibus patrum in magno peccato semper, 3. Esd. 4.f
Israel propter peccata patitur gladium, captiuitatem, deprædationem, confusionem, 3. Esd. 4.f
Israel omnis redeuntes exceptis seruis & ancillis erant numero 42340. serui horũ & ancillæ 7337. 3. Esd. 5. d
Israel esurientes murmurant contra deum, 4. Esdræ 1. b
Israel me dereliquistis, & ego uos derelinquam, 4. Esd. 1.c
Israeli petenti misericordiam, non miserebor, inuocantes non exaudiam, quia sanguinem effuderunt, 4. Esd. 1.c

Israelis peccata & maiorum in filijs creuerunt, 4. Esd. 1.a
Israel obliti dei sui, dijs alienis sacrificauerunt, 4. Esd. 1.a
Israel dei gratia educti à seruitute consilia domini spreuerunt & irritauerunt, 4. Esd. 1.a
In Israelem omnia mala proijcienda, quoniam non obedierunt legi dei, 4. Esd. 1.a
Israel populus indisciplinatus, 4. Esd. 1.a
Israel non tam me quàm uosipsos dereliquistis, 4. Esd. 1.c
Israelem deus ego rogaui, ut pater filios, mater filias, nutrix paruulos, ut essetis mihi in populum, & ego uobis in deum, 4. Esd. 1.c
Ab Israele non abstulisti cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum, 4. Esd. 3.c
Israelitis omnibus licentia datur redeundi Ierusalem, Esd. 7.b
Israelitarum domus deserta est, proijciam ut uentum stipulam, filij procreationem non facient, tradam populo uenienti, 4. Esd. 1.d
Israelem proijciam à facie mea, oblationes non suscipiam uestras, faciem auertam, 4. Esd. 1.d
Israelitarum dies festos, neomenias, & circumcisiones repudiaui, 4. Esd. 1.d
Israelitarum transgressio contestatur à domino, accusantur filij à matre synagoga, & Christo domino, 4. Esd. 2.a
Israelitis nolentibus seruare testamentum dei promittitur confusio, sterilitas, dispersio, exilium, 4. Esd. 2. a
Israel propter quid datus in opprobrium gentibus, dilecti dei impijs, & lex dei ad interitum, 4. Esd. 4. b
Israelitæ de sæculo pertransiuimus ut locustæ, uita nostra ut stupor & pauor, indigni qui misericordiam consequamur, 4. Esd. 4.b
Israel electus in orbe à deo, uinea, fouea, lilium, riuus, urbs, columba, ouis, populus, lex, & tamẽ traditus multis, 4. Esd. 5.b
Israelem unicum tuum dispersidisti in multis, & conculcauerunt eum infideles, 4. Esd. 5.c
Israelem si odisti populum tuum tuis manibus debet castigari, 4. Esd. 5.c
Israelem an plus dilexisti quàm qui eum fecit? 4. Esd. 5.c
Israel nos populus tuus, quem uocasti primogenitum, unigenitum, æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus gentium, 4. Esd. 6.d
Israelitarum decem tribus à Salmanasar transstatæ trans flumen, proprio tandem consilio terram occupant ulteriorem, ubi dei legitima seruiant, 4. Esd. 13.c
Israelitæ transeunt angustias Euphratis per signa altissimi, q statuit uenas fluminis usq; quo transirent per uiam unius anni & dimidij ad regionem Arsareth, 4. Esd. 13.d
Israel non cognouit beneficia domini & possess-

soris sui ingratiòr boue & asino, Isa. 1.a
Israelem deuorabunt toto ore, ab ortu Syri, ab occasu Palæstini, Isa. 9.c
Israel non est reuersus ad percutientem se, & dominum exercituum non requisierunt, Isa. 9.c
Ab Israele disperdet dominus caput & caudam, incuruantem & deprauantem die una, Isa. 9.c
Israelis adolescentibus non lætabitur dominus, et pupillorum et uiduarum eius non miserebitur, Isa. 9.c
Israelita omnis hypocrita est, & nequam, & uniuersum os loquutum est stultitiam, Isa. 9.d
Israel succenderetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi, Isa. 9.d
Israeli adducet dominus hostes Rasin, Syriam, & Palæstinos, Isa. 9. c
Israelita impius declinabit ad dexteram, et esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur, Isaiæ 9. d
Israel gens fallax, populus furoris domini, ab Assur spoliabitur, & conculcabitur ut lutum platearum, Isa. 10.b
Israelitarum reliquiæ non innitentur super percutientem se Assyrium uel alium, sed innitentur super dominum sanctum Israel in ueritate, Isaiæ 10.e
Israelitarum reliquiæ conuertentur ad deum fortem, Isa. 10. e
Israel si tuus populus fuerit quasi arena maris, ex eo reliquiæ conuertentur, Isa. 10.e
Israelis lumen erit in ignẽ, & sanctus eius in flammam contra Assyrium, Isa. 10.d
Israelis profugos dominus cõgregabit, & dispersos Iuda colliget dominus à quatuor plagis terræ, Isa. 11. c
Israeli adiungetur aduena, & adhærebit domui Iacob, Isa. 14. a
Israelitas tenebunt populi, adducent eos in locum suum, Isa. 14.a
Israel domus possidebit gentes super terram domini in seruos & ancillas, & erunt capiẽtes eos, qui se ceperant, & subijcient exactores suos, Isaiæ 14.a
Israeli dabit dominus requiem à labore & concussione & seruitute dura, qua seruiuit ante Babylonijs, Isa. 14.a
Israelis regnum sicut racemus, & excussio oleæ duarum uel trium oliuarum in summitate rami, &c̃. Isa. 17.b
Israel post calamitatem inclinabitur ad factorem suum, et oculi eius ad sanctum Israel respicient, & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus eius, &c̃. Isa. 17.b
Israelis ciuitates fortes derelictæ erunt sicut aratra & segetes, quæ derelictæ sunt, quia oblita es dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata, Isa. 17.c
Israel plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis, in die plantationis tuæ labrusca, mane semẽ tuum florebit, ablata est messis, & grauiter dolebit, Isa. 17.c
Israel hæreditas mea, Isa. 19.d
Israel erit tertius Aegyptio & Assyrio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituum, Isaiæ 19. d
Israelitæ timebunt & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua, Isa. 20. b
Iudę tribus orientalis limes describitur, Ios.15.a.b
Iudæ possessionis sors & limes descripta, Ios.15.a
Iudæ tribus meridionales urbes, Ios.15.c
Iudas sit in terminis suis ad Austrum, Ios.18. a
Iudas ad Iordanem contingit tribum Nephthali, Ios.19.c
Iud ciuitas in tribu Dan, Ios.19.d
Iudas iubetur à domino ascendere contra Chananæos, Iudic.1.a
Iudas & Simeon consulunt de Chananæo opprimendo in suis sortibus, Iudic.1.a
Iudas auxilio dei montana possedit, Iudic.1.d
Iudas dux belli contra filios Beniamin, Iud.20.c
Iuda tribus sola sequebatur Dauidis regnum, 2. Reg.2.b
Iuda tribus solicitatur ad renouandum Dauidi regnum ante reliquas tribus Israel, 2.Reg.19.c
Iudas iactat sibi proximiorem esse Dauid regem, quanquam nihil munerum dederit, 2.Re.19.g
Iudas malum fecit sub Roboam, dominum irritando in suis peccatis, 3.Reg.14. f
Iudas sub Roboam ædificauit aras, statuas, lucos, excelsa, effœminati secundum abominationes gentium, 3.Reg.14. f
Iudas non custodiuit dei sui mandata, sed ambulauit in erroribus Israel, 4.Reg.17.c
Iudam auferã à facie mea, sicut abstuli Israel propter impietates Manassis, 4.Reg.23.f
Iudæ regnum disperdere noluit deus propter Dauid, cuius lucerna extingui non debebat, 4.Regum 8.e
Iuda filij Her, Onan, Sela, nati de filia Sue Chanaanitidis, 1.Par.2. a
Iuda filij, Phares, Hesron, Charmi, Hur, Sobal, 1. Para.4.a
Iudas in tribu sua principatum habuit Israelis, primogenitura autem cessit Ioseph. 1.Par.5.a
Ex Iuda cum Dauide erant 6800. milites, 1.Paralipom.12. d
De Iuda dominus elegit principem, 1.Para. 28.a
Iuda non totus deletus, quia humiliati sunt, & bona opera inuenta sunt in eo, 2.Par.12.c
Iudam humiliauit deus propter Achas regem, qui deum habuit contemptui, 2.Par.28.c
Iuda & Beniamin cum sacerdotibus & Leuitis surgunt, ut ascendant Hierosolymam, Esd.1.c
Iuda & Beniamin conueniunt triduo in Ierusalem, uigesimo die mensis noni ad plateam, Esdræ 10.b
Iuda Leuita duxit alienam, Esd.10. c
Iudas filius Senua secundus super ciuitatẽ, Neemiæ 11.b
Iuda Leuita rediens cum Zorobabel, Neem.12.a
Iudam suscitemus, & euellamus eum ad nos, & ponamus in medio eius filium Tabeel, Isa.7.b
Iudas abiectis aquis Siloe, assumpsit magis Rasin & filium Romelie, Isa.8. b
Iudæis adducet dominus aquas fluminis, fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, Isa.8. b
Iudas non pugnabit contra Ephraim, Isa.11.d
Iudæ reuelabitur operimentum, & uidebis in die illa armamentarium domus saltus, & scissuras ciuitatis Dauid uidebitis, Isa.22.c
De Iuda domo quod saluatum fuerit radicem deorsum mittet, et faciet fructum sursum, Isa.37.f
Iuda tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus, Iere.3.a
Iuda soror fornicaria, mœchata est cum lapide & ligno, nec est reuersa ad me in toto corde suo, sed in mendacio, ait dominus, Iere.3.c
Iudæ & Ierusalem hostium denunciatur aduentus, hortanturq; ut congregati ingrediantur urbes, & leuent signum in Sion, quia hostis immineat non conuersis ad dominum, Iere.4. b
Iuda et Israel simul uenient de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus uestris, Iere.3. e
Iudæa uastata qd facies, cum te uestieris coccino, cum ornata fueris monili aureo, pinxeris stibio oculos tuos? frustra componeris, Iere.4.g
Iudæam meretricem contempserunt te, amatores tui animam tuam quærent, Iere.4. g
Iudææ & Ierusalem super quo propitius tibi esse potero, filij tui dereliquerunt me, iurant in his qui non sunt dij, saturaui eos, & mœchati sunt, in domo meretricis luxuriabantur, Iere.5.b
Iudææ habitatores longe ego proijciam in hac uice, tribulabo eos ita ut non inueniantur, Ieremiæ 10. c
Iuda audi populе stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non uidetis, aures & non auditis, me ergo non timebitis, ait dominus, à facie mea non dolebitis? Iere.5. e
Iuda domum euellã de medio eorũ q̃ tangunt hæreditatẽ quam distribui populo meo, Iere.12.d
Iuda domui miserebor, reducã eos, uirum ad hæreditatẽ suam, & uirum in terrã suam, Iere.12.d
Iuda superbiam & Ierusalẽ cõputrescere faciam, populum istum pessimum, qui nolunt audire uerba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abeuntes post deos alienos, &c. erunt sicut lumbare inutile, Iere.13.b
Iuda omnis translata est trãsmigratione perfecta, Ierem.13. c
Iuda peccatum scriptum est stilo ferreo, in ungue Adamantino, exaratum sup latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum, Iere.17.a
Iuda tribus distincta in terram Beniamin, campestrem, montuosam, Australem, Iere.17. d
Iuda & Ierusalem cõsilium dissipabo in loco isto Tophet, subuertamq; eos gladio coram hostibus, Ierem.19. b

Iudam omnem dabo in manu regis Babylonis, quam gladio percutiet, Ierem.20. a
Iudas ſedet in Libano, nidificat in cedris, congemiſcet cum uenerint dolores parturientis, Ier.22.f
Iudas in abundãtia ſua domino monenti reſpondet, Non audiam, Ierem.22. f
Iuda ſaluabitur in illis diebus, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomen quod uocabunt eum, dominus iuſtus noſter, Ierem.23.b
Iuda omnis ad Michææ uerba dominum timuerunt, deprecati ſunt eius faciem, et quod locutus dominus fuerat aduerſum eos pœnituit, Ieremiæ 26. f
In Iuda adhuc dicent uerbum iſtud, Cum conuertero captiuitatem eorum, benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus, habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius, ſimul agricolæ & minantes greges, Iere.31.e
In Iudæa et Ieruſalem adhuc audiet uox gaudij & lætitiæ, uox ſponſi & ſponſæ, uox dicentium, Confitemini dño exercituum, quoniam bonus dominus, &c. uox portantium uota in domum domini, &c. Ierem.33. b
Iuda conuerſionem conuertam, & conuerſionem Iſrael ædificabo, eos, ſicut à principio emendabo eos ab omni iniquitate, qua mihi peccauerunt, & propitius ero eis, Ierem.33. b
Iuda ſi audiat uniuerſa mala quæ cogito facere eis, & reuertetur unuſquiſq; à uia ſua mala, & propitius ero iniquitati eorum, & peccato, Ieremiæ 36. a
Iudi legit tres pagellas uel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne uolumen, Ierem.36. e
Iudi filius Nathaniæ, filij Selemiæ, filij Chuſi, Ieremiæ 36. c
Iudam in Aegypto contra domini uerbum habitantem, prædicit conſumendum gladio & fame, à minimo ad maximum, futurum quoq; in miraculum maledictionem & opprobrium, Ieremiæ 44. c
Iuda tranſlatus eſt de terra ſua, Ierem.52. f
Iudas migrauit propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem, Thr.1.a
Iudæ perſequutores apprehenderunt eum inter anguſtias, Thr.1.a
Iuda & terra Iſrael, frumentum primum, balſamum, mel, oleum, & reſinam exhibet Tyro, Ezechielis 27.d
Iuda terram dabo in ſolitudinem, deficiet ſuperba fortitudo eius, deſolabuntur montes Iſrael, &c. Ezech.33.f
Iuda pars una ab ortu ad mare, Ezech.48.a
Iuda porta Ieruſalẽ una ad Aquilonẽ, Ezech.48.d
Iuda domui miſerebor, ſaluabo eos in domino deo ſuo, non in arcu, gladio, bellis, equis uel equitibus, Oſee 1. c
Iuda principes facti ſunt quaſi aſſumentis terminum, ſuper eos effundã quaſi aquam irã meam, Oſee 5. c
Iuda quoq; pone meſſem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei, Oſee 6. d
Cum Iuda iudicium domini & uiſitatio ſuper Iacob, iuxta adinuentiones eius reddet ei, Oſ.12.a
Iudas multiplicauit urbes munitas in quas ignem mittam, & deuorabit ædes illius, Oſee 8.d
Iudas arabit, confringet ſibi ſulcos Iacob, Oſ.10.c
Iudas teſtis deſcendit cum deo, & cum ſanctis fidelis, Oſee 11. d
Iudæ, tribus & quatuor ſceleribus iraſcitur deus, quia legem abiecerit, mandata non cuſtodierit, deceptus ab idolis, &c. Amos 2.a
Iudæ immittam ignem, deuorabit ædes Ieruſalẽ, Amos 2. b
Iuda & Ieruſalem filios uendidiſtis filijs Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus ſuis, Ioelis 3. b
Iuda & Ieruſalem filios ſuſcitabo ego de loco in quo uendidiſtis eos, & conuertam retributionẽ ueſtram in caput ueſtrum, Ioel.3.b
In Iuda filiorum manibus uendam filios ueſtros, & filias, & uenundabunt eos Sabæis genti longinquæ, &c. Ioel.3.b
Iuda celebra feſtiuitates tuas, quia non ultra adijciet ut pertranſeat in te Belial, uniuerſus interijt Sennacherib, Naum 1.d
Iudæa in æternum habitabitur, Ioel.3.d
Iuda reliquiæ paſcentur in domibus Aſcalonis, ad ueſperam requieſcent, Soph.2.b
Iudam uiſitabit dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorum, Soph.2.b
Iudam poſſidebit dominus partem ſuam, in terra ſanctificata, & eliget adhuc in Ieruſalem, Zachariæ 2.d
Iudam extendi mihi quaſi arcum, impleui Ephraim, & ſuſcitabo filios tuos Sion ſup filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium fortium, Zach.9. c
Iuda domum gregem ſuum uiſitabit dominus, poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello, Zach.10.b
Ex Iuda angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prælij, ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul, Zach.10.b
Iuda quaſi fortes erunt, conculcantes lutum uiarum in prælio, & bellabunt, quia dominus cum eis, & confundentur aſcenſores equorum, Zachariæ 10. b
Iudam confortabo, & domum Ioſeph ſaluabo, conuertam eos, quia miſerebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, quando non proieceram eos, &c. Zach.10. b
Iuda erit quaſi fortes Ephraim, lætabitur cor eorum quaſi à uino, filij eorum uidebunt & lætabuntur,

buntur, exultabit cor eorum in dominō, Zacha. 10.c
Iudę ſibilabo, congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos, ſicut ante fuerant multiplicati, Zach. 10.c
Iudam ſeminabo in populos, de longe recordabuntur mei, uiuent cum filijs ſuis, & reuertentur, Zach. 10.c
Iudam reducam de terra Ægypti, & de aſſyrijs congregabo, & ad terram Galaad & Libani adducam eos, & non inuenietur eis locus, Zacha. 10.d
Super Iudam aperiā oculos ſuos, omnem equum populorum percutiam cæcitate, Zach. 12.b
Iuda duces dicent in corde ſuo, Confortentur mihi habitatores Ieruſalē in domino deo eorum, Zach. 12.b
Iuda duces ponam ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dextram & ſiniſtram omnes populos in circuitu, &c. Zach. 12.b
Iuda tabernacula ſaluabit dominus, ſicut à principio, ut non magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitantium contra Iudam, Zac. 12.b
Iuda tranſgreſſus eſt, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Ieruſalem, Mal. 2.c
Iudas contaminauit ſanctificationem domini, quam dilexit, & habuit filiam dei alieni, Malach. 2.c
Iuda principes duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthalim, Pſa. 68. 27.
Iudę ciuitates ædificabuntur, & inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam, Pſa. 69. 35.
In Iudæa notus deus, in Iſrael magnum nomen eius, Pſa. 76. 1.
Iuda tribum elegit, montem Sion quem dilexit, Pſa. 78. 68.
Iudæ filiæ exultauerunt propter iudicia tua domine, Pſa. 97. 8.
Iudas filius Mathathiæ cognomine Machabæus, 1. Mach. 2. a
Iudas Machabæus princeps militiæ conſtituitur à Mathathia patre, 1. Mach. 2. g
Iudæa facta eſt ſanctificatio dei, Iſrael poteſtas eius, Pſa. 114. 2.
Iudæ Machabæi præconia digna, 1. Mach. 3. a
Iudas Machabæus auertit iram ab Iſrael perdēdo impios, 1. Mach. 3. a
Iudas occidit Apollonium cum ſuis, cuius & abſtulit gladium, quo ſemper eſt uſus in prælio, 1. Mach. 3. b
Iudæ Machabæi prælia narrabant omnnes gentes, 1. Mach. 3. c
Iudas Machabæus fiducia in deum cœli animatus, confortatiſq; ſuis Seron principem Syrorū contriuit, 1. Mach. 3. c
Iudas Lyſiam ſecundo uincit, præuia ardenti oratione, plena fidei & exemplis, 1. Mach. 4. d
Iudas animatur contra hoſtes, cum ſuis ordinando exercitum, & orando dei miſericordiam, 1. Mach. 3. f
Iudas in Maſpha cum ſuis militibus humiliter orat, ieiunat, ad fiduciam hortatur, & ordinat exercitum, 1. Mach. 3. f
Iudas formidoloſos & iuxta legem ineptos remittit milites, 1. Mach. 3. g
Iudas cum uiris 3000. qui gladios & tegumenta non habebant, aggreditur immenſum exercitum, 1. Mach. 4. a
Iudas Machabæus oratione & exhortatione munit exercitum, alioqui inermem, 1. Mach. 4. a. b
Iudas Machabæus poſt tutam uictoriam conuertitur ad prædam, 1. Mach. 4. c
Iudas gratias canit deo poſt uictoriam & ſpolia, 1. Mach. 4. c
Iudas finitimas gentes Iſraelem delere quærentes percutit, opera & auxilio fratrum Simonis & Ionathæ, 1. Mach. 5. a
Iudas Machabæus ſancta mundat, altare dedicat, cum omnia conſpexiſſet deſerta in Sion, 1. Macha. 4. d. e
Iudas pugnat contra arcis milites, donec emundarentur ſancta, 1. Mach. 4. e
Iudas & Ionathas defendunt fratres in Galaditide, cum exercitu 8000. uirorum, 1. Mach. 5. b. c
Iudas bellum inchoat clamando in oratione, 1. Mach. 5. d
Iudas poſt magnas uictorias reuertitur ad montem Sion, cum gaudio offerens holocauſta, 1. Mach. 5. f
Iudas & fratres eius ualde magnificati in conſpectu Iſraelis, 1. Mach. 5. g
Iudas accuſatur à falſis Iſraelitis regi nouo, 1. Macha. 6. c
Iudas Machabæus collegit 6000. uiros fideles, 2. Mach. 8. a
Iudæ oratio pro ſe & gente & dei gloria, 2. Macha. 8. a
Iudas non paucas hoſtium ſtrages ædidit, 2. Macha. 8. b
Iudas Machabæus quærit amicitiam & ſocietatem Romanorum contra iugum Græcorum, 1. Mach. 8. c
Iudas hortatur ſuos ad conſtantiam contra Nicanorem, 2. Mach. 8. c
Iudas defectione ſuorum corde frangitur, audacter tamen hoſtibus ſe opponit, cum paucis fugere nolens, 1. Mach. 9. a
Iudæ prælium contra Bachidem & caſus, 1. Macha. 9. b
Iudas ſepultus in Modin cum patre & luctu, 1. Mach. 9. b
Iuda defecto impij conualeſcunt contra pios zelatores legis diuinæ, ſed non prævalent, 1. Macha. 9. c
Iudas filius Calphi adſiſtit Ionathæ, 1. Mach. 11. g

Iudas frater Ioannis uulneratur, 1.Mach. 16.b
Iudæa ſumma pace perfruita eſt ſub Simonis imperio, 1.Mach.14.b
Iudas Machabæus decimus ſeceſſit in deſertum, 2.Mach. 5.d (cha. 6. b
Iudæum nemo ſe ſimpliciter confitebatur, 2.Ma
Iudas Machabæus templum recipit, & ciuitatem, demolitur prophana omnia, templum purgat, ſacrificia offert, &c. 2.Mach.10. a
Iudas Machabæus Idumæorum 20000. trucidat, 2.Mach.10.c
Iudæ Machabæi fratres Simon, Ioſephus, Zacheus, 2.Mach.10.d
Iudas Machabæus in duabus munitionibus plus quàm 20000.peremit, 2.Mach.10.e
Iudas uincit Timotheum,occiſis 20500. militibus & equitibus ſexcentis, 2.Mach.10.f
Iudas proſternit de Timothei exercitu 30000.uirorum, 2.Mach. 12.d
Iudas oblato ſacrificio pro mortuis, ſpem reſurrectionis oſtendit, 2. Mach.12.g
Iudas hortatur, ut ab idolis ſe ſeruent Iudæi,ne à domino puniantur, 2. Mach.12.g
Iudas 12000. drachmas argenti mittit Ieruſalem, offerenda pro peccatis mortuorum ſacrificium, religioſe cogitans de reſurrectione, 2.Machabæo. 12. g
Iudas pugnaturus cõtra Eupatorem orationibus utitur, 2.Mach. 13.c
Iudas interficit in caſtris Antiochi 14000. hominum, 2.Mach. 13.e
Iudas Machabæus fit princeps à Ptolemaide uſq; ad Gerrenos, 2.Mach.13.g
Iudas Machabæus ſperat ſemper in auxilium domini, 2.Mach. 15.b
Iudas Machabæus hortatur populum de lege & prophetis ſermonibus optimis & ſomnio, 2. Mach.15.b
Iudæ ſomnium de Onia & Ieremia, orãtibus ſemper pro populo, 2. Mach.15.c
Iudæ Machabæi oratio pro uictoria contra Nicanorem, 2.Mach.15.e
Iudas filius Iacob genuit Phares & Zarã de Thamar, Mat.1.a
Iudas Iſcarioth qui & tradidit dominum, Matthæi 10.a
Iudas reſpondit,Nunquid ego ſum Rabbi? Matthæi 26.c
Iudas unus de duodecim uenit cum turba, gladijs, fuſtibus,dederatq; illis ſignum,Quem oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum, & confeſtim accedens ad Ieſum,dixit: Aue Rabbi,& oſculatus eſt eum, Mat. 26.e
Iudas damnatum uidens Chriſtum, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, Mat.27.a
Iudas Iſcarioth qui & tradidit illum, Mar.3.c
Iudææ fines peruenit Chriſtus ultra Iordanem, Mar. 10. a

Iudas Iſcariotes abijt ad ſummos ſacerdotes, ut proderet eum illis, Mar. 14.b
Iudas Iſcariotes uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, Mar. 14.e
Iudas pater Ioſeph filius Iohanna, Luc.3.f
Iuda pater Simeon filius Ioſeph, Luc. 3.f
Iudas pater Phares filius Iacob, Luc. 3.g
Iudam Iacobi & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor, Luc.6.c
In Iudæa qui tunc ſunt, obſeſſa Ieruſalem, fugiant in montes, & qui in medio eius,diſcedãt, & qui in regionibus, non intrent in eam, Luc.21.d. Mat. 24.b
Iudas quærebat oportunitatem, ut traderet Ieſum ſine turbis, Luc.22.a
Iudas Iſcariotes unus de 12. abijt ut traderet principibus ſacerdotum, Luc. 22.a
Iudas unus de 12. antecedebat turbam,appropinquabat Ieſu, ut oſculareturr eum, Luc.22.e
Iuda oſculo filium hominis tradis? Luc. 22. e
Iudas Iſcariotes abijt ad ſacerdotes, Quid uultis mihi dare,& ego uobis eum tradam? Mat.26.b
Iudas Simonis Iſcarioth erat eum traditurus, cum eſſet unus ex 12. Ioan. 6.g
Iudæam iterum accedamus, ait Chriſtus, Ioannis 11.a
Iudas Iſcariotes Chriſtum traditur⁹, dicebat: Quare hoc unguentum non uenijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Ioan.12.a
Iudas non hoc dixit, quia ad eum pertineret de egenis,ſed quia fur erat,et loculos habens,ea quæ mittebantur portabat, Ioan.12.a
Iudas quia loculos habebat, putabant diſcipuli Ieſum uoluiſſe,ut emeret neceſſaria ad feſtum, Ioan. 13.d
Iudas, non ille Iſcariotes, dicit: Domine, quid factum eſt,quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Ioan. 14.c
Iudas ſciebat locum ubi frequenter Ieſus conuenerat cum ſuis diſcipulis, Ioan.18.a
Iudas accepta cohorte, & à principibus miniſtris, uenit illuc cum laternis facibus & armis, Ioan. 18.a
Iudas qui tradebat Ieſum ſtabat cum ipſis, Ioan.18.a
Iudas fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius, Act.1.c
Iudas poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, et diffuſa ſunt omnia uiſcera eius, Act. 1.c
Iudas præuaricatus eſt de apoſtolatu, ut abiret in locum ſuum, Act. 1. d
Iudæam & Capadociam, Act.2.b
Iudas Galilæus in diebus profeſſionis populum auertens perijt, & ei conſentientes omnes, Acto. 5. g
Iudas qui cognominatur Barſabas, mittitur à concilio

cilio Hierosolymitano ad Antiochiam, &c. Acto. 15.d

Iudas solus abijt Hierosolymã ab Antiochia, Acto. 15.f

Iudas & Silas prophetæ erant, & fratres consolati sunt, & confirmauerunt Antiochiæ, Act. 15.f

Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, his qui sunt in deo patre dilectis, Iudæa.

Iudæam deduci noluit Paulus per Corinthios, 2. Cor. 1.c

¶*Iudæi.*

Iudæi neruum non comedunt propter Iacob, Gene. 32.f

Iudaice loquitur Rabsaces ad seditionẽ commouendam inter Iudæos in Ierusalem, 4.Re.18.e

Iudæis uæ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, Isa.1.a

Iudæorum terra repleta est idolis, opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, Isa. 2. b

Iudaicum populum tuum domum Iacob proiecisti, quia repleti sunt ut olim, augures habuerunt ut Philisthijm, & pueris alienis adhæserunt, Isaiæ 2.b

Iudæos super quo ultra percutiam, addentes præuaricationem, Isa.1.b

Iudei dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum, Is.1.b

Iudæorum terra deserta, ciuitates uestræ succensæ sunt igni, Isa.1.b

Iudæis nisi dominus exercituum reliquisset semẽ, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus, Isa.1.c

Iudæi Sodoma appellantur & Gomorra, Isa. 1.c

Iudæi confundentur ab idolis suis quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis uelut quercus defluentibus foliis, & uelut hortus absq; aqua, Isa.1.g

Iudæorum manus extentas non respicit, oculos auertit deus, Isa. 1.d

Iudæorum uulnus & liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo, Isa. 1. b

Iudæorum terra repleta est equis, innumerabiles quadrigæ eius, Isa.2.b

Iudæorum hostis non est deficiens, nec laborans in uia, non dormitabit neq; dormiet, nec soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius, Isa.5.g

Iudæorum hostium ungulæ equorum ut silex, rotæ eius quasi impetus tempestatis, Isa.5.g

Iudei obstupescite, admiramini, fluctuate, uacillate, inebriamini, non à uino, mouemini non ab ebrietate, quia miscuit uobis dominus spiritum soporis, Isa.29.c

Iudæorum claudet oculos, prophetas & principes qui uident uisiones operiet, Isa. 29.c

Iudæis erit uisio omnium sicut uerba libri signati, quẽ cum dederint scienti literas, dicet, Lege istum & respondebit, Non possum: signatus est enim, &c. Isa.29. d

Iudaicus populus ore suo appropinquat, et labijs glorificat me, cor autem eius longe est à me, Isaiæ 29. d

Iudæi confusi super populo Aegyptiorum, qui eis prodesse non poterat, Isa.30.a

Iudæi populus ad iracundiam prouocans est, filij mendaces, nolentes audire legem dei, Isa. 30.b

Iudæi dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere uobis ea quæ recta sunt, Isa. 30.b

Iudæi portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros, ad populum qui eis prodesse non poterit, Isa. 30.b

Iudæi dicunt prophetis, Auferte à me uiam, declinate à me semitã, cessет à facie nostra sanctus Israel, Isa. 30.c

Iudaica gens pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non uidens mei oblita es, Isa.57.c

Iudæi me de die in diem quærunt, & scire uias meas uolunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium dei sui non dereliquerit, Isa.58.a

Iudei hypocritæ rogant me iudicia iustitiæ, & deo appropinquare uolunt, &c. Isa.58.a

Ad Iudaicam gentem expandi manus meas tota die, ad populum incredulum, qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, Isa.65.a

Iudaicus populus ad iracundiã prouocat me semper, qui immolat in hortis, in delubris idolorũ dormiunt, &c. Isa.65.a

Iudæi hypocritæ sanctificabantur, mundos se putabant in hortis, post unam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem, simul consumentur dicit dominus, Isa. 66.e

Iudæi arguuntur de fœderibus cum Aegypti regibus & Assyriorum, Ier. 2.d

Iudæos afflixit dominus, quia dereliquerunt dominum, seruierunt dijs alienis, &c. Ier.5.c

Iudaico populo factum est cor incredulum et exasperans, recessерunt et abierunt, & non dixerunt in corde suo, Metuamus dominum deum nostrum, qui dat, &c. Ier.5.f

Iudaica gens hæc est, quæ non audiuit uocem domini dei sui, nec recepit disciplinam, periit fides, & ablata est de ore eorum, Ier.7.f

Iudæi fecerunt malum in oculis meis, posuerunt offendicula sua in domo dei, ut polluerẽt eam, ædificauerunt excelsa Topheth, &c. Ier.7.g

Iudæorum morticinum erit in cibum uolucribus cœli, & bestijs terræ, & non erit qui abigat, Ierem.7.g

Iudæorum excidium ob Christum dominum traditum in manus gentium sub typo Ieremiæ,

Ieremiæ 11. d

Iudæi idololatrę omnes qui reſidui fuerint de hac cognatione peſſima, eligent magis mortē quàm uitam, in uniuerſis locis quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, Ier. 8.b

Iudæos idololatras cibabo abſynthio, potum dabo eis aquam fellis, diſpergam in gētibus, quas non nouerunt ipſi & patres eorum, mittā poſt eum gladium donec conſumantur, Ier. 9.d

Iudæorum fortitudinem & oēs theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa quoq; propter peccata in uniuerſis finibus, Ier. 17.a

Iuda relinqueris ſola ab hęreditate tua, quam dedi tibi, ſeruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras, &c. Ier. 17.a

Iudaicus populus dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & domino non placuit, Ier. 14.b

Iudæos eijce à facie mea & egrediantur, Ieremiæ 15. a

Iudæorum quidam egrediantur ad mortem, quidam ad gladium, quidam ad famē, quidam ad captiuitatē, quatuor ſpecies uiſitabo ſuper eos, Ier. 15. a

Iudæos uiſitabo gladio ad occiſionem, canibus ad lacerandum, uolatilibus cœli & beſtijs terræ ad diſſipandum & deuorandum, &c. Ieremiæ 15. a

Iudæos dabo in feruorem uniuerſis regnis terræ, propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Iuda ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem, Ier. 15. a

Iudæos diſpergam uentilabro in portis terræ, interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à uijs ſuis non ſunt reuerſi, Ier. 15.b

Iudæis præparat deus excidium, ſi pergant male agere toties admoniti, ſi reuertantur à malo, retractat & ipſe decretam plagam, Ier. 18.b

Iudæi dicunt, Deſperauimus, ibimus poſt noſtras cogitationes, iuxta cuiuslibet cordis prauitatem faciemus, Ier. 18.b

Iudæi horribiliora peccant quàm gentes olim, Ierem. 18.c

Iudæi obliti domini dei ſui libant fruſtra, ſæculi ſemitas incedunt, ambulāt non trito itinere ad ſalutem, ideo fit terra eorum in deſolationem, & ſibilum ſempiternum, Ier. 18. c

Iudæi diſpergendi ſicut uentus urens coram inimico, Ier. 18. c

Iudæis dorſum et non faciem oſtendā in die perditionis eorum, Ier. 18. c

Iudæi fiant corruentes in conſpecto tuo, ait Ieremias, in tempore furoris tui abutere eis, Ieremiæ 18. d

Iudæorum filios da, id eſt dabis, in famem, deduc eos in manus gladij, fiant uxores eorum abſq; liberis & uiduæ, uiri earum interficiantur, iuuenes gladio conficiantur, Ier. 18. d

Iudæorum clamor audiatur de domo eorum, latronem induces ſuper eos repēte, quia foderunt

foueam, ut caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis, Ier. 18. d

Iudæi & Ieruſalem expugnandi à Babylonio prędicuntur à Ieremia, Ier. 21. b

Iudæi ab adoleſcentia ſua conſueuerunt uocē domini non audire, Ier. 22. f

Iudæorum reliquias congregabo de omnibus terris, ad quas eiecero illos, conuertam eos ad ruſtra ſua, creſcent & multiplicabuntur, Ier. 23. a

Iudęis reducendis de Babylone dabo cor ut ſciant me, quia ego ſum dominus, erunt mihi in populum, ego ero eis in deum, quia reuertentur ad me in toto corde ſuo, Ier. 24. c

Iudæi rebelles erunt in uexationem & afflictionem, in opprobrium, parabolā, & prouerbium, in maledictionem uniuerſis locis ad quæ eiecti eos, Ier. 24. d

In Iudęos ſub Sedechia mittam gladium, famem, & peſtem, donec conſumantur de terra, quam dedi eis & patribus, Ier. 24. d

Iudææ & uicinarum gentium è terra, perdam uocem gaudij, lætitiæ, ſponſi, & ſponſę, uocem molæ, & lumen lucernæ, quæ & erit uniuerſa in ſolitudinem, Ier. 25. c

Iudæi in Babylone iubentur ædificare domos, plantare hortos, uxores ducere ſibi & proli, parere filios, quia diu ibi habitaturi ſint, Ieremiæ 29. a. b

Iudæos perſequar gladio, fame, peſtilentia, dabo in uexationem uniuerſis regnis terræ, in maledictionem, ſtuporē, ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas eieci eos, eo quod nō audierint uerba mea, &c. Ier. 29. d

Iudæi omnes de uniuerſis locis Moab, Ammon, & Idumææ reuerſi ſunt in Iudæā ad Godoliam ad Maſphath, Ier. 40. d

Iudæorum reliquiæ à Ieremia monentur manere in Iudæa, & non deſcendere in Aegyptum, Ierem. 42. b

Iudæos deſcendentes in Aegyptum ſubſequetur gladius domini, bellum, fames, peſtis, Ieremiæ 42. c

Iudæi Aegyptum petentes erunt in iuſiurandum, in ſtuporem, in maledictum, opprobrium, nec quaquam ultra uidebunt Iudæam, Ier. 42. d

Iudæi ſeſe fuerant obteſtati, ut omnia facerent quę à domino facienda audirent per Ieremiam, Ierem. 42. d

Iudęis habitantibus in Aegypto Ieremias prophetat ex uerbo domini poſt uaſtatam Hieroſolymam & Iudæam, Ier. 44. a

Iudæi etiam diſperſi per Aegyptum non reuocati ſunt ab idololatria exemplo maiorum, tam miſere propterea tractatorum, & totius gentis & patriæ ſuæ exitio, Ier. 44. b

Iudæorum qui habitant Aegyptum nemo redibit in Iudæam, niſi ſi quis gladium fugerit, Ierem. 44. c

Iudæi in omni terra Aegypti abijciuntur à domino, ne sint digni inuocatores nominis diuini, Ierem. 44. f

In Iudæos uigilabit dominus in malum, & non in bonum, ut consumantur omnes uiri Iuda in Aegypto, Ier. 44. g

Iudæi confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium, operuit ignominia facies nostras, quia uenerunt alieni super sanctificationem domus domini, Ier. 51. f

Iudæi Babylonem translati 3023. anno septimo regni Nabuchodonozor, Ier. 52. g

Iudæi in Babylonem translati 745. anno 23. regni Nabuchodonozor, Ier. 52. g

Iudæorũ reliquias in Ierusalem & profugas transtulit in Babylonem magister militum, Ier. 39. c

Iudæos uiros paucos relinquam à gladio fame & pestilentia, ut narrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur, &c. Eze. 12. d

Iudæi qui in ruinis habitant gladio cadent, qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum, qui in præsidijs & speluncis sunt peste morientur, Ezech. 33. f

Iudæus factus est rex, Bel destruxit, draconem interfecit, sacerdotes occidit, Dan. 14. e

Iudæorum abiectio, Osee 1. c

Iudæi ad austrum hæreditabunt montem Esau, Abd. g

Iudæi in campestribus hæreditabunt Philisthijm, Abd. g

Iudæi fimbriam apprehendent decem homines, ex omnibus linguis gentium, dicentes: Ibimus uobiscum: audiuimus enim quoniam deus uobiscum est, Zach. 8. d

Iudæorum rex ubi est qui natus est? Mat. 2. a

Iudæis diuulgatum est Christum furto ablatum à discipulis non resurrexisse, Mat. 28. c

Iudęus cum sis quomodo bibere à me poscis, quę sum mulier Samaritana? Ioan. 4. a

Iudæi non conuntur Samaritanis, Ioan. 4. b

Iudæi persequebantur Iesum, quia sanasset in sabbato, Ioan. 5. c

Iudæi quærebant Christum in die festo, Ioan. 7. b

Iudæis sanatus nunciauit Iesum se sanum fecisse, Ioan. 5. c

Iudæi quærebant interficere Iesum, quia & soluebat sabbatum, & patrem suum dicebat deum, Ioan. 5. c

Iudæi litigabant, quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare ad manducandum? Ioan. 6. f

Iudæi in Iudæa quærebant Iesum interficere, Ioan. 7. a

Iudæi iam conspirauerant, ut si quis confiteretur Iesum esse Christum extra synagogam fieret, Ioan. 9. e

Iudæi circumdederunt Iesum, dicentes: Quousq; animam nostram tollis, si tu es Christus dic nobis palãm, Ioan. 10. e

Iudæi lapides sustulerunt, ut Iesum lapidarent, Ioan. 10. f

Iudæi multi qui uenerant ad Mariã & Martham hæc uidentes, crediderunt in eum, Ioan. 11. f

Iudæorũ multi cognoscentes Iesum illic esse, uenie bant nõ propter Iesum tantum, sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit à mortuis, Ioan. 12. b

Iudæi prætorium non introierunt, ut non contaminarẽtur, sed ut manducarẽt pascha, Ioan. 18. d

Iudæorum rex es tu? Ioan. 18. f

Iudæorum regem me esse à temetipso dicis, an alij tibi dixerunt de me? Ioan. 18. f

Iudæus nunquid ego sum? Ioan. 18. f

Iudæorũ regem uultis uobis dimittã? Ioan. 18. g

Iudæorum rex aue, & dabant ei alapas, Ioan. 19. a

Iudæi adiuuant Iudæos, ascendentes de Babylone in Ierusalem, Esd. 1. c

Iudæi in regno Persarum in cunctis locis adiuuẽt ascendentes Ierusalem auro, argento, & substantia, & pecoribus, Esd. 1. b

Iudæorũ filij qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonozor, & reuersi sunt in Iudæam, unusquisq; in ciuitatem suam, nominantur, Esd. 2. a

Iudæi redeuntes è Babylone numero 42337, Esd. 2. d. Nec. 7. f. 60.

Iudæorum redeuntium è Babylone serui & ancillæ erant numero 7337. Esd. 2. d. Nec. 7. f

Iudæorum redeuntium equi 736. muli 245. cameli 435. asini 6720. Esd. 2. d. Nec. 7. g

Iudæi traditi in manus Babylonis propter peccata à domino, & translati sunt in Babylonem, Esd. 5. c

Iudæi serui dei cœli & terræ, Esd. 5. c

Iudæorum presbyteri quid faciant à me præceptum est, ut sumptus dentur de arca regis, ne opus impediatur, Esd. 6. b

Iudæi ex gentibus redempti, seipsos usuris & iniquis contractibus adigunt ad seruitutem, Neemiæ 5. b

Iudæorũ duces acceperunt à populo in pane uino & pecunia quotidie siclos 40. Nec. 5. d

Iudæi manserunt de Bersabee usq; ad uallem Ennom, Nec. 11. d

Iudæorum filij non Iudaice loqui poterant, sed Azotice, & linguis populorum, Nec. 13. d

Iudæorum summa sub Eleazar 76500. Nu. 26. c

Iudæi accusantur ab Aman, Esth. 3. c

Iudæi orant tota nocte intra ecclesiã, auxilium petentes à domino contra Holofernẽ, Iudith 6. d

Iudæis noua lux orta est, gaudium, honor, & tripudium, Esth. 8. d

Iudaici nominis grandis terror cunctos inuasit, Esth. 8. d

Iudæi interficiunt inimicos plaga magna, Esther 9. a

Iudæi occiderunt intra regnum Assueri hominum 75000. Esth. 9. c

Iudæorũ multi cum gentibus fœdus & teſtamentum ineunt, ut mala effugiant blaſphemantes, 1.Mach.1.b

Iudæi accipiunt ab Antiocho poteſtatem faciendi iuſtitiam gentium, gymnaſium ædificantes Hieroſolymis iuxta leges nationum, 1. Mach. 1.b

Iudęorum 1000. animæ ab Antiochi militibus trucidantur in ſabbato, nolentes pugnare. 1.Ma.2.c

Iudæi occiderunt in Antiochia centum millia hominum, urbẽ ſuccẽderunt, & ſpolia ſuſtulerunt, & liberauerunt Demetrium regem, 1. Ma.11.e

Iudęis ablatum iugum gentium, ut inciperent ſcribere in tabulis & geſtis publicis anno primo Simonis pontificis & ducis, 1.Mach.13.f

Iudæi appellati à Romanis amici, & ſocij, & fratres, 1.Mach.14.f

Iudæis per Aegyptum habitantibus ſcribunt Iudæi Hieroſolymitæ, de morte Antiochi deo gratias agentes, 2. Mach.1.a

Iudæi mancipia uenduntur 90. pro uno talento, 2. Mach. 8.c

Iudæi infeſtantur à Timotheo & ſocijs, 2.Macha.12.a

Iudæi Tubianęi, 2. Mach.12.c

Iudæi uiri religioſi erant habitantes Hieroſolymis ex omni natione quæ ſub cœlo eſt, Act.2.a

Iudæi & proſelyti Hieroſolymis erant, Act. 2.b

Iudęi uiri et qui habitatis Ieruſalem, hoc uobis notum ſit, & auribus percipite uerba mea, Act.2.c

Iudæi impleti ſunt ſtupore & extaſi, in eo quod contigerat claudo à Petro, Act. 3.b

Iudæi audientes Stephani uerba, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum, Acto.7. g

Iudæo abominatum eſt accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit deus, &c̃. Act.10.d

Iudæis ſolis prædicabant primum diſcipuli Chriſtum in Phœnicia, Cypro, et Antiochia, Act.11.c

In Iudæa fratribus eleemoſyna miſſa eſt à diſcipulis de gentibus conuerſis, per manus Barnabæ & Sauli, Act.11.d

Iudæis contradicentibus et blaſphemantibus Pauli prædicationem, excuſſit ueſtes, dicẽs: Sanguis, &c̃. Act.18.b

Iudæi concitauerunt mulieres religioſas & honeſtas, & primos ciuitatis, & excitauerunt perſecutionem in Paulum & Barnabam, Act. 13.d

Iudæis uobis oportebat primum loqui uerbum dei, ſed quoniã illud repellitis, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, Act. 13.d

Iudæis uerbum ſalutis huius miſſum eſt, qui Ieruſalem habitantes Chriſtum ignorantes & prophetas, à Pilato poſtulauerunt crucifigi, Acto.13.d

Iudæi increduli in Iconio, concitauerunt ad iracundiam animas gentium aduerſus fratres, Acto.14.a

Iudæi ſuperuenientes ab Antiochia & Iconio perſuaſis turbis in Lyſtris, Paulum lapidari obtinuerunt, Act.14.c

Iudæorum quidam crediderunt Paulo Theſſalonicæ, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, Act. 17.a

Iudæi cum uiris malis turbauerunt ciuitatẽ Theſſalonicam, Act.17.b

Iudæi Theſſaloniceñ. uerbum dei in Berrhœa prędicatum perſequuntur, Act.17.c

Iudæi nobiliores Theſſalonicæ in Berrhœa uerbum ſuſceperunt domini cum auiditate, Acto.17.c

Iudæi uno animo in Paulum inſurgunt Corinthi, Act. 18.d

Iudæi exorciſtæ tentabant inuocare nomen domini Ieſu ſuper dæmoniacos, quibus dæmon reſpondebat, Ieſum noui, & Paulum ſcio, uos autem qui eſtis? Act.19.c

Iudæorum tot millia ſunt, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis, Act.21.d

Iudæi ex Aſia Paulo manus iniecerunt, et omnem populum concitauerunt, Act. 21.e

Iudæorum inſania & clamor ueſtes proijciẽtium & puluerem iactantium, Act. 22.f

Iudæi conſpirant & ſe deuouent non manducaturos & bibituros, donec Paulum occidant, Acto. 23.c

Iudæorum conſpirantium erãt plus quàm quadraginta, Act. 23.c

Iudæi Aſiani accuſatores Pauli iudicio adeſſe debebant, Acto.24.e

Iudæi exierunt à Paulo multam habentes inter ſe quæſtionem, Acto.28.g

Iudæorum primos conuocauit Paulus Romæ, Acto.28.d

Iudæi non conſentientes diſcedebant, Act.28.f

Iudæorum quidam Romæ Paulo credebant de regno dei differenti ex prophetis, quidam non credebant, Act. 28.f

Iudæo primum & Græco Euangelium in ſalutem eſt, Rom.1.b

Iudæus tu cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti uoluntatẽ eius, & probas utiliora, inſtructus per legem, Rom.2.c

Iudæorum non tantum eſt deus, ſed & gentium, Rom.3.d

Iudæus lege inſtructus confidis te eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentẽ formam ſcientiæ & ueritatis in lege, Rom.2.d

Iudæus eſt non qui in manifeſto circumciſio eſt in carne, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt & circumciſio, Rom. 2.d

Iudæorum laus & circumciſionis cordis eſt, in ſpiritu non litera, nec id ex hominibus, ſed ex deo eſt, Rom.2.d

Pro Iudæis uoluntas cordis mei, & obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem, Rom. 10. a

Iudæis teſtimonium perhibeo, quod æmulationem

nem quidem dei habent, sed non secundum scientiam, Rom. 10.a
Iudæi si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim deus iterum inserere illos, Rom. 11.c
Iudæi secundum naturam inserentur oliuæ suæ, si tu gentilis ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, Rom. 11.c
Iudæi inimici secundum Euãgelium propter uos, secundum autẽ electionem charissimi propter patres, Rom. 11.d
Iudæis crux Christi scandalum est, gentibus stultitia, 1. Cor. 1.d
Iudæi signa quærunt, Græci sapientiam, nos Christum prædicamus crucifixum, 1. Cor. 1.d
Iudæis fit Paulus Iudæus, ut Iudæos lucraretur, 1. Cor. 9.c
Iudæi sensu obtusi sunt ob uelamen Moysis, & legem damnationis, quæ euacuatur, 2. Cor. 3.c
Iudæi uelamẽ habent in lectione ueteris testamenti nondum eis reuelatum, 2. Cor. 3.d
Iudæus cum conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen, 2. Cor. 3.d
Iudaismus Pauli quo ad conuersationẽ, Gal. 1.c
Iudaismo proficiebam supra multos coætaneos meos in genere meo, Gal. 1.c
Iudaizare gentes cur cogis, si tu Iudæus cum sis gentiliter tamen uiuis, & non Iudaice? Gal. 2.c
Iudæi dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos sunt persequuti, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper: peruenit enim ira dei super illos usq; in finem, 1. Thess. 2.c
Iudæi conuersi ad Christum inobedientes multi, uaniloqui, & seductores, quos oportet redargui, Tit. 1.c
Iudæi nunc quærebant te lapidare, & iterum uadis illuc? Ioan. 11.a
Iudæi contradicebant his quæ à Paulo dicebãtur zelo inuidiæ turbas gentium uidentes confluere, Act. 13.g
Iudæi ad Christum cõuersi uniuersas domos subuerrunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, Tit. 1.c
Iudaicis fabulis non attendentes, & mandatis hominum auersantium se à ueritate, Tit. 1.d
Iudæi illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti, in altero socij taliter conuersantium effecti, eorum dierum rememoramini, Heb. 10.f
Iudæorum inobedientium pœnas: uide Maledictiones.

¶*Iudith.*

Iudith filia Beeri uxor Esau, Gen. 26.g
Iudith de tribu Ruben, Iudith 8.a

Iudith maritus fuit Manasses, Iudith 8.a
Iudith uidua filia Merari, filij Idox, Iudith 8.a
Iudith uidua in Bethulia relicta, annis tribus mensibus sex, Iudith 8.a
Iudith elegans dives ex marito, cilicio induta, ieiunabat & orabat semper præter dies solennes, Iudith 8.a
Iudith integra fama, timens dominum ualde, Iudith 8.b
Iudith omnia quæ loquuta es uera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio, Iudith 8.d
Iudith nunc ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens deum, Iudith 8.d
Iudith orans ad dñm humiliter et instãter, adgressa est opus arduum, Iudith 9.a
Iudith post orationem exornat se, ut Holofernem hostem fidelium in dei gloriam superet, Iudith 10.a
Iudith compositio ad ornatum non ex libidine, sed uirtute pendebat, ideo dei nutu incõparabili decore pulchra oĩm oculis apparebat, Iudit. 10.b
Iudith Abram ancillã assumit cum idoneo uictu & uestitu, Iudith 10.b
Iudith deprehensa ab exploratoribus ducitur ad Holofernem, Iudith 10.c
Iudith uerbis seducit Assyrios & specie, Iudit. 10.c
Iudith stupor erat in oculis intuentium, cuius pulchritudinem mirabantur nimis, Iudith 10.d
Iudith adorãs ad terram Holofernem, iubente eo à seruis erigitur, Iudith 10.d
Iudith itineris causam astute Holoferni significãs impio sancte imponit pro salute fidelium, Iudith 11.a
Iudith hospitium accipit in loco thesaurorum Holofernis cum sua ancilla, Iudith 12.a
Iudith cibis tantum uescitur lege promissis, Iudith 12.a
Iudith facultatem petit & accipit, etiam noctu dominum adorãdi extra castra impior, Iudit. 12.b
Iudith in ualle Bethuliæ se baptizat, ut digna oret dominum deum suum, Iudith 12.b
Iudith dominum deum suum colere uult semper & ubiq;, Iudith 11.c
Iudith fœminæ similis nulla sup terrã in aspectu pulchritudine & sensu uerborum, Iudith 11.d
Iudith Holofernẽ uino sepultum proprio pugione capite truncat, Iud. 13.a.b
Iudith & Abra uallem gyrantes ueniunt ad portam Bethuliæ ciuitatis, Iud. 13.b
Iudith hortatur populum suum ad dei laudes ob partã uictoriam minime speratam, Iudith 13.b
Iudith benedicta filia à domino deo excelso præ omnibus mulieribus super terrã, &c. Iudith 13.d
Iudith mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonozor, Iudith 14.d
Iudith benedicitur à pontifice & populo, Iudith 15.c

Iudith accipit à populo opima spolia, quæ fuerãt peculiariter Holofernis, Iudith 15. d
Iudith cantauit domino canticum ob uictoriam, Iudith 16.a.b
Iudith domino consecrauit uasa bellica Holofernis, Iudith 16. c
Iudith præclarior in tota terra Israel, quæ castitatem uirtuti iunxerat, Iudith 16.d
Iudith diebus festis procedens cum magna gloria, Iudith 16. d
Iudith annis centum quinq; uixit, defunctaq; est in Bethulia luctu dierum septem, Iudith 16.d

¶Iudicare.

Iudicat dominus affligentes filios Abrahæ, Gene. 15.c
Iudicet dominus inter me et te, modus est expostulandi in scriptura, Gen.16.b
Iudicat Moyses populum solus à mane ad uesperam, Exo.18. b
Iudica iuste proximo tuo, Leuit. 19.c
Iudicabit dominus fines terræ, 1.Reg.2.b
Iudicat deus seruos suos, impium condemnans, & iustificans iustum, secundum iustitiam retribuens, 3. Reg.8.d. 2.Par.6.d
Iudicare terram dominus ueniet, 1.Par.16.d
Ad iudicandum stat dominus, & stat ad iudicandum populos, Isa.3.c
Iudicasti domine causam animæ meæ, redemptor uitæ meæ, Thr.3.g
Iudicabo eos secundum iudicia eorũ, secundum uiam eorum faciam eis, & scient quia ego dominus, Eze.7.g
Iudicabo unumquemq; iuxta uias suas domus Israel, Eze. 18.g.33.d
Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur, Deut. 32.e
Iudicare nemo audet peccata in terra corrupta neque arguere uirum, Osee 4.b
Iudicatus si fuero, scio quod iustus inueniar, Iob 13. c
Iudicaretur utinam sic uir cum deo, quomodo iudicat filius hominis cum collega suo, Iob 16.b
Iudicat deus populos per nubes, & fulgura, & cardines maris, Iob 36. d
Iudica me secundum iustitiã meam, et secundum innocentiam meam super me, Psa. 7.8.
Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes, Psa. 35.1.
Iudicate recte filij hominum, Psa. 58.1.
Iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperem iustificate, Psa. 82.3.
Iudicabit populos in æquitate, & correxit orbem terræ qui non commouebitur, Psa.96.10.
Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur, Psa. 135.14.
Iudicare nolite & non iudicabimini, Mat. 7. a. Luc. 6. e
Iudicabimini eo iudicio q̃ iudicaueritis, Mat.7.a
Iudicantes duodecim tribus Israel sedebitis, Matthæi 19.d
Iudicatus nunc est qui non credidit in nomine unigeniti filij dei, Ioan. 3.b
Iudico sicut audio, iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, Ioan.5.e
Iudicanti iniuste se tradebat Christus, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, 1. Pet. 2.d
Iudicat pater neminem, omne iudicium dedit filio, Ioan.5. d
Iudicare nolite secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, Ioan.7.d
Iudicare & loqui de uobis multa habeo, &c. Ioan. 8.c
Iudicans ô homo inexcusabilis es, Rom.2.a
Iudicando alterum teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas, Rom. 2.a
Iudicatis uos secundum carnem, ego non iudico quenquam, Ioan. 8.b
Iudicium meum uerum est, si ego iudico, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater, Ioan. 8. b
Iudicabit deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum, Ro.2.c
Quare iudicas tu fratrem tuum, & quare spernis fratrem tuum? Rom.14.b
Iudicabit de°hunc mundum, ergo iust°est, Ro.3.a
Iudicare nõ decet te alienum seruum, Rom.14.a
Iudicate non uos inuicem, sed hoc magis, nec ponatis offendiculum fratri & scandalum, Roma.14.c
Iudicat omnia spiritualis & ipse à nemine iudicatur, 1.Cor. 2.d
Iudicabit dominus consilia cordium, tunc laus erit unicuiq; à deo, 1.Cor.4.a
Iudicare nolite ante tẽpus, quousq; ueniat dominus, qui illuminabit tenebras, 1. Cor. 4.a
Iudicare seipsum homo sanctus etiam non potest, 1.Cor.4.a
Iudicandi gentiles non sunt à Christianis, sed ferendi, 1.Cor.5. d
Iudicari apud iniquos fidelis non ferat, sed apud sanctos, id est Christianos, 1.Cor. 6.a
Iudicabunt sancti de hoc mundo, 1. Cor.6.a
Iudicare potest Christianus inter fratrem & fratrem, 1.Cor.6.b
Iudicare sæcularia possunt Christiani, 1.Cor.6.a
Iudicet uos nemo in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi, Col.2.c.d
Iudicabit dominus populum suum, Heb. 10.f
Iudicabuntur à domino de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum peccatores impij, Iudæ c.
Iudicabuntur murmuratores, querulosi, secundum desyderia sua ambulantes, & os eorum loquitur

quitur superba, mirantes personas quæstus causa, Iudæ c.
Qui iudicas proximum tuum quis es? Iac. 4.c

¶ *Iudex.*

Iudex omnis terræ necessario facit iudicium, Gene. 18.d
Iudices populo instituendi, uiri potentes, deum timẽtes, in quibus sit ueritas, odientes auaritiam, ex quibus sint tribuni, centuriones, & quinquagenarij, & decani, Exo. 18.c
Iudices populi maiores causas referant ad Moysen, & minora tantum iudicent, Exo. 18. d
Iudices & magistros constitues in urbibus per singulas tribus, qui iusto iudicio iudicent, Deutero. 16. d
Iudex non accipies personã, non munera, Deutero. 16. d
Iudices & sacerdotes indicabunt tibi iudicij ueritatem, Deut. 17.b
Iudices suscitauit deus Israelitis conuersis ad dominum, qui eos liberarent, Iud. 2.c
Iudicis boni exemplum præstat Samuel, 1. Re. 12.a
Iudicibus præcepit deus, ut pascant populum dei, 1. Par. 17.a
Iudicibus loquitur Iosaphat, ut agendis inuigilẽt non hominis exercentes iudicium, sed domini, quia quod iudicaueritis in uos redundabit, &c. 2. Par. 19.b
Iudices timorem domini habeãt, & cum diligẽtia cuncta faciãt, cum nõ sit apud deum iniquitas, nec personarũ acceptio, nec cupido munerum, 2. Par. 19. b. c
Iudices tuos restituam ut prius fuerunt, & consilia rios tuos sicut antiquitus, Isa. 1. f
Iudicem prophetam ariolum & senem auferet dominus à Ierusalem, Isa. 3. a
Iudices iniqui gloriã derelinquẽt, incuruabuntur sub uinculo, & cum interfectis cadent, Isa. 10. a
Iudices duo senes cõstituti sunt, à quib⁹ iniquitas egressa est, q uidebant regere populum, Dã. 13. a
Iudices iniquos dominus prodit ad ignominiã, qui innocentes opprimunt, noxios dimittunt, Dan. 13. f
Iudices in Ierusalem lupi uesperi sunt, non relinquebant in mane, Soph. 3. a
Iudex iustitiæ est, qui quod nouit loquitur: qui autem mentitur, testis est fraudulentus, Pro. 12. c
Iudex iustus est deus, fortis et longanimis, non irascitur per singulos dies, Psa. 7. 11.
Iudex est deus, hunc humiliat, et hunc exaltat, Psalmo. 75. 7.
Iudex fieri noli quærere, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua, Ecclesiastici 7. a
Contra iudicem nõ iudices, quoniam secundum quod iustum est iudicat, Eccl'ci 8. c
Iudex sapiẽs iudicabit populum suum, Eccl'ci 10. a

Secundum iudicem populi sic & ministri eius, Eccl'ci 10. a
Iudices singuli quorum non est corruptum cor, memoria illorum in benedictione, & ossa eorũ pullulant de loco suo, ut nomen eorum permaneat in æternum, Eccl'ci 46. c
Iudex non est super deum, neq; intelligens super altissimum, 4. Esd. 7. a
Iudex neminem ueritus, uiduam requirentem pro iustitia sæpe repulit, tandem molestiam euadere cupiens, orantis uindictam exegit, Luc. 18. a
Iudicem suum habet, qui spernit me, & non accipit uerba mea, Ioan. 12. g
Iudicẽ & diuisorem hæreditatum super uos, quis me constituit? Luc. 12. b
Iudicem quis te sup nos constituit? &c. Act. 7. d
Iudex uiuorum & mortuorum à deo constitutus est Christus, Act. 10. g
Iudex omnium deus est, Heb. 12. f
Iudex ministrorum dominus est, 1. Cor. 4. a
Iudex unus est, & legislator qui potest perdere & liberare, Iac. 4. c
Iudex ante ianuam assistit, Iac. 5. b

¶ *Iudicium.*

Iudicium & iustitia uiæ domini sunt, Gen. 18. c
Iudicium necessario facit deus, omnis terrę iudex, Gen. 18. d
Iudicio dei obediunt omnia, spiritus flat, mare inuoluit, submergit impi⁹ ut plumbum, Exo. 15. b
Iudicia hæc sunt quæ præpones, Exo. 21. a
Iudicia & leges dei custodiendæ, quæ faciens homo uiuet in eis, Leu. 18. a
In iudicio iniquum nolite facere, Leuit. 19. g
Iudicium æquum sit inter uos, Leuit. 24. d
Iudicium & præceptum unum erit, tam uobis q̃ aduenis terræ, Num. 15. b
Iudicium iustum iudicẽt populi principes, ut nulla sit distantia personarum, Deut. 1. c
Iudicium dei est, ideo ita paruum principes audiant ut magnum, non accipiant cuius q̃ personã, Deut. 1. c
Iudicium deus facit pupillo & uiduæ, amat peregrinum, Deut. 10. d
Iudicium aduenæ & pupilli nõ peruertes, Deu. 24. c
Iudicium peruertens aduenæ, pupilli, uiduæ maledictus, Deut. 27. d
Iudicia dei sunt oẽs uiæ dei & operã, Deut. 32. a
Iudicia dei oẽia in cõspectu meo sunt, 2. Re. 22. b
Iudicium domini ut incipiat à domo domini tempus est, 1. Pet. 4. d
Iudicium dñi si à nobis incipit, quis finis eorũ qui non credunt dei Euangelio? 1. Pet. 4. d
Iudicium quęrite, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, et uenite & arguite me, Isa. 1. e
Ad iudicium ueniet dominus cum senibus populi sui & principibus eius, Isa. 3. c
Iudicia dei in tota terra memoranda, 1. Par. 16. b

In iudicio exaltabitur dominꝰ exercituum, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia, Isa. 5.d
Iudicium domini cum gẽtibus, iudicatur cum omni carne, impios tradidi gladio, Ier. 25.f
Iudicium ponam in pondere, iustitiam in mensuram, Isa. 28.e
Iudicij dominus deus est, Isa. 30.d
Iudicium habitabit in solitudie, & iustitia in Charmel sedebit, Isa. 32.d
Iudicium uestrum prope facite, afferte si quid fortè habetis, dicit rex Iacob, Isa. 41.f
Iudicium meum cum domino, & opus meum cum deo meo, Isa. 49.a
Iudicium expectauimus & nõ est, salutem & elongata est à nobis, Isa. 59.c
Iudicium conuersum est retrorsum, iustitia longe steit, quia corruit in plateis ueritas, & æquitas non potuit ingredi, Isa. 59.c
Iudicium quia non est uidit dominus, & malum apparuit in oculis eius, Isa. 59.c
Iudicium custodite, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea, ut ueniat, & iustitia ut reueletur, Isa. 56.a
Iudicium diligens ego sum dominus, odio habẽs rapinam in holocaustum, Isa. 61.c
Iudicia loquar cum Iudæis, super malitia eorum qui dereliquerunt me, et libauerunt dijs alienis, &c. Ier. 1.d
Iudicio mecum contendere quid uultis? omnes de reliquistis me dicit dominus, Ier. 2.f
Iudicio contendit deus, & cum filijs Israel discẽptat de ipsorum ingratitudine, Ier. 2.b
Iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, Non peccaui, Ier. 2. g
Iudicium uiri declinat impius, in conspectu uultus altissimi, Thr. 3.e
Iudicium & iustitiã si feceritis inter uirum & proximum eius, habitabo uobiscum, Ier. 7.b
Iudicium & iustitiam facite, liberate ui oppressum de manu calumniatoris, aduenam & pupillum & uiduam nolite contristare, nec inique opprimatis, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto, Ier. 22.a
Iudiciã dei pessima, gladius, fames, bestiæ malæ, & pestilentia, Eze. 14.g
Iudicium uerum facit inter uirum et uirum iustus, Eze. 18. b
Iudicia dei custodit iustus, ut faciat ueritatem, Ezech. 18. b
Iudicia mea custodite, in præceptis meis ambulate, & facite ea, Eze. 20.c
Iudicium cuius est, eidem tradam illud dum ueneri, Christo, Eze. 21.f
Iudicium domini de impijs, uidebunt omnes gentes, Eze. 39.e
Iudicia dei uera super Israel, super Ierusalem, super peccatores, inique agentes, recedentes, inobedientes, Dan. 3.c

In iudicio uero feciſti omnia quę induxiſti super nos, tradens in manus inimicorũ iniquorũ pessimorũ, regi iniusto & pessimo, ultra omnem terram, Dan. 3. c
Iudicium sedit, libri aperti sunt, Dan. 7.d
Iudicium sedebit, ut auferatur potentia, conteratur & dispereat usq; in finem, Dan. 7.g
Iudicium domino cum habitatoribus terrę Israel, Osee 4. a
Iudicia tua quasi lux egredientur, Osee 6.b
Iudicium germinabit quasi amaritudo super sulcos agri, Osee 10. a
Iudicabo sedens in ualle Iosaphat omnes gentes in circuitu, Ioel. 3.c
Iudicium conuertitis in absynthium, iustitiam in terra relinquitis, Amos 5.b
Iudicium in porta constituite, si fortè misereatur dominus deus exercituum dominator, Am. 5.d
Iudicium quasi aqua reuelabitur, & iustitia quasi torrens fortis, Amos 5.g
Iudicium conuertistis in amaritudinẽ, fructum iustitiæ in absynthium, Amos 6.d
Iudicium uocabat ad ignem dominus deus, deuorauit abyssum multã, & comedit simul partem, Amos 7.b
Iudicio contendam aduersus montes, & colles audiant uocem dei, Mich. 6.a
Iudicium domini audiant montes, et fortia fundamenta terræ, quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur, Mich. 6.a
Iudicium non peruenit usq; ad finem, Aba. 1.a
Iudicium uerũ iudicate, misericordiã & miserationes facite unusquisq; cum fratre suo, Zach. 7.c
Iudicio accedã ad uos, et ero testis uelox maleficis, adulteris, & piuris, q calumniãtur mercedẽ mercenarij, humiliãt uiduas et pupillos, opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, &c. Mal. 3.b
Iudicij dies uenit succẽsa quasi caminus, & erunt omnes supbi & omnes facientes impietatẽ stipula, et inflammabit eos dies ueniens, quę non relinquet eis radicem & germen, Mal. 4.a
Iudicij æquitas si quæritur nemo audet promere testimonium dicere, Iob 9.c
Iudicium esse scitote, quoniam ultor iniquitatum gladius est, Iob 19.d
Iudicij diuini tumentes fluctus, timendi semper, quando pondus eius ferri non potest, Iob 31. c
Iudicium cum seruo subire nõ contẽpsi, et cum ancilla, cum disceptarent aduersum me, Iob 31.b
Ad iudicandum cum deus surrexerit qd faciã? & cum quæsierit quid respondebo illi? Iob 31.b
Iudicium eligamus, & inter nos uideamus quid melius, Iob 34.a
Iudicium qui nõ amat, sanari non potest, Iob 34.b
In iudicium domini et ad deum uenire non est ultra in hominis potestate, Iob 34.c
Iudicium num irritum facies dei? & condemnabis me, ut tu iustificeris? Iob 40.a

Iudicium nunquid deus ſupplantat, aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt? Iob 8.a
Iudicia ſunt quaſi uectes urbium, Prou.18.c
Iudicia parata ſunt deriſoribus, & mallei percutientes ſtultorum corporibus, Prou. 19. d
Iudicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat, Prou. 26.b
Iudicium non cogitant uiri mali, qui autẽ inquirunt dominum, animaduertunt oñia, Pro.28.a
Iudicium à domino egreditur ſingulorũ, Pro.29.d
In iudicio non reſurgent impij, Pſa.1.5.
Iudicium meum feciſti & cauſam meam, iudicãs iuſtitiam ſuper thronum ſediſti, Pſa.9.4.
In iudicio parauit deus thronum ſuum, iudicabit orbẽ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia, Pſal.9.7.
Iudicia faciens dominus cognoſcetur, Pſa.9.16.
Iudicium meum prodeat de uultu tuo, oculi tui uideant æquitatem, Pſa.17.2.
Iudicia dei omnia in conſpectu meo, iuſtitias eius non repuli à me, Pſa.18.22.
Iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa, deſyderabilia ſuper aurum & lapidẽ pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum, Pſa.19.9.
Iudicia tua ſeruus tuus cuſtodit, in cuſtodiendis illis retributio multa, Pſa.19.11.
Iudicia tua abyſſus multa, Pſa. 36.6.
Iudicium amat dominus, nõ derelinquet ſanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur, Pſa.37.28.
Iudicium tuum deus regi da, & iuſtitiam tuam filio regis, Pſa.72.1.
Iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti, Pſa.99.4.
Iudicia dñi dei noſtri in uniuerſa terra, Pſa.105.7.
Iudiciorum tuorum memor fui à ſæculo, & conſolatus ſum, Pſa. 119.52.
Iudicium inopis faciet dominus, & uindictã pauperum, Pſa.140.12.
In iudicium non intres cum ſeruo tuo, quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuẽs, Pſalmo. 143.2.
Iudicium conſcriptum faciet dominus, Pſa.149.9.
Iudicij mei memor eſto, ſic æuum erit tuum, mihi heri, & tibi hodie, Eccl'ci 38.c
Iudicium patris audite filij, & ſic facite ut ſalui ſitis, Eccl'ci 3. a
In iudicium adducet te deus, p omnibus his, &c. Eccl'es 11. d
Iudicium quoddam eſt, quod non probatur eſſe bonum, Eccl'ci 19.d
Iudicium incidet qui conatur multa agere, Eccleſiaſtici 29.c
In iudicium adducet deus cuncta quæ fiunt pro omni abſcondito, ſiue bonum ſiue malum ſit, Eccl'es 12.d
Iudicium iniuſtum deus nullum iudicat, neq; rex quiſquam inquiret de his quos deus perdiderit, Sap.12.b
Iudicio domini dei quis reſiſtet, contradicet, uindicabit? Sapientiæ 12.b

Iudicia dei magna ſunt, & inenarrabilia uerba, propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt, Sap.17.a
Iudicia dei ab hominibus uane inquiruntur, 4. Eſd. 4.c
Iudicij in ſede altiſſimus reuelabitur, pertranſibunt miſeriæ, longanimitas congregabitur, 4. Eſd.7. b
Iudicium ſolum remanebit, ueritas ſtabit, fides cõualeſcet, opus ſubſequetur, merces oſtendetur, iuſtitiæ uigilabunt, iniuſtitiæ non dominabuntur, 4.Eſd.7.c
Iudicij dies erit finis temporis huius, initium temporis futuræ immortalitatis, in quo tranſiuit corruptela, ſoluta eſt intẽperantia, abſciſſa eſt incredulitas, creuit iuſtitia, orta eſt ueritas, 4.Eſd.7.c
Iudicij die exacta nemo poterit ſaluare eum quĩ periit, neq; demergere qui uicit, 4.Eſd.7.c
Iudicium poſt mortem ueniet, quando iterum reuiuiſcemus, tunc autem iuſtorum nomina patebunt, & impiorum facta oſtendentur, 4.Eſdræ 14.c
Iudicio qui uult tecum contendere, ut tunicam tollat tuam, dimitte ei & pallium, Mat.5.f
Iudicium amplius accipietis longa oratione orantes, ut domos uiduarum comedatis, Mat.23.b
Iudicium non intrat, ſed tranſit à morte ad uitam, qui audit uerbum meum, & credit patrem, Ioan.5.d
Iudicium faciẽdi poteſtatem dedit pater filio, quia filius hominis eſt, Ioan. 5.e
In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut q non uident uideant, & qui uidẽt cæci fiant, Ioan.9.g
Iudicium mundi nunc eſt, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, Ioan.12.e
De iudicio arguet mundus, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt, Ioann.16.b
Iudicium hoc eſt quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ: erant enim mala opera eorum, Ioan.3.b
Iudicium dei eſt ſecundum ueritatẽ in eos qui talia agunt, Rom. 2. a
Iudicium ô homo non effugies dei, qui iudicas eos qui talia flagitia agunt, & facis ea, Romano. 2.a
Iudicium dei iuſtum, reddet unicuiq; ſecundum opera eius, Rom.2.b
Iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationẽ, Rom. 5. d
Iudicia dei quàm ſunt incomprehenſibilia, & uiæ eius imperueſtigabiles? Rom.11.d
Iudicia habere Chriſtianos inter ſe delictum eſt, 1.Cor.6.b
Iudicij terribilis quædam expectatio, & ignis æmulatio conſumptura eſt aduerſarios, Hebrçorum 10. c

Iudicium faciet dominus cõtra omnes, in sanctis millibus uenietarguere omẽs impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, Iudæ c.
Iudicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam, Iac. 2.b
Iudicium & iustitia in deserto quærebatur, 1. Macha. 2.c
Iudicium ipsius in humilitate sublatum est, Acto. 8.f
Iudicij futuri diem statuit deus per Christum, in quo fidem præbet omnibus, suscitans eum à mortuis, Act. 17.g
Iudicia tua domine omnipotẽs uera & iusta sunt, Apo. 16.b

¶*Iugum.*

Iugum excutiet seruitutis Esau de ceruicibus, Gene. 27. f
Iugum graue Salomonis conqueruntur Israelitę, 3. Reg. 12.b
Iugum graue imposuit uobis pater meus, ego maius imponam, 2. Par. 10.c
Iugum oneris eius, & uirgam humeri eius, sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian, Isa. 9. a
Iugum meum ô Israel confregisti à sæculo, rupisti uincula mea, dicens: Non seruiam, Iere. 2.d
Iugum uigilauit iniquitatum mearum, manu eius conuolutum est, & impositum collo meo, Thr. 1. e
Iugum portare ab adolescentia bonum est uiro, Thr. 3.d
Iugum ferreum posui super collum cunctarũ gentium istarum, ut seruiant regi Babylonis, &c̃. Ierem. 28.d
Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ, Eccl'ci 33.d
Iugum graue creatum est super filios Adam, à die exitus de uentre matris omnium hominum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium, Ecclesiastici 40.a
Iugum meum tollite super uos, & discite, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis, &c̃. Matthæi 11. d
Iugum meum suaue est, & onus meum leue, Matthæi 11.d
Iugum nolite ducere cum infidelibus, 2. Cor. 6.c
Iugum gentium ablatum est ab Israel anno 170. 1. Mach. 13. f
¶Iulius humane tractat Paulum in naui, Actorum 27. a
Iulio centurioni cohortis augustæ Paulus traditur cum reliquis custodijs, ut Italiam pergat, Acto. 27.a

¶*Iumentum.*

Iumenta producuntur è terra, Gen. 1.c
Iumenta in arcam inducta in suo genere, Ge. 6.d
Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus, Leuit. 19.d
Cum iumento uel pecore coiens morte moriatur, pecus quoq; occidite, Leuit. 20.c
Iumentum percutiens reddet aliud, Leuit. 24.d
Iumenta interroga & docebunt te, Iob 12.b
Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, Psa. 73. 22.
Iumentis dat escam ipsorum, pullis coruorum inuocantibus eum, Psa. 147. 9.

¶*Iurare.*

Iurat Abram manus leuando, Gen. 14.d
Iurandum per dominum deum excelsum possessorem cœli & terræ, Gen. 14.d. 24.a
Iurandi & maledicendi modus, Gen. 16.b
Iurat dominus per semetipsum Abrahæ, Ge. 22.d
Iurandum per deum, Gen. 21. c
Iurat Abraham ipsi Abimelech pro se & filijs, ne noceat, Gen. 21.c
Iurant sancti magna religione, Gen. 21.d
Iurandi mos Hebræis, Gen. 24.a.b
Iuramento non ligatur, si perficere nequeat seruus Abrahæ quod promittit, Gen. 24.b.d
Iuramentum ad Abraham etiam ad Isaac dirigitur, Gen. 26.a
Iuramentum petit Abimelech pro amicitia continuanda cum Isaac & posteris, Gen. 26.f
Iuramentum fit mane ab Isaac & Abimelech, Gene. 26.g
Iurare cogitur Esau ab Iacob dum uendit primogenita, Gen. 25.d
Iurat Ioseph per salutem Pharaonis, Gen. 42.c
Iuramentum cum reuerentia faciendum, Gene. 47. g
Iurat Israeli Ioseph sepelire patrẽ in maiorum monumento, Gen. 47.g
Iurabitis nequaquam per nomen deorum externorum, neq; audietur ex ore uestro, Exo. 23.c
Iurans uel asseuerans facere bene uel male, etiam oblitus postea agat pœnitentiam pro peccato, Leuit. 5. a
Iuramentum dei ad patres quos dilexit, Deu. 7.b
Iuramento pollicitam uobis à domino terram lacte & melle manantem ut intrare possitis, mandata eius obseruate, Deut. 11.a
Iusiurandum percutit dominus cum Israel sub Moyse, Deut. 29.b
Iuramentum magni ponderis Israelitis exploratoribus circa Raab, Ios. 2.c
Iuramentum principum multitudo seruauit, quia factum in nomine domini, Ios. 9.c
Iurandum nõ est per nomina deorum falsorum, Ios. 23. b
Iurandi modus, Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, &c̃. Ruth. 1.c
Iuramenti magna religio in Israel, Iud. 21.b.c
Iuramenti transgressionem timuit populus, 1. Reg. 14.d
Iuramentum illicitum non est seruandum, exemplo

plo Dauidis, 1.Regum 25. f
Iuramentum populi dominus audit, & uindicat de templo suo, 3.Reg.8.d 2.Par.6.d
Iurauit dominus exercituum contra Babylonem, se quæ præposuit perfecturum, Isa.14.e
Iurans in terra iurabit in deo, Amen. Isa.65.a
In iuramentum electis meis dimitteris nomen uestrum, Isa.65. c
Iurauit dominus deus exercituum per animam suam, Ierem.51.b
Iurabis, uiuit dominus, in ueritate & in iudicio & in iustitia, Ierem.4. a
Iurauit dominus deus in anima sua, dicit dominus deus exercituum, Amos 6. b
Iurauit dominus in superbiam Iacob, Si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum, Amos 8.b
Iurauí tibi Ierusalē, ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi, Ezech.16. a
Iurantes in delicto Samariæ, dicentes: Viuit deus tuus Dan, uiuit uia Bersabee, & cadent & non resurgent ultra, Amos 8.d
Iuramenta tua quæ locutus es suscitans suscitabis, Abac.3.b
Iurantes in domino & in Melchom disperdendi, Soph.1.b
Iurandum proximo fine deceptione, Psal.15.4.
Iurauit dominus & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi zedech, Psal.110. 4.
Iurauit dominus ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam, Psal.132.11.
Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa, Eccl'ci 23.b
Iurans & nominans, in toto à peccato non purgabitur, sicut nec seruus assidue interrogatus, à liuore non minuitur, Eccl'ci 23. b
Iurans multum implebitur iniquitate, & non discedet plaga à domo illius, Eccl'ci 23.b
Iurans si fratrem frustrauerit, delictum illius super ipsum erit, si dissimulauerit delinquet dupliciter, Eccl'ci 23. b
Iurans in uacuum non iustificabitur, replebitur enim domus illius retributione, Eccl'ci 23.b
Iurantium non est uirtus, sed peccantium pœna perambulat super iniustorum præuaricationē, Sap.14. d
Non periurabis, Matth.5. f
Non iurare omnino, neq; per cœlum neq; p terram, neque per Hierosolymam, nec per caput, Matth.5. f
Iuramenta tua domino reddas, Matth.5. f
Iurans in altari nihil est uobis, sed qui iurat in dono quod est super illud, debet, Matth.23.b
Iurans per templum nihil est uestro iudicio, sed iurans per templi aurum debitor est, Matth. 23.b
Iurans in altari iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt, Matth.23. c
Iurans in templo iurat in eo qui illud inhabitat, Matth.23. c
Iurans in cœlo iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum, Matth.23. c
Iurauit Herodes, quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei, &c. Marc.6.d
Iurisiurandi gratia & propter discumbentes, noluit saltatricem contristare, sed misso speculatore, præcepit afferri in disco caput Ioannis Baptistæ, Marc.6.d
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, Luc.1.g
Iurat Paulus: Ecce coram deo, quia non mentior, Gal.1. d
Iurauit deus in ira sua, Si introibunt in requiem meam, Hebr.3.c
Iurant homines per maiorem, & omnis controuersiæ eorum finis ad consummationem est iuramentum, Hebr.6.c
Iusiurandum interposuit deus, abundantius uolens ostendere hæredibus pollicitationis immobilitatem consilij sui, Hebr.6.d
Iurauit deus Abrahæ, dicens: Nisi benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo te, Hebræorum 6. c
Iurare nolite fratres, neq; per cœlum, neq; per terram, nec aliud quodcunq; iuramētum, Iaco.5.c
Iurauit angelus per uiuentem in sæcula sæculorū, quia tempus non erit amplius, Apoc.10.b.c

¶ *Iurgium.*

Iurgium propter puteos & uiuam aquam Isaac, Gene.26. d
Iurgium non sit inter fratres, Gene.13.b
Iurgia semper sunt inter superbos, Prou.13. b
Iurgia malus semper quærit, angelus autem crudelis mittetur contra eum, Prou.17.b
In iurgio cito ne proferas, ne postea emendare nō possis, cum amicum dehonestaueris, Pro. 25.a

¶ *Iustus.*

Iustum uidet deus Noe in sua generatione, Genesis 7. a
Iustum non perdit deus cum impio, Gen. 18.c
Iustus non fit coram deo ut impius, Gen.18.c
Iusti quinquaginta seruabunt Sodomam, Genesis 18.d
Iusti quadraginta quinq; liberabunt Sodomam, Gene.18. d
Iustos excusat ignorantia, Gen.20.a
Iustorum morte moriatur anima mea, Nu.23.b
Iustum quod est, iudicare debent principes populi, ciui, & peregrino, et audiendi à populo, Deuteronom.1. c
Iuste quod iustum est exequaris, ut uiuas & terrā possideas, Deut.16. d
Iusto iustitiæ palma danda est, Deut.25.a
Iustus est dominus, aiunt rex Roboam & principes eius, 2.Par.12. b

Iusto dicite, Quoniam bene, quoniã fructum adinuentionum suarum comedet, Isa.3.b
Iustus persequetur gentes, transibit in pace, semita in eius pedibus non apparebit, Isa.41.a
Iustum quis ab oriente suscitauit, uocauit ut sequeretur se, Isa.41.a
Iustum qui sequimini audite me, & qui quæritis dominum, Isa.51.a
Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo, & uiri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus est iustus, Isa.57.a
Iustus meus prope est, egressus est saluator meus, Isa.51.b
Iustum qui scitis audite, populus meus lex mea in corde eorum, Isa.51.c
Iustus seruus meus in scientia sua iustificabit multos, & iniquitates eorum ipse Christus portabit, Isa.53.d
Iusti sunt omnes populi Ierusalem, in perpetuum hæreditabunt terram, &c̃. Isa.60.d
Iustus Ierusalem Christus dominus est, Messias scilicet, Isa.62.a
Iustus Ierusalem egredietur ut splendor, & saluator ut lampas accendetur, Isa.62.a
Iustum tuum uidebunt gentes, & cuncti reges inclytum tuum, &c̃. Isa.62.a
Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum, sed iusta ad te loquar, Ierem.12.a
Iustitias nostras protulit dominus, uenite & narremus in Sion opus domini dei nostri, Ier.15.a
Iustus est dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui, Thr.1.f
Iusti iustitia super eum erit, Ezech.18.e
Iustus si se auerterit à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid uiuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur, in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit in ipsis morietur, Ezechielis 18.f
Iustus cum se auerterit à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, morietur in eis, in iniustitia quam operatus est, morietur, Ezech.18.f
Iustus si quis fuerit, feceritq; iudicium & iustitiam uita uiuet, dicit dominus, Ezech.18.a
Iusto si dixero, quod uita uiuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, Ezech.33.c
Iustus dominus in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis, &c̃. Bar.2.b
Iustus cum recesserit à iustitia sua feceritq; iniquitates, morietur in eis, Ezech.33.d
Iusti multi eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur, Dan.12.c
Iusti hostes estis accipientes munus, pauperes deprimentes in porta, Amos 5.d
Iustos Israelis qui congregat, sicut qui colligit in

autumno racemos uindemiæ, non est botrus ad comedendum, Mich.7.a
Iustus in fide sua uiuet, Abac.2.a
Iustus es domine, omnia iudicia tua iusta sunt, Tob.3.a
Iustus si fuero non leuabo caput meum, saturatus afflictione & miseria, Iob 10.c
Iusti simplicitas deridetur, Iob.12.a
Iustus lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum, Iob 12.a
Iusti stupebunt, super hoc innocens contra hypocritam suscitabitur, Iob 17.b
Iustus tenebit uiam suam, mundus manibus addet fortitudinem, Iob 17.b
Iusto deus dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, Iob 22.d
Iuste si egeris quid deo donabis? quid de manu tua accipiet? Iob 35.b
Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectum diem, Prou.4.c
Iustorum cogitationes iudicia, Prou.12.a
Iustus quasi leo confidens absq; terrore erit, Prouerb.28.a
Iustum dirigit deus scrutans corda & renes, Psalmo 7.9.
Iustorum uiam nouit dominus, iter impiorum peribit, Psal.1.6.
Iustus dominus & iustitias dilexit, Psal.11.7.
Iusto tu domine benedices, Psal.5.12.
Iustum et impium interrogat dominus, Psal.11.5
Iusti clamauerunt, dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos, Psalmo 34.17.
Iustorum multæ sunt tribulationes, de his omnibus liberabit eos dominus, Psal.34.19.
Iustorum omnia ossa custodit dominus, unum ex his non conteretur, Psal.34.20.
Iusto melius est modicum, super diuitias peccatorum multas, Psal.37.16.
Iustus miseretur & retribuet, Psal.37.21.
Iustum non uidi derelictum, nec semen eius quærens panem, Psal.37.25.
Iustus tota die miseretur & comodat, semen illius in benedictione erit, Psal.37.26.
Iusti hæreditabunt terram, inhabitabunt in sæculum sæculi, Psal.37.29.
Iusti os meditabitur sapientiam, lingua eius loquetur iudicium, Psal.37.30.
Iustus expecta dominum, custodi uiam eius, exaltabit te, ut hæreditate capias terram, &c̃. Psalmo 37.34.
Iustorum salus à domino, protector eorũ in tempore tribulationis, Psal.37.39.
Iustos adiuuabit dominus, liberabit eos, eruet eos à peccatoribus, saluabit eos, quia speauerunt in eo, Psal.37.40.
Iusti uidebunt & timebunt, super eum ridebunt, Psal.51.6.

Iuſtus lætabitur cum uiderit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, Pſal.57.10
Iuſtus lætabitur in domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, Pſal.64.10.
Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei, & delectentur in lætitia, Pſal. 68.3.
Iuſtus ut palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur, Pſal.92.12.
Iuſti plãtati in domo domini in atrijs domus dei noſtri florebunt, Pſal.92.13.
Iuſti animam capiabunt, ſanguinem inſnocentem condemnabunt, Pſal.94. 21.
Iuſto lux orta eſt, rectis corde lætitia, Pſal.97.11.
Iuſti lætamini in domino, & confitemini memoriæ ſanctificationis eius, Pſal.97.12.
Iuſtus es domine & rectum iudicium tuum, Pſalmo 119. 137.
Iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo, Pſal.140.13.
Iuſti expectant me donec retribuas mihi, Pſalmo 142.7.
Iuſtos diligit dominus, Pſal.146. 8.
Iuſtum & impium iudicabit deus, & tempus omni rei tunc erit, Eccl'es.3. d
Iuſti ſunt quibus tamen mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum, Eccl'es 8. c
Iuſtitiam para ante iudicium, Eccl'ci 18. c
Iuſtus aliquis eſt, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate, Eccl'ci 19. d
Iuſtus aliquis eſt qui inclinat faciem ſuã, fingens ſe non uidere quod ignoratum eſt, & ſi uetetur peccare à uirium imbecillitate, ſi inuenerit tempus malefaciendi malefaciet, Eccl'ci 19.d
A iuſtis dominus non elongabit, ſed iudicabit & faciet iudicium, Eccl'ci 35. d
Iuſtum circumueniamus, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris, improperat nobis peccata legis, &c. aiunt impij, Sap.2. c
Iuſtus promittit ſe ſcientiam dei habere, filium dei ſe nominat, factus eſt nobis introductionem cogitationum noſtrarum, Sap.2. c
Iuſtus grauis eſt nobis etiam ad uidendum, quoniam diſſimilis eſt alijs uita illius, & immutatæ ſunt uiæ eius, aiunt impij, Sap.2. c
Iuſtus, ſi uerus eſt filius dei, ſuſcipiet illum, aiunt impij, & liberabit illum de manu contrariorum, Sap.2. d
Iuſtum interrogemus contumelia & tormento, ut ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius, aiut impij, Sap.2.d
Iuſtus in breui conſummatus impleuit tempora multa, Sap.4.c
Iuſti anima deo placita fuit, propter hoc properauit educere illum de medio iniqtatum, Sap.4.c
Iuſtum uidebunt impij, & contemnent, illos autẽ dominus irridebit, Sap.4. d
Iuſti ſtabunt in magna conſtantia, aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & q abſtulerunt labores

eorum, Sap. 5. a
Iuſti ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt, Sap.5. a
Iuſti in perpetuum uiuent, & apud dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum, Sap.5.c
Iuſti accipient regnum decoris & diadema ſpeciei de manu domini, Sap.5.c
Iuſtos teget dextera dei, & brachio ſancto ſuo defendet illos, Sap.5. c
Iuſta qui didicerint, inuenient quid reſpondeant, Sap.6.b
Iuſti Iſraelitæ tulerunt ſpolia impiorum, & decantauerunt domine nomen ſanctum tuum, & uictricẽ manum tuã laudauerunt piter, Sap.10. d
Iuſtitiæ initium eſt, uirtus dei, quia omnium dominus eſt, omnibus parcit, Sap.12.b
Iuſtus cum ſis dñe, iuſte omnia diſponis, ipſum quoq; qui non debet puniri condemnas, & exterum æſtimas à tua uirtute, Sap.12.b
Iuſtum eſſe oportere deus docet & humanum, Sap.12.c
Iuſtorum ſanitas ſuſcepta eſt, iniuſtorum autem exterminatio, Sap.18.b
Iuſtorum area quando implenda? 4.Eſd.4. d
Iuſti hæreditabunt beata, impij autem peribunt, 4.Eſd.7. a
Iuſti ferent anguſta, ſperãtes ſpacioſa, 4.Eſd.7.a
Iuſti quibus ſunt opa multa repoſita, ex proprijs operibus recipient mercedem, 4.Eſd.8. c
Iuſtorum figmenti peregrinationis, ſaluationis, mercedis dominus reminiſcitur, magis quàm ut iudicet & perdat, 4.Eſd.8. c
Iuſtorum eſt ſæculum, propter quos & ſæculum, 4.Eſd.9.b
Iuſtum qui recipit in nomine iuſti, mercedem iuſti recipiet, Matth.10. d
Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum, Matth.13. f
Iuſti deforis paretis, intus pleni hypocriſi & iniquitate, Matth.23.b
Iuſtos non ueni uocare, ſed peccatores ad pœnitentiam, Marc.2.c
Iuſti Zacharias & Elizabet ante deum, incedentes in mãdatis & iuſtificationibus domini ſine querela, Luc. 1. a
Iuſti qui non indigent pœnitentia, Luc.15.b
De iuſtitia arguetur mundus, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me, Ioan.16. b
Iuſtus eſt dominus, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti, Rom.3.d
Iuſtitiæ legem ſectando Iſrael, in legem iuſtitiæ non peruenit, Rom.9.g
Iuſtus ex fide uiuit, Gal.3.b
Iuſtum eſt ut filij obediant parentibus, Epheſ.6.a
Iuſtum mihi eſt de uobis ſentire, quod melius eo quod habeam uos in corde, Philip.1. a
Iuſtum eſt apud deum retribuere tribulationem

Iu

ijs qui uos tribulant, 2.Thes.1.b

Iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? 1.Pet.4.d

Iustus meus ex fide uiuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, Hebr.10.g

Iustum est quandiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitione, 2.Pet.1.c

Iustus est Christus, & omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est, 1.Ioan.2.d

Iustus qui non est, ex deo non est, 1.Ioan.3.b

Iustus non est qui non diligit fratrem suum, 1.Ioan.3.b

Iustus si à iustitia sua conuersus fuerit, te non adnunciante ei uerbum meum, ponam offendiculum coram eo, ipse morietur in peccato suo, nõ erunt in memoria iniustitiæ eorum, de manu tua requiram sanguinem eius, Ezech.3.e

Iusto si annunciaueris ut non peccet, & non peccauerit, uiuens uiuet, quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti, Ezech.3.e

Iustum si quippiam habuero, nõ domino respondebo, sed meum iudicem deprecabor, Iob 9.b

Iustus si fueris quid deo prodest? aut quid ei confers, si immaculata fuerit uia tua? Iob 22.a

Iusti uidebunt & lætabuntur, innocens subsannabit impios, Iob 22.c

Iustus ad deum faciem eleuabis, Iob 22.d

Iustus deum rogabis, & exaudiet te, & uota tua reddes, Iob 22.d

Iustus rẽ decernes & ueniet tibi, in uijs tuis splendebit lumen, Iob 22.d

Vt iustos uos esse iudicem absit à me, Iob 27.a

A iusto deus oculos suos non auferet, Iob 36.b

Iusti lætamini & exultate, & gloriamini omnes recti corde, Psal.32.11.

Iusti in domino exultant, & rectos decet laudatio, Psal.33.1.

Iustorum lumen exortum in tenebris, misericors miserator & iustus, Psal.111.4.

Iustus homo iucundus, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, Ps.111.5

Iustus erit in æterna memoria, ab auditione mala non timebit, Psal.111.6.

Iusti cor paratum sperare in domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur donec despiciat inimicos suos, Psal.111.7.

Iustus dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria, Psal.111.9.

Iustus dominus in omnibus uijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, Psal.145.17.

Iustum doce & festinabit accipere, Prou.9.b

Iusti memoria cum laudibus, nomen impiorum putrescet, Prou.10.b

Iusti opus ad uitam, fructus autem impij ad peccatum, Prou.10.c

Iustus in æternum non commouebitur, Pro.10.d

Iustus quasi fundamentum sempiternum, Ibidẽ.

Iustorum expectatio lætitia, Prou.10.d

Iustis dabitur desiderium suum, Prou.10.d

Iusti liberabuntur scientia, Prou.11.b

Iusti quasi uirens folium germinabunt, Pro.11.d

Iusti fructus lignum uitæ, Prou.11.d

Iustus si in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Prou.11.d

Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo, Prou.11.a

Iustorum radix non commouebitur, Prou.12.a

Iustus nouit iumentorum suorum animas, uiscera autem impiorum crudelia, Prou.12.b

Iustum non contristabit, quicqd ei acciderit, Prouerbiorum 12.d

Iustus comedit & replet animam suam, uenter autem impiorum insaturabilis, Prou.13.d

Iustus sperat in morte sua, Prou.14.d

Iustorum semita declinat mala, Prou.16.c

Iustus prior est accusator sui, uenit amicus eius & inuestigauit eum, Prou.18.c

Iustus ambulans in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquit, Prou.20.a

Iustus qui est, tribuet & non cessabit, Prou.21.d

In iusti domo ne per insidias quæras impietatem, neq; uastes requiem eius, Prou.24.b

Iustus septies cadet & resurget, impij autem corruent in malum, Prou.24.b

Iustus cadens coram impio, sicut fons turbatus pede, & uena corrupta, Prou.25.d

Iustos decipiens in uia mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona, Pro.28.b

Iustorum exultatione multa est gloria, Prou.28.b

Iustum quod est decerne, uindica inopem & pauperem, Prou.31.a

Iustorum multiplicatione lætabitur uulgus, Prouerbiorum 29.a

Iusti abominantur uirum impium, Prou.29.d

Iustus perit in iustitia sua, & impius multo uitæ tempore in malitia sua, Eccl'es 7.c

Iustus esse noli multum, Eccl'es 7.c

Iustus non est homo in terra, qui faciat bonum & non peccet, Eccl'es 7.c

Iustorum & sapientum opera sunt in manu dei, Eccl'es 9.a

In iusti mercedẽ festinat benedictio domini, & in honore ueloci processus illius fructificat, Ecclesiastici 11.c

Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis, Sap.3.a

Iusti uisi sunt oculis insipientium mori, & existimata est afflictio exitus illorum, Sap.3.a

Iusti ab itinere iusto abierunt in exterminium, qd à nobis est, illi autem sunt in pace, Sap.3.a

Iusti & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est, Sap.3.a

Iusti in paucis uexati, in multis bene disponentur, quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se, Sap.3.a

Iuſtos ut aurum in fornace ꝓbauit deus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum, Sap.3.b

Iuſti fulgebunt, & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent, Sap.3.b

Iuſti iudicabunt nationes, & dominabunt populis, & regnabit dñs illorum in perpetuum, Ibi.

Iuſti qui confidunt in dño, intelligent ueritatẽ, & fideles in dilectione acquieſcent illi, Sap.3.b

Iuſtis electis donum & pax eſt, Sap.3.b

Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, Sap.4.b

Iuſtus mortuus cõdemnat uiuos impios, Sap.4.c

Iuſtorum uindex eſt orbis, Sap.16.c

Iuſti ibunt in uitam æternam, Matth.25.d

Iuſtos non ueni uocare, ſed peccatores ad pœnitentiam, Luc.5.f

Iuſtum quod eſt quare à uobisipſis non iudicatis? Luc.12.g

Iuſtus non eſt quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens deum, Rom.3.b

Declinauerunt omnes, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, nõ eſt uſq; ad unum, Rom.3.b

Sepulchrum patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, nõ eſt timor dei ante oculos eorum, Rom.3.b.c

¶ *Iuſtitia.*

Iuſtitiam quæ ex fide eſt gentes apprehenderunt, Rom.9.f

Iuſtitia reputata eſt à deo fides Abrahæ, Gen.15.b

Iuſtitia reſpondet fideli obſequio, Gen.30.d

Iuſtitias dei facietis in terra quam poſſeſſuri eſtis, Deut.4.a

Iuſtitia hominum allegari non poteſt, etiã ab electis, Deut.9.a

Ius regium prædicitur Iſraeli à Samuele iuſſu domini, 1.Reg.8.c

Iuſtitiæ domini ſunt ubi impiorum currus & exercitus proſternuntur, Iudic.5.b

Iuſtitia habitauit in ciuitate Ieruſalem, nunc autẽ homicidæ, Iſa.1.f

Iuſtitiam diſcent habitatores orbis, cum feceris iudicia tua in terris, Iſa.26.b

Iuſtitiæ opus erit pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſq; in ſempiternum, Iſa.32.d

In iuſtitijs ambulandum & ueritas loquenda, Iſaiæ 33.c

Iuſtitiam meam prope feci, non elongabitur & ſalus mea non morabitur, dabo in Sion ſalutem, & in Iſrael gloriam meam, Iſa.46.d

Iuſtificans me iuxta eſt, quis contradicet mihi? ſimul ſtemus, Iſa.5.c

Iuſtitia fundaberis, ô eccleſia, recede procul à calumnia, quia non timebis, & à pauore, quia non appropinquabit tibi, Iſa.54.f

Iuſtitiam tuam ego annunciabo, & opera tua nõ proderunt tibi, Iſa.57.c

Iuſtitiam non eſt qui inuocet, neq; eſt qui iudicet uere, ſed confidunt in nihili, loquuntur uanitates, conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, Iſa.59.a

Iuſtitia indutus eſt dominus, ut lorica & galea ſalutis in capite eius, Iſa.59.d

Iuſtitiam gẽminabit dñs deus, ſicut terra germen profert, & hortus ſemen ſuum, Iſa.61.d

Iuſtitiæ decor dominus eſt, & expectatio patrum, Ierem.50.b

Iuſtitia dei dicit, Non parcet oculus meus, nec miſerebor, uiã eorũ ſup caput eorũ reddã, Ezec.9.d

Iuſtitia iuſti nõ liberabit eum, in quacunq; die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in qua cunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua, Ezechielis 33.c

Iuſtitia ſempiterna adducetur, delebiturq; iniquitas, Dan.9.f

Iuſtificare ſi me uoluero, os meum condemnabit me, Iob 9.c

Iuſtificari ne poteſt homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Iob.25.b

Iuſtificationem meam quam cœpi tenere non deſeram, Iob 27.b

Iuſtitia indutus ſum, qua me ueſtiui ut ueſtimento, & diademate iudicio meo, Iob 29.c

Iuſtitia liberabit à morte, Prou.10.a

Iuſtitia rectorum liberabit eos, Prou.11.a

Iuſtitiam ſeminanti merces fidelis, Prou.11.c

Iuſtitia domino deo noſtro, nobis autem & patribus noſtris confuſio faciei, Bar.2.b

Iuſtitia liberabit à morte, Prou.11.a

Iuſtitia ſimplicis dirigit uiam eius, Prou.11.a

Iuſtitiã qui ſequitur, diligitur à dño, Prou.15.b

Iuſtitia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatum, Prou.14.d

Iuſtitiã facere initium eſt uiæ bonæ, accepta eſt autem apud deum magis quàm immolare hoſtias, Prou.16.a

Iuſtitia firmabitur ſolium, Prou.16.b

Cum iuſtitia melius eſt parum quàm multi fructus cum iniquitate, Prou.16.b

Iuſtificans impium & condemnans iuſtum abominabilis eſt uterq; apud deum, Prou.17.c

Iuſtitiam & iudicium facere magis placet domino quàm uictimæ, Prou.21.a

Iuſtitiam & miſericordiam qui ſequitur, inueniet uitam, iuſtitiam & gloriam, Prou.21.c

In iuſtitia tua deduc me domine propter inimicos meos, dirige in conſpectu tuo uiã meã, Pſal.5.a

Iuſtitia cuſtodit uiam innocentis, impietas peccatorem ſupplantat, Pro.13.a

Iuſtitiæ meæ deus, exaudiuit me, cum inuocarem eum, in tribulatione dilatauit mihi, Pſal.4.i.

Iuſtitiam meam domine exaudi, Pſal.17.1.
Iuſtitiæ domini rectę lætificantes corda, Pſa.19.8
Iuſtitia tua ſicut montes dei, Pſal.36.6.
Iuſtitiam tuam quaſi lumen educet, & iudicium tuum tanquam meridiem, Pſal.37.6.
Iuſtitia dei liberamur, non noſtra, Pſal.31.1.
Iuſtitiam tuam annunciaui in eccleſia magna, labia mea non prohibebo dñe tu ſciſti, Pſal.40.9
Iuſtitiã tuam non abſcondi in corde meo, ueritatẽ tuam & ſalutare tuum dixi, Pſal.40.10.
Iuſtitia plena eſt dextera tua, Pſal.48.10.
Iuſtitiam tuam tota die meditabitur lingua mea, &c̃. Pſal.70.24.
Iuſtitiam tuam annunciabit os meum, tota die ſalutare tuum, Pſal.70.15.
In iuſtitia tua libera me & eripe, Pſal.70.2.
Iuſtitia et abundantia pacis orietur in diebus eius, donec auferatur luna, Pſal.72.7.
Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in uia greſſus ſuos, Pſal.84.13.
Iuſtitias iudicabo cum accepero tempus, Pſ.74.2.
Iuſtitia & iudicium p̃paratio ſedis tuæ, Pſ.88.14.
Iuſtitia conuertetur in iudicium, &c̃. Pſal.94.15.
Iuſtitia & iudicium correctio ſedis dei, Pſa.96.2.
Iuſtitia dei in filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius, &c̃. Pſal.102.17.
Iuſtitia tua iuſtitia in æternum, & lex tua ueritas, Pſal.118.142.
Iuſtitiam mandaſti teſtimonia tua, & ueritatẽ tuã nimis, Pſal.118.138.
Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & uſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos, Eccl'ci 4.d
Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter, Eccleſiaſtici 5.d
Non iuſtifices te ante deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt, & penes regem noli uelle uideri ſapiens, Eccl'ci 7.a
Iuſtitiam fac ante obitum tuum, quoniam nõ eſt apud inferos inuenire cibum, Eccl'ci 14.c
Iuſtitia firmabitur in illo, & non flectetur: continebit illum, & non confundetur: exaltabit illum apud proximos ſuos, Eccl'ci 15.a
Quis iuſtificabit peccantem in animam ſuam? & quis honorificabit exhonorantem animã ſuã? Eccl'ci 10.d
Iuſtitiæ qui continens eſt illam apprehendet, & obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à uirginitate ſuſcipiet illum, Eccl'ci 15.a
Iuſtitiam qui operatur ipſe exaltabitur, Eccleſiaſtici 20.d
Iuſtitiam cuſtodiens, continebit ſenſum eius, Eccleſiaſtici 21.b
Iuſtitiam ſi ſequaris apprehendes illam, & indues quaſi poderẽ honoris, inhabitabis cum ea, proteget te ſemper, & in die agnitionis inuenies firmamentum, Eccl'ci 27.b
Iuſtitia perpetua eſt, & immortalis, Sap.1.d

Iuſtitiam diligite, qui iudicatis terram, Sap.1.a
Iuſtitiam pro thorace dominus induet, accipiet p galea iudicium certum, Sap.5.d
Iuſtitiam cuſtodiẽtes iuſte iudicabuntur, Sap.6.b
Iuſtitia & bonitas tua deus, in hoc annunciabitur cum miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum operum, 4.Eſd.8.c
Iuſtitiam omnem decet nos ſic implere, Matt.3.d
Iuſtitiam eſurientes & ſitiẽtes ſaturabuntur, Matthæi 5.a
Iuſtitia ueſtra niſi abundauerit, plus quàm ſcribarum & phariſæorum, nõ intrabitis regnum cœlorum, Matth.5.c
Iuſtitiam ueſtram non faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrẽ ueſtrum q in cœlis, Matt.6.a
Iuſtificaberis ex uerbis tuis, & ex eis condemnaberis, Matth.12.c
Iuſtitia & ſanctitate coram ipſo uiuamus, omnibus diebus noſtris, Luc.1.g
Iuſtificauerunt deum publicani & populus audiens, baptizati baptiſmo Ioannis, Luc.7.d
Iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis, Lucæ 7.e
Iuſtificatis uosipſos corã hoĩb⁹ phariſæi, Lu.16.d
Iuſtitiam dei idololatræ cum cognouiſſent, nõ intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum autem qui ea faciunt, ſed etiã qui conſentiunt facientibus, Rom.1.d
Iuſtitia dei ex fide in fidem reuelatur in euangelio, Rom.1.b
Iuſtus ex fide uiuit, Rom.1.b Abac.2.a Heb.10.g Gal.3.b
Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, Rom.3.d
Iuſtitia dei manifeſtata eſt ſine lege, Rom.3.c
Iuſtitia dei teſtificata eſt à lege & ꝓphetis, Ro.3.c
Iuſtitia dei per fidẽ Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio, Rom.3.c
Iuſtificari arbitramur hominẽ per fidem, ſine operibus legis, Rom.3.d
Iuſtitiã dei ſi cõmendat iniquitas noſtra, Ro.3.a
Iuſtificati nunc in ſanguine Chriſti, multo magis ſalui erimus ab ira per ipſum, Rom.5.b
Iuſtificati ex fide pacẽ habeamus ad deum, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Rom.5.a
Iuſtitia Chriſti in omnes homines in iuſtificationem uitæ, Rom.5.d
Iuſtitiam dei ignorantes, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, Rom.10.a
Iuſtitia eſt corde credere, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Rom.10.b
Iuſtitiam quæ ex lege eſt, Moyſes ſcripſit, qui fecerit homo uiuet in ea, Rom.10.a
De iuſtitia ex fide ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcẽdet in cœlum, id eſt Chriſtum deducere, aut, quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtum

stum à mortuis reuocare, Rom.10.b
Iustificatio, sanctificatio, redemptio, & sapientia nostra Christus factus est, 1.Cor.1.d
Iustificatio Christianorum fit in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu dei nostri, 1.Cor.6.c
Iustitia dei effecti sumus in Christo, quē deus peccatum fecit pro nobis, cum non nouisset peccatum, 2.Cor.5.d
Iustitiæ nulla est participatio cum iniquitate, 2. Corinth.6.c
Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, Gal.2.c
Iustitia si per legem, ergo gratis Christus mortuus est, Gal.2.d
Non iustificabitur omnis caro ex operibus legis, Gal.2.d
Iustitia reputata est Abrahæ, quia deo credidit, Galat.3.a
Iustificamur ex fide Christi, non ex operibus legis, Gal.2.c
Iustificati in Christo inueniuntur non esse peccatores, Gal.2.d
Iustificatur apud deum nemo ex lege, Gal.3.b
Iustitia uere esset ex lege, si data esset lex quæ posset iustificare, Gal.3.d
Iustificantes se in lege euacuantur à Christo, Galat.5.a
Iustitiæ spem ex fide expectamus spiritu, Gal.5.a
Iustitiæ carnis usque ad tempus correctionis impositæ, Hebr.9.c
Iustitia per fidem est, Hebr.11.b
Iustitiæ pacatissimum fructum reddit tandem disciplina per eam exercitatis, Hebr.12.c
Iustitiam non inquiro quæ ex lege est, sed quæ ex fide Christi, Philip.3.b
Iustitia in fide ex deo est, Philip.3.b
Iustitia in fide est ad cognoscendum Christum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius, Philip.3.b
Iustitia fidei configuratus sum morti eius, si quo modo occurram, ad resurrectionem quæ est ex mortuis, Philip.3.b
Iustitiæ uiam melius fuisset nō cognouisse, quàm post agnitionem retrorsum cōuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato, 2.Pet.2.d
Iustitiam dei non operatur ira uiri, Iaco.1.c
Iustitiæ fructus in pace seminatur, facientibus pacem, Iaco.3.d
Iustitiam faciens iustus est, sicut & ille iustus est, 1.Ioan.3.b
Iustificetur adhuc qui iustus est, Apoc.22.c

¶ *Iuuenis.*

Iuuenes de filijs Israel obtulerunt holocausta, & pacificas uictimas domino obtulerunt uitulos, Exod.24.b
Iuuenes me uidebant & abscondebantur, senes assurgebant & stabant, Iob29.b
Iuniores tempore nunc me deridēt, quorum nō

dignabar patres ponere cum canibus gregis mei, Iob30.a
Iunior tēpore, demisso capite uereri debet indicare sententiā suam coram senioribus, Iob32.b
Iuuenem uecordem considero, qui transit per plateas iuxta angulum in obscuro, adueſperascente die, occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiēdas animas, garrula, uaga, &c̄. Prou.7.b
Iuuenē uecordem apprehendit mulier, & procaci multu blandii, dicens: Victimas pro salute uoui, hodie reddidi uota mea, idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te uidere, & reperi. &c̄. Prou.7.c
Iuuenis sermonibus multis irretitus statim sequitur quasi bos ductus ad uictimā, & quasi agnus lasciuiens ignorans quod ad uincula stultus trahatur, Pro.7.d
Iuuenum exultatio fortitudo eorum, Pro.20.d
Iuuenis lætare in adolescentia tua & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, Eccles 11.d
Iunior fui etenī senui, nō uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem, Psal.37.25.
Iuuenes & uirgines senes cum iunioribus laudēt nomen domini, Psal.148.12.
Iuuentus celerius consummata condemnat longam uitam iniusti, Sap.4.c
Iunior cum esses, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas, &c̄. Ioan.21.c
Iuuenes uestri uisiones uidebunt, Act.2.c
Iuuenes ut fratres alloquere, 1.Tim.5.a
Iuuenculas ut sorores alloquere, in omni castitate, 1.Tim.5.a
Iuuenes hortare ut sobrij sint, Tit.2.b
¶Ixion auē immundam ne comedas, Deu.14.b
¶Izrahia habuit filios Michael, Obadia, Ioel, Iesia, quinq; facientes familias in Issachar, 1.Para.7.a

¶ *Laabim.*

Laabim filij Mesraim, Gene.10.b 1. Par.1.a (4.d
¶Laada dñs Maresa, filiꝰ Sela, 1.Par.
¶Laadan filius Thaan, pater Ammiud, 1.Par.7.e
¶Labana filij, 3.Esd.5.c

¶ *Laban.*

Laban hospitalis occurrit hospiti, Gen.24.d
Laban admiratur & percunctatur de ornamentis Rebeccæ sororis, Gen.24.d
Laban & Bathuel deo omnia committunt, Genesis 24.f
Laban fratrē Rebeccæ Iacob adire iubēt, Ge.27.g
Laban auunculus Iacob in Haran, Gen.29.b
Laban duæ filiæ Lia & Rachel, Gen.29.b
Laban occurrit festinus Iacobo filio sororis, Ibi.
Laban complexum Iacobum osculatur, hospitio suscipit, Gene.29.b

Laban ꝓmittit Rachelē Iacobo obſcuriꝰ, Ge.29.c
Laban decepit Iacobum Liam ſupponendo pro Rachel, Gen.29.c
Laban excuſat doloſe factum ſuum, Gene.29.c
Laban agnoſcit utile ſeruitium Iacobi, & præmium pollicetur, Gen.30.c
Laban ſuam utilitatem reſpiciens, conſentit propoſitioni Iacobi, Gen.30.d
Laban decipere cupiens decipitur, Gen.30.d
Labano cedebat alba et nigra unicoloria, Ge.30.e
Laban nocere Iacobo ꝑ deum nō potuit, Ge.31.a
Laban ex facie mutatus contra generē, Gen.31.a
Laban mutat mercedē agnorum uarie, ad ſuum lucrum, ſed fruſtra, Gen.31.a
Laban perfidus & auarus in Iacobum, Ge.31.a
Laban inuidet Iacobo ob diuitias, Gen.31.a
Laban filij accuſant Iacob ſpolij, Gen.31.a
Laban filias uendidit & comedit, Gen.31.b
Laban digne punitus à dño pro iniuria, Ge.31.b
Laban audit in ſomnis loquentem deum pro Iacob, Gene.31.c
Laban tondit oues, Gen.31.c
Laban inſcio Iacob abire noluit, Gen.31.c
Laban cum fratribus perſequitur Iacobum uſque ad montem Galaad, Gen.31.c
Labā obiurgat Iacobum de filiabus abactis, Geneſis 31.d
Laban multa pollicetur ſe fuiſſe bona facturum, ſed animo peruicaci, Gen.31.d
Laban minatur Iacobo mala, niſi à domino prohibitus fuiſſet, Gen.31.d
Laban ſolicitudo deluſa eſt, quærentis, Gene.31.e
Laban ſcrutatur omnia propter furtum idolorum ſuorum, Gen.31.e
Laban fœdus inire uult cum Iacob, Gene.31.f
Laban miteſcit ad uerba Iacob, Gene.31.f
Laban ſua æſtimat omnia quæ habebat Iacob, Gen.31.f
Laban oſculatur filias & nepotes, & benedicit, Gen.31.g
Laban orat ne filiæ ſuæ affligantur, Gen.31.g
Laban locus ubi Moyſes populo dei uerba locutus eſt, Deut.1.a
¶Labna ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ.15.f
¶Labanath ciuitas tribus Aſer, Ioſ.19.b
¶Labonni filij 357. 3.Eſd.5.b
¶Labrum inter altare & tabernaculum impletur aqua, Exod.40.a
Labri ænei compoſitio deſcribitur, Exod.38.b

¶*Labium.*

Labium æneum cum baſi facias ad lauandum, ponesq; inter altare et tabernaculum, ut miſſa aqua ſacerdotes lauent manus & pedes ingreſſuri tabernaculum, Exod.30.c
Labium unum in terra erat, Gene.11.a
Labium pro ſermone, loquela, idiomate, Ge.11.a
Labium unum & unus populus ædificant, Ibid.
Labium cōfuſum totius terrę in Babylōe, Ge.11.b

Labia incircuncīſa cauſatur Moyſes, Exod.6.b
Labij loquela & lingua altera loquitur deus ad populum iſtum, Iſa.28.c
Labia dei repleta ſunt indignatione contra impios, & lingua eius quaſi ignis deuorans, Iſa.30.f
Labia ueſtra locuta ſunt mendacium, & lingua ueſtra iniquitatem fatur, Iſa.59.a
Labijs meis egreſſum quod eſt, rectum in conſpectu tuo fuit, Ierem.17.c
Labium electum reddam populis, ut inuocent omnes in nomine domini, & ſeruiant ei humero uno, Soph.3.b
Labia iuſti erudiunt plurimos, Prou.10.c
Labia ſua q moderaī, prudentiſſimus eſt, Pro.10.c
Labia iuſti conſiderant placita, & os impioꝝ peruerſa, Prou.10.d
Labium ueritatis firmum erit in perpetuum, Prouerb.12.c
Labia ſapientum cuſtodiunt eos, Prou.14.a
Labijs me honorat hic populus, cor autem eorum longe eſt à me, Matth.15.a
Labia ſapiētum diſſeminabunt ſcientiā, Pro.15.a
Labia mordens perficiet malum, &c̄. Prou.16.d
Labia ſcientiæ uas precioſum, ſup aurum & multitudinem gemmarum, Prou.20.c
Labia deoſculabitur qui recta uerba reſpondet, Prouerb.24.c
Labijs tuis neminem lactes, Prou.24.d
Labia tumētia cordi peſſimo ſociata, quomodo ſi argēto ſordido ornare uelis uas fictile, Pro.26.d
Labijs ſuis intelligitur inimicus, cum corde dolos tractauerit, Prou.26.d
Labium deus commutat ueratium, doctrinam ſenum auferens, Iob 12.d
Labia mea non loquentur iniquitatem, donec in me ſupereſt halitus, Iob 27.a
Labia tantummodo mea circa dentes derelicta ſunt, Iob 19.c
Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Pſal.12.4.
Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt, Pſalmo 12.2.
Labia doloſa uniuerſa diſperdat dominus, linguā magniloquam, Pſal.12.3.
Labia doloſa muta fient, quę loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia, Pſal.31.18.
Labia mea aperies domine, os meum annunciabit laudem tuam, Pſal.51.15.
Ā labijs iniquis libera domine animam meam, & à lingua doloſa, Pſal.120.2.
Labiorum ipſorum labor operiet eos, Pſal.140.9
Labia tua ſponſa, fauus diſtillans, Cant.4.c
Labia tua ſicut uitta coccinea, & eloquium tuum dulce, Cant.4.a (Can.5.d
Labia dilecti lilia diſtillantia myrrham primam,
Labiorum genimina ſaturabunt uiꝝ, Prou.18.c
Labijs tuis attende, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationē, & reueler deus abſconſa tua

ſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te, Eccleſiaſtici 1.d &c̃.

Labia imprudẽtum ſtulta narrabunt, Eccl'ci 21.d

¶ *Laborare.*

Labore excolenda terra mandatur, Gen.3.d

Labor homini iniunctus à deo pœna peccati, Geneſis 3.d

Laborãdum omnibus diebus uitæ hominis, Geneſis 3.d

Laboribus nõ ſunt grauandi alioqui teneres, Geneſis 33.c

Laborare eligit Ruth in agro, Ruth 2.a

Laborantem nõ decet uacuam remitti, Ruth 3.d

Laboraui in uacuum, ſine cauſa, & uane fortitudinem meam conſumpſi, Iſa.49.a

Laborafti in multitudine uiæ tuę, nec dixiſti: Quieſcam, Iſa.57.b

Laborare feciſtis dominum in ſermonibus ſuis, et dixiſtis, In quo eum fecimus laborare? &c̃. Malach.2.d

Ad laborem homo naſcitur, auis ad uolandum, Iob 5.b

Labores tui ſint in domo aliena, ne forte gemas in nouiſſimis tuis, quando conſumpſeris carnes et corpus tuum, &c̃. Prou.5.b

Laborantis anima laborat ſibi, quia cõpulit eum os ſuum, Prou.16.d

Laborẽ & dolorem conſideras ô deus, ut tradas eos in manus tuas, Pſal.10.14.

In labore hominum nõ ſunt, cum hoĩbus non flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia, &c̃. Pſalmo 73.5.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit, Pſal.128.2.

Labore meo ſi uterer, hanc ratus ſum partem meã, Eccl'es 2.b

Laborans in ſapientia, doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimittit, Eccl'es 2.d

Labores hominum & induſtrias animaduerti, patere inuidiæ proximi, Eccl'es 4.a

Labor hominis omnis in ore eius, ſed anima eius non implebitur, Eccl'es 6.c

Laborans homo ut ſit feſtinans, dolens, et impius, non tamen abundabit, Eccl'ci 11.b

Laboraui non mihi ſoli, ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam, Eccl'ci 33.c

Laboraui modicum pro ſapientia, inueni autem mihi multam requiem, Eccl'ci 51.d

Laborum bonorum glorioſus eſt fructus, & quæ non concidit radix ſapientiæ, Sap.3.d

Labor inuenit reges, principes, ſacerdotes, prophetas, patres, & populum à diebus Aſſur, Nee.9.f

Laborantes ſine cauſa laborabunt, fructus enim illorum alienigenæ metent, 4.Eſd.16.c &c̃.

Laborantes & qui onerati eſtis, omnes uenite ad me, & ego reficiam uos, Matth.11.d

Mnam auferte ab illo, & date illi qui decem mnas habet, Luc. 19.d
¶Moos filius Ram, filij Ierameel, 1. Par.2.d
¶Moabilionis Zaraei ductoris filij, 3.Eſd.8.c

¶*Moab.*

Moab maioris filiæ Lot filius, Gen. 19.g
Moab dicitur ex patre conceptus, Gen.19.g
Moabitarum pater eſt Moab, Gen.19.g
Moab uæ tibi, Num.21.f
Moab campeſtribus caſtrametati ſunt Iſraelitæ,

Numeri 22. a
Moab duces percutiet uirga ex Iſrael, quæ conſurger, Num. 24. c
Moab terminos Moyſes iubetur tranſire & urbẽ Ar, Deut. 2.d
Moabitæ occiduntur ad 10000. ab Aod, Iud. 3.d
Moab humiliatus ſub manu Iſrael, Iud. 3.d
Moab defecit ab Iſrael poſt mortem Achab, 4. Regum 1.a
Moab præuaricatur ab Iſrael fœdus rumpendo, 4. Reg. 3.a
Moab prædicitur ab Eliſeo danda in manus regum Iſrael, Iuda & Idumææ, 4. Reg. 3.c
Moab ululabit, caluicium in omnibus capitibus eius, & omnis barba radetur, Iſa. 15.a
Moabitæ accincti ſacco in omnibus triuijs, ſuper tecta & in plateis ululant & flent, Iſa. 15.a
Moab onꝰ in qua nocte uaſtata eſt Ar Moab conticuit, quia nocte uaſtatus eſt murus Moab, Iſaiæ 15.a
Ad Moab clamabit cor meum, uectes eius uſque ad Segor, uitulum conſternantem, Iſa. 15.a
Moab terminum circuibit clamor, Iſa. 15.b
Moab ululatus perueniet uſque ad Gallim, Iſaiæ 15.b
Moabitarum clamor uſque ad puteum Elim, Iſaiæ 15.b
Moab emitte agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion, Iſa. 16.a
Moabitæ in trãſitu Arnon erunt ut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, Iſa. 16.a
Moab ini cõſilium meridie, pone umbram tuam quaſi noctem, fugientes abſcondas, Iſa. 16.a
Moab eſto latibulum profugis meis à facie uaſtatoris, Iſa. 16.a
Moab ſuperbiam audiuimus, ſuperbus eſt ualde, Iſa. 16.b
Moab ad Moab ululabit, uniuerſus ululabit, his qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas, Iſa. 16.b
Ad Moab uenter meus quaſi cithara ſonabit, & uiſcera mea ad murum cocti lateris, Iſa. 16.d
Moab poſt labores ſuper excelſis ſuis ingredietur ad ſancta ſua, ut obſecret, & non ualebit, Iſaiæ 16.d
Moab gloria in tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur, ſuper omni populo multo relinquetur modicus, nequaquam multus, Iſa. 16.d
Moab triturabitur ſub domino in monte iſto, ſicut teruntur paleæ in plauſtro, Iſa. 25.d
Moab contrita eſt, annunciate clamorem paruulis eius, Ier. 48.a
In Moab non eſt ultra exultatio contra Heſebon, cogitauerunt malum, uenite & diſperdamus eã de gente, Ier. 48.a
Ad Moab ſermo domini dei Iſrael, Ier. 48.a
In Moab prædo ueniet ad omnem urbem, et urbs nulla ſaluabitur, peribunt ualles, diſſipabuntur campeſtria, Ieremiæ 48.b
Moab date florem, quia florens egredietur, ciuitates eius deſertæ erunt & inhabitabiles, Ieremiæ 48. b
Moab fertilis fuit ab adoleſcentia ſua, requieuit in fecibus ſuis, nec transfuſus eſt de uaſe in uas, in tranſmigrationem non abijt, idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immutatus, Ier. 48.b
Moab mittam ordinatores & ſtratores laguncularum ſternent eum, uaſa eius exhaurient, lagunculas eorum collident, Ier. 48.b
Moab confundetur à Chamos ſicut confuſa eſt domus Iſrael à Bethel, in qua habebat fiduciã, Ier. 48.c
Moab uaſtata eſt, ciuitates illius ſuccenderunt, & electi iuuenes eius deſcenderunt in occiſionem, Ier. 48.c
Moab interitus prope eſt ut adueniat, & malum eius uelociter accurret nimis, Ier. 48.c
Moab conſolamini omnes qui eſtis in circuitu eius, & uniuerſi qui ſcitis nomen eius, Ieremiæ 48. c
Moab confuſus eſt, quoniam uictus eſt, ululate, clamate, annunciate in Arnon, quoniam uaſtata eſt Moab, Ier. 48.c
Moab cornu abſciſſum eſt, brachium eius contritum eſt, ait dominus, Ier. 48.d
Moab inebriate, quoniam contra dominum erectus eſt, & allidet manum in uomitu ſuo, & erit in deriſum etiam ipſe, Ier. 48.d
Moab fuit in deriſum tibi Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum, Ier. 48.d
Moab captiuus duceris propter uerba tua, quæ ad uerſus illum loquutus es, Ier. 48.d
Moab habitatores relinquite ciuitates, habitate in petra, eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis, Ier. 48.d
Moab uirga fortis quomodo confracta eſt, baculus glorioſus, Ier. 48.c
Moab ſuperbiam audiuimus, ſuperbus eſt ualde, ſublimitatem eius, arrogantiam, ſuperbiam, & cordis altitudinem ego ſcio, ait dominus, Ieremiæ 48. e
Moab non habet uirtutem iuxta illius iactantiã, nec iuxta quod poterat conata eſt facere, Ie. 48. e
Super Moab eiulabo, ad Moab uniuerſam clamabo, ad uiros muri fictilis lamentantes, Ier. 48. e
Moab uæ tibi, periſti populе Chamos, quia comprehenſi ſunt filij tui, et filiæ tuç in captiuitatem, Ier. 48. g
Moab captiuitatem conuertam in nouiſſimis diebus, ait dominus, Ier. 48. g
De Moab auferam offerentem in excelſis, & ſacrificantem dijs eius, Ier. 48. f
Ad Moab cor meum quaſi tubia æris reſonabit, & cor meum ad uiros muri fictilis, dabit ſonitum tibiarum, quia plus fecit quàm potuit, Ier. 48. f

In Moab omne caput caluitium erit, omnis barba rasa, in cunctis manibus colligatio, super omne dorsum cilicium, super omnia tecta & in plateis planctus, quoniam contriui Moab sicut uas inutile, &c̃. Ier. 48.f

Moab quomodo uicta est, et ululauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, confusus est, in derisum erit, in exemplum omnibus in circuitu suo, Ier. 48.f

Ad Moab ecce quasi aquila uolabit, extendet alas suas, Ier. 48.f

Super Moab adducã annum uisitationis eorum, ait dominus, Ier. 48.g

Erit Moab cor fortium in die illa sicut cor mulieris parturientis, Ier. 48.g

Moab cessabit esse populus, quoniam contra dominum gloriatus est, pauor, fouea, laqueus super te ô habitator Moab, Ier. 48.g

Moab humerum aperiam de ciuitatibus eius inclytis terræ, ut non sit ultra memoria filiorũ Ammon, Eze. 25.b

Moab tribus sceleribus et quarto non conuertam eum, quia ossa regis Idumææ incenderit usque ad cinerem, Am. 2.a

Moab ignem immittam, deuorabit ędes Carioth, Amos 2.a

Moab morietur in sonitu, in clangore tubæ, Amos 2. a

De Moab disperdam iudicem, & omnes principes eius interficiam cum eo, Amos. 2.a

Moab opprobrium audiui, & blasphemias filiorum Ammon, q̃ exprobrauerunt populo meo, &c̃. Soph. 2.b

Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra, ficcitas spinarum, acerui salis, desertum usq; in æternum, &c̃. Soph. 2.c

Moab olla spei meæ, Psa. 60.8. 108.9.

Moabitæ fortes ad dei famam pro pijs trement, Exo. 15.c

Moabitæ pertimuerunt Israelem, & impetum ferre non possunt, Num. 22.a

Moabitas impugnare prohibent Israelitæ, quorũ terram eis non sit daturus, Deut. 2.b

Moabitę in Ar concesserunt trãsitum Israeli, Deutero. 2.f

Moabites etiam post 10. generationẽ non intrabit in ecclesiam dei, & ratio additur, Deut. 23.a

Moabitas percussit Dauid, & mensus est funiculo, coæquans terræ ad occidendum & uiuificandum, & facti sunt tributarij, 2. Reg. 8.a

Moabitæ recusarunt transitum Israelitis, Iud. 11.c

Moabitæ percussi à Saule, 1. Reg. 14.g

Moabitas aggrediuntur rex Israel, rex Iuda, & rex Edom, per desertum Idumææ circumeuntes per uiam 7. dierum, aquis deficientibus, 4. Re. 3.b

Moabitas percussit Dauid, & facti sunt eius serui, 1. Par. 18. a

Moabitæ omnes congregantur, & stant in termi-

nis, uidentes aquas rubrefactas quasi sanguine suorum hostium, aggrediuntur Israelem, & cæduntur in fugam, 4. Reg. 3.d

Moabitarum ciuitates destruuntur, agri desolantur, fontes obturantur, arbores succiduntur, ciuitas metropolis percutitur, 4. Reg. 3.d

Moabitarum rex cum 700. uiris tentat irrumpere ad regem Edom, & non potuerunt, 4. Regum 3.d

Moabitarum rex arripit primogenitum filium suum, obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio magna in Israel, ut recederẽt, 4. Reg. 3.d

Moabitarum munimenta sublimius murorum concident, humiliabuntur, & detrahentur in terram usq; ad puluerem, Isa. 25.d

Moabitis porrigitur calix iræ diuinæ, Ier. 25.c

Moabitæ gaudent & gratulantur Iudæos uastatos ut alias gentes, Eze. 25.b

Moabitæ urbes Bethiesimoth, Beelmeon, & Cariathaim, Eze. 25.b

Moabitarum regi uincula mittit Ieremias, Ieremiæ 27.a

Moabitæ hostes Israelis, Psa. 83.6.

Moabitæ non introeant in ecclesiam dei in æternum, Nee. 13.a

Moabitæ non occurrerunt filijs Israel cum pane et aqua, Nee. 13.a

Moabitę conduxerunt aduersus Israel Balaam ad maledicendum, Nee. 13.a

¶Moadias filius Banni, 3. Esd. 9.d

¶Moadia successit Miamin, Nee. 12.a

¶Mobonnai de Husathi fortium Dauid unus, 2. Reg. 23.d

¶Mochona habitatio Iudæorum post reditum, Nee. 11.d

¶Mochori pater Ozi, 1. Par. 9.b

¶*Modestia.*

Modestia uestra nota sit omnibus hominibus, Phi. 4.a

Modeste corripiendi sunt qui resistunt ueritati, ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendum ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem, 2. Tim. 2. d

Modestos esse non litigiosos, Tit. 3.a

¶*Modicum.*

Modicę ciuitates tutius inhabitantur, Gen. 19.d

Modica spernens paulatim decidet, Eccl'ci 19.a

Modicum adhuc unum, & ego cõmouebo cœlum & terram, mare & aridam, Ag. 2.b

Modicum quid est quod dicit? Ioan. 16.b

Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem, Ioan. 16. b

¶*Modin.*

Modin mons habitatio Mathathiæ & filiorum, 1. Mach. 2.a

Modin coguntur idolis immolare, qui illuc con-

fugerant multi Iſraelitarum, 1. Mach. 2.b.
Modin patriam & ſepulturam uiſitant filij Simonis, & ipſe, militaturi pro gente contra Cendebęum, 1. Mach. 16.a
Circa Modin conſtituitur exercitus, 2. Mach. 13.d

¶*Modius.*

Modius iuſtus ſit, æquus ſ; ſextarius, Leuit. 19.g
Modius in domo tua nõ ſit maior & minor, Deutero. 25.d
Modius æqualis & uerus erit tibi, Deut. 25.d
Modij tres faciunt quaſi menſurã ephi, Ruth 2.d
Modios ſex hordei portat Ruth, Ruth 3.d
Modios tres facient triginta modij ſementis, Iſaiæ 5.c
¶Mobola filius reginæ uel Molechet ſororis Machir, 1. Par. 7.d

¶*Moholi.*

Moholi filius Merari, filij Leui, 1. Par. 6.c. Exodi 6.c
Moholi filius Muſi, filij Merari, 1. Para. 6.d. 23.c
Moholi filius Merari habuit filios Eleazar et Cis, 1. Par. 23.c. 24.d
Moholi filij, filij Leui, filij Iſrael, 3. Eſd. 8.d
Moholitarum familia à Moholi, Num. 26.g

¶*Molada.*

Molada ciuitas ad meridiem Iudæ, Ioſ. 15.e
Molada ciuitas tribus Simeon, Ioſ. 19. a. 1. Paralip. 4.e
Molada habitatio Iudæorum poſt reditum, Neemiæ 11.d
¶Molathites fuit Hadriel, cui Merob uxor, 1. Regum 18. e

¶*Mola.*

Molarem magnum angelus miſit in mare, Apoc. 18.g
Molam inferiorem & ſuperiorem non accipies loco pignoris, quia animam ſuam appoſuit tibi, Deut. 24.b
Molentes otioſe erunt in minuto numero, Eccleſiaſtes 12.a
Molentium duarum una aſſumetur, una relinquetur, Mat. 24.d
¶Molid filius Abiſur, ex matre Abihail, 1. Paralip. 2.d

¶*Moloch.*

Moloch deum Ammonitarum coluit Salomon, 3. Reg. 11.b
Moloch filius Haſabdiæ, filij Amaſiæ, 1. Par. 6.d
Moloch ueſtro portaſtis tabernacula, imaginem idolorum ueſtrorum, Am. 5.g
Moloch tabernaculum ſuſcepiſtis, & ſydus dei ueſtri Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas, Act. 7.f
¶Moldhom filius Gera, filij Bela, 1. Par. 8. a
¶Moleſtus de cætero nemo ſit mihi: ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto, Galat. 6.d

¶*Mollis.*

Mollis & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt ſua operæ diſſipantis, Prou. 18.b
Mollibus ueſtiti in domibus regum ſunt, Matthæi 11.a
Molles regnum dei non poſſidebunt, 1. Cor. 6.b
¶Moneta publica & tranſiens datur ab Abraham, Gen. 23.c

¶*Monumentum.*

Monumenta aperta ſunt, Mat. 27.f
Monumento quod erat exciſum in petra impoſitum corpus Ieſu, Mar. 15.d
Monumenti oſtio aduoluit lapidem, Mar. 15.d
Ad monumentum ueniunt orto iam ſole una ſabbatorum mane, Mar. 16.a
Monumenti oſtio quis reuoluet nobis lapidem, Mar. 16.a
Monumentum introeuntes uiderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt, Mar. 16.a
De monumento fugerunt: inuaſerat enim eas timor & pauor, Mar. 16.b
Monumenta eſtis, quæ non parent, & homines ambulantes ſupra neſciunt, Luc. 11.f
Monumenta prophetarum ædificatis, patres ueſtri occiderunt illos, profecto teſtificamini quod conſentitis operibus patrum ueſtrorum, Lucæ 11.g
Monumentum nouum in orto circa locum crucifixionis, Ioan. 19.g
A monumento uide lapidem ſublatum, Ioannis 20. a
Ad monumentum primus uenit ille alius diſcipulus, Ioan. 20. a
De monumento tulerunt dominum, & neſcimus ubi poſuerunt eum, Ioan. 20. a

¶*Mons.*

In monte ſaluantur erepti è Sodomis, Geneſis 19. d
In monte habitat Lot cum filiabus, Gen. 19.f
Mons dictus dominus uidebit, Gen. 22.c
Montem accedens occidatur non manibus ſed lapidibus, aut iaculis occidetur homo uel iumentum, Exo. 19.b
Montem aſcendant cum cœperit clangere buccina, Exo. 19.b
Monti terminus conſtituatur, quem nemo accedens tranſgrediatur, Exo. 19.b
Montem contingens morte moriatur, Exodi 19.b
Mons omnis terribilis erat domino deſcendente, Exo. 19.c
Mons domini dicitur mons Sinai, Num. 10.d
Montis uerticem Iſraelitæ aſcendunt, parati aſcendere in Chanaan contra decretum domini, Numeri 14.f
De monte Sepher ueniunt in Harada, Nu. 33.c
De monte Hor proficiſcentes uenerunt in Salmona, Num. 33.e
Mons altiſſimus (Libanus) Aquilonaris limes terræ

ræ promiſſæ, Num. 34.b
Mons Amorrhæorum offertur Iſraeli à deo, ut ibi habitent, Deut. 1.b
Mons Horeb ardebat uſq; in cœlum, erantq; in eo tenebræ, nubes, & caligo, Deut. 4.b
Mons cuius pars aſcendit in Seir, Auſtralis terminus Iſraelis, Ioſ. 12.c
Montis pars iuxta uallē filiorum Ennom Septentrionalis limes eſt Beniamin, Ioſ. 18.c
Mons qui ad Meridiē Bethhoron inferioris, limes eſt Beniamin à Bethel, Ioſ. 18.c
Mons domus domini eccleſia fidelium, erit in nouiſſimis diebus præparatus in uertice montium, & eleuabitur ſuper colles, Iſa. 2.a
Ad montem domus domini eccleſiam fluent omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, Iſa. 2.a
Mons domus domini erit in nouiſſimo dierum præparatus in uertice montium, & ſublimis ſuper colles, fluent ad eum populi, &c. Mich. 4.a
Ad montem domini properabunt gentes multæ, dicent: Venite aſcēdamus ad domum dei Iacob, docebit nos de uijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius, &c. Mich. 4.a
Super montem caliginoſum leuate ſignum, exaltate uocem, leuate manum, &c. Iſa. 13.a
Montem aſcendens Chriſtus prædicauit Euangelium diſcipulis, Mat. 5.a
Montem Chriſtus aſcendit, & ſedebat, ad quē turbæ multæ accedunt cum uarie languidis, quos curauit, Mat. 15.d
Monti huic dicetis, Tranſi hinc illuc, & tranſibit, ſi fidem habueritis ut granum ſinapis, Matthæi 17.c
Monti huic ſi fide dixeritis, Tolle & iacta te in mare, fiet, Mat. 21.b
Montem aſcēdens uocauit ad ſe quos uoluit ipſe, & uenerunt ad eum, & fecit ut eſſent duodecim, Mar. 3.b
Montem ſubijt Ieſus, ubi ſedebat cum diſcipulis tempore paſchæ, Ioan. 6.a
Montem fugit ſolus diſcipulis deſcendentibus in nauim, Ioan. 6.b
Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo, Iob 14.d
Montem domini quis aſcendet? quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, mundo corde, qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo, Pſa. 24.3.
Mons dei, mons pinguis, mons coagulat⁹, mons pinguis, ut quid ſuſpicamini montes coagulatos, Pſa. 68.15.
Mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo, &c. Pſa. 68.16.
In montem ſanctificationis induxit eos, montem quem acquiſiuit dextera eius, Pſa. 78.54.
Montis Sinai uocem qui audierunt, excuſauerunt ſe, ne eis fieret uerbum, Heb. 12.e
Montem Sinai ſi beſtia tetigerit lapidabitur, Hebræo. 12.e
Monte Sinai quicquid uidebatur terribile erat, Hebræo. 12.e
Montem acceſſiſtis non tractabilem acceſſibilem igne & turbine, &c. ſed ad montem Sion & ciuitatem dei uiuentis, Heb. 12.e
Mons Sion eſt ciuitas dei uiuentis, &c. Heb. 12.f
Mons magnus igne ardens, miſſus in mare ſanguinolētum reddidit, ut morerentur creaturæ eius, Apo. 8.c
Montes operti aquis diluuij, Gen. 7.d
De mōtibus Abarim ueniunt ad campeſtria Moab ſupra Iordanem contra Iericho, Num. 33.f
Montes Garizim & Hebal ſunt trans Iordanem poſt uiam quæ uergit ad ſolis occubitum in terra Chananæi contra Galgalam, Deutero. 11.d
Super montes inclyti Iſrael interfecti ſunt, 2. Regum 1.c
Montes Gelboe nec ros nec pluuia ueniant ſuper uos, neq; ſint agri primitiarū, quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, 2. Reg. 1.d
Montes excelſi omnes & omnes colles eleuati humiliabuntur in die domini, Iſa. 2.c
Montes omnes in ſarculo ſarrientur, non ueniet illuc terror ſpinarum & ueprium, ſed erit in paſcua bouis, & in conculcationem pecoris, Iſaiæ 7.d
Montes deus librauit in pondere, & colles in ſtatera, Iſa. 40.c
Montes & colles deſertos faciam, omne gramen eorum exſiccabo, Iſa. 42.b
Montes omnes meos ponam in uiam, & ſemitæ meæ exaltabuntur, Iſa. 49.d
Montes & colles cantabunt coram fidelibus laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu, Iſa. 55.d
Montes utinam defluerent à facie tua, ſicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, &c. Iſaiæ 64.a
Montes uidi & ecce mouebantur, Ier. 4.f
Montes excelſos, & rupes perennes, & conualles replebit dominus in æqualitatem terræ, Baruch 5.c
Montibus Iſrael prophetat Ezechiel, ut propter idololatriam ſint percutiendi gladio, Eze. 6.a
Montes Iſrael prædicuntur feliciter habitandi, Ezech. 36.a
De montibus Iſrael inimicus dixit, Euge altitudines ſempiternæ in hæreditatē datæ nobis ſunt, Eze. 36.a
Montes Iſrael deſolati eſtis, conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis gentibus, aſcēdiſtis ſuper labium linguæ & opprobrium populi, Eze. 36.a

Montes Iſrael ramos ueſtros germinetis, & fructum ueſtrum afferetis populo meo Iſrael: propè enim eſt ut ueniat, Eze.36.b

Montes Iſrael conuertar ego ad uos, & arabimini, & accipietis ſementem, multiplicabo in uobis hoïes, omnẽq; domum Iſrael, & habitabunt ciuitates, & ruinoſa inſtaurabuntur, Eze.36.c

Montes Iſrael replebo uos hominibus & iumentis, multiplicabuntur & creſcent, habitare uos faciam ſicut à principio, bonisq; donabo maioribus quàm habuiſtis ab initio, &c̃. Eze.36.c

Montes & colles dominum benedicunt, Dan.3.f

Montibus dicent Iſrael, Operite nos, & collibus, Cadite ſuper nos, Oſee.10.c

Montes ſtillabunt dulcedinem, colles fluent lacte, per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, &c̃. Ioelis 3.d

Montes conſumẽtur ſubtus deum, ualles ſcindentur ut cera à facie ignis, Mich.1.a

Montes commoti ſunt ab eo, colles deſolati ſunt, Na.1.b

Montes ſæculi contriti ſunt, diſſolutæ gentes, Abacuc 3.b

Montes tranſtulit dominus neſcientibus his quos ſubuertit in furore ſuo, Iob 9.a

Montium fundamẽta conturbata ſunt, quoniam iratus eſt eis, Pſa.18.7.

A montibus æternis tu illuminans mirabiliter, Pſa.76.4.

Montes priuſquam fierent, aut formaretur terra & orbis, à ſæculo et uſq; in ſæculum tu es deus, Pſa.90.2.

Mõtes ut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra, Pſa.97.5.

Montes aſcẽdunt & deſcendunt campi in locum quem fundaſti eis, Pſa.104.8.

Montes dominus tangit & fumigant, Pſa.104.32.

Montes exultauerunt ut arietes, colles ſicut agni ouium, Pſa.114.4.

In montes leuaui oculos meos, unde ueniet auxilium mihi, Pſa.121.1.

In montibus producit fœnum & herbam ſeruituti hominum, Pſa.147.8.

Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri, Pſa.148.9.

Montes commouentur in conſpectu dei, & in uoluntate eius aſpirauit Notus, Eccl'ci 43.b

Montibus incipient dicere, Cadite ſuper nos, & collibus, Operite nos, Luc.23.d

Montibus dicent, Cadite ſuper nos, & abſcondite, Apo.6.d

Montana Abram eligit quia perfectior, Gen.13.c

Montana habitant Amorrhæus, Hethçus, Pherezçus, Iebuſçus, Ioſ.11.a

Montana abijt Maria cum feſtinatione in ciuitatẽ Iuda, Luc.1.d

Montanis Iudææ diuulgabantur omnia hæc, facto timore ſuper omnes uicinos, Luc.1.f

¶Mophim filius Beniamin, Gen.46.c

¶*Mors.*

Morte morietur edens de ligno ſcientiæ boni & mali, Gen.2.c (Gen.20.b

Mors imminet non reddenti uxorem proximo,

Mors ob raptum Saræ indicitur Abimelech, Gene.20.a

Mortem timet Iſaac ut mentiatur, Gen.26.b

Mortis hora ignoratur etiam ſanctis, Gen.27.a

Mors & malum, uita & bonum proponitur legis diuinæ obſeruatoribus & contẽptoribus, Deutero.30.c

Mors ſola me & te ſeparabit, ait Ruth, Ruth.1.d

Mors amara ſiccine ſeparat, ait Agag, 1.Re.15.g

Mortis contritiones circumdederunt Dauid, 2. Reg.22.a

Mors in olla clamant filij prophetarum, 4.Regum 4.g

Mortem deglutiuit Chriſtus, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur, 1.Pet.3.d

Mortem præcipitabit dominus in ſempiternum, Iſa.25.c

Mors aſcendit per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis, Ier.9.f

Mors prædicitur etiam iuſto, ſi ſe à uia recta auerterit, Eze.18.f

Mortem nolo morientis, dicit dominus deus, reuertimini & uiuite, Eze.18.g

Mortem impij nolo, dicit dominus, ſed ut conuertatur à uia ſua, & uiuat, Eze.33.c

De mortis manu liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne, Oſee 13.d

Ad mortem uenatur uir fratrem ſuum, Mich.7.a

Mors ibit ante faciem eius, Aba.3.à

A morte impij ceſſant, à tumultu requieſcunt, feſſi robore, Iob 3.c

A morte quondam uincti ſine moleſtia ſunt, non audiunt uocem exactoris, Iob 3.c

A morte paruus & magnus pariter ſunt, ſeruus liber fit à domino ſuo, Iob 3.d

Mortem qui expectant & non uenit, ſunt quaſi effodientes theſaurum, & qui uehementer gaudent inuenientes ſepulchrum, Iob 3.d

Mors primogenita conſumat brachia impij, &c̃. Iob 18.c

Morti me trades ſcio, ubi conſtituta eſt domus omni uiuenti, Iob 30.d

Mortis portæ nunquid apertæ ſunt tibi, & oſtia tenebroſa uidiſti? Iob 38.b

Mors & uita in manibus linguæ, q diligunt eam comedent fructus eius, Pro.18.d

In morte non eſt qui memor ſit tui, Pſa.6.5.

In morte ſua ſperat iuſtus, Pro.14.d

Ad mortem qui ducuntur eos erue, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes, Pro.24.a

Mortis uaſa parauit dominus, ſagittas ſuas ut arẽ. deant

deant faciet, Psal.7. 13.
Mortis dolores circundederunt me, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, Psal.18. 4.
Mors ueniat super hostes, descēdant in infernum uiuentes, Psal.55.15.
Mors peccatorū pessima, qui oderunt iustum delinquent, Psal.34.21.
Morti improborum non est respectus, & firmamentum in plaga eorum, Psal.73. 4.
Mortis dolores circundederunt me, pericula inferni inuenerunt me, Psal.116. 3.
Mors sanctorum eius pretiosa est in conspectu domini, Psal.116.15.
De morte eripuisti animam meam, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu, Psal.116.8.
Mortis communionem scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis, Eccl'ci 9.d
Ante mortem ne laudes hominem quenquā, quoniam in filijs suis agnoscitur uir, Eccl'ci 11.d
Mortem non tardare memento, Eccl'ci 14.b
Mors testamētum est inferorum, quod demonstratum est tibi, Eccl'ci 14.b
Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrigens da pauperi, Eccl'ci 14.b
Ante mortem tuam operare iustitiam, quoniā nō est apud inferos inuenire cibum, Eccl'ci 14. c
Morti cōtraria loquela est, alia non inueniatur in hæreditate Iacob, Eccl'ci 23.b
Mors & rabitudo imminent in mandatis eius, Ecclesiastici 28. a
Mors melior est quàm uita amara, Eccl'ci 30.c
Ad mortem usq; periclitatus sum aliquoties, & liberatus sum dei gratia, Eccl'ci 34. b
O mors quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis, uiro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnibus, & adhuc ualenti accipere cibum, Eccl'ci 41. a
O mors bonum est iudicium tuum, homini indigenti, & qui minoratur uiribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit sapientiam, Eccl'ci 41. a
Mortis iudicium noli metuere, &c. hoc iudicium omni carni à domino, & qui superuenient tibi, in beneplacito altissimi, siue decem siue centum siue mille anni, Eccl'ci 41.a
Mortem zelare nolite in errore uitæ uestræ, Sapientiæ 1.c
Mortis acquisitio est iniustitia, Sap.1.d
Mortē impij manibus & uerbis accersierunt, Sapientiæ 1. d
Mortem æstimantes amicam, defluxerunt, sponsiones posuerunt ad illam, Sap.1. d
Morte digni sunt qui sunt ex parte iniquitatis, Sapientiæ 1. d
Mortem deus non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum, Sap.1. d
Morte turpissima condemnemus iustum aiunt impij, excæcauit enim illos malitia eorū, Sap.2.d
Mors introiuit in orbem terrarum, inuidia diaboli, Sap.2. d
Mortis tormentum non tanget iustos, Sap.3.a
Mori uisi sunt iusti oculis insipientium, &c. Sapientiæ 3. a
Morte digni sunt amatores malorū, qui spem habent in idolis, qui faciunt illa, qui diligunt & qui colunt, Sap.15.b
Mortem non gustabunt quidam de hic stantibus, donec uideāt filium hominis uenientem in suo regno, Matth.16.d
Mortis reum omnes eum esse condemnauerunt, Marc.14.g
Mortem suam prænunciat discipulis Christus, Marc.10. e
Mortem aliqui hic stantes non gustabunt, donec uideant regnum dei, Luc.9. d
Mortem prædictam à Christo non intellexerunt, absconditum erat uerbum istud, &c. Luc.18.f
A morte transibit ad uitā, qui audit uerbum meum, & credit ei qui me misit, Ioan.5.d
Mortui audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent, Ioan.5.e
Mortem non uidebit in æternum si quis sermonē meum seruauerit, Ioan.8.g
Mortem, qua erat moriturus, significauit per exaltationem suam à terra, Ioan.12. e
Mors per hominē est, & resurrectio mortuorum, 1.Cor.15.c
Mortis responsum Paulus habuit in Asia, 2. Corinth.1.b
Mors inimica nouissime destruetur, 1.Cor. 15. d
Mortis stimulus peccatum est, 1.Cor.15.g
Mors absorpta est in uictoria, cum mortale hoc induerit immortalitatem, 1.Cor.15.g
Mors ubi est uictoria tua? ubi stimulus tuus? 1. Cor.15.g
Mortuos deus suscitat, qui de tantis periculis nos eripuit, &, ut speramus, adhuc eripiet, 2.Cor.1.b
Mortis odor alijs in mortem, alijs uitæ in uitam, 2.Cor.2. d
Mors in nobis operatur, uita autem in uobis, 2. Corinth.4.c
In mortem tradimur propter Iesum semper, ut & uita Iesu manifestetur in carne mortali nostra, 2.Cor.4. c
Mortem quidem destruxit Christus, illuminauit autem uitam, & incorruptionem per euangelium, 2.Tim.1. e
Mortem gustauit pro omnibus gratia dei in Christo, Hebr.2.c
Mortis timori obnoxios per totam uitam, Christus liberauit à seruitute, Hebr.2. d
Morte sua Christus destruxit habētem imperium mortis diabolum, Hebr.2. d
Mortis causam nullam inuenientes Iudæi, petierunt à Pilato interfici Christum, Act.13.d

Morte Christi reconciliati sumus deo, cum inimici essemus, multo magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius, Rom.5.b
Mors regnauit ab Adam usq; ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri, Ro.5.c
Mortis similitudini sicut complantati sumus, sic simul & resurrectionis erimus, Rom.6.a
Mortem generat peccatum, cum fuerit consummatum, Iaco.1.b
Morte secunda non lædetur, qui uicerit, Apo.2.c
Mors nomen equitis in equo pallido, quem infernus sequebatur, quatuor malis orbis, Apo.6.b
Mortem homines quærent, & non inuenient, Apoca.9.b
Mors prima & mors secunda, Apoc.20.b.d
Mors secunda quibus debeatur, & stagnus sulphureus, Apoc.21.c

¶ *Mori.*

Mori & perire maluntIsraelitæ murmurantes, & reuerti in Aegyptum, quàm induci in terram promissam, Num.14.a
Moriatur anima mea morte iustorum, Nu.23.b
Morietur unusquisq; pro peccato suo, non patres pro filijs, nec filij pro patribus, Deut.24.c
Mortificat dominus & uiuificat, deducit ad inferos & reducit, 1.Reg.2.b
Morimur omnes, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur, 2.Reg.14.c
Morientur grandes & parui in terra ista, non sepelientur neq; plangentur, non se incident, nec caluitium pro eis fiet, Ierem.16.a
Mori mihi expedit magis quàm uiuere, Tob.3.a
Moritur quispiam robustus, sanus, diues, & felix, uiscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur, alius moritur in amaritudine animæ absq; ullis opibus, tamen simul in puluere dormient, uermes operient eos, Iob 21.c.d
Moriar dicebam in nidulo meo, sicut palma multiplicabo dies, Iob 29.c
Mortificatorum filios posside, secundum magnitudinem brachij tui, Psal.79.11.
Non moriar, sed uiuam, & narrabo opera domini, Psal.118.17.
Morti non tradidit me, & si castigando castigauerit dominus, Psal.118.18.
Moritur doctus similiter ut indoctus, Eccl'es 2.c
Moriens homo hæreditabit, serpentes bestias & uermes, Eccl'ci 10.b
Mori melius est quàm indigere, Eccl'ci 40.d
Mortuos dimitte sepelire mortuos suos, Mat.8.c
Mori si me tecum oportuerit, non te negabo, Matthæi 26.c
Mori nõ poterunt amplius ij, qui digni habebuntur resurrectione ex mortuis, æquales angelis sunt, & filij dei sunt, cum sint filij resurrectionis, Luc.20.f
Moriemini in peccatis uestris, si enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato uestro, Ioan.8.c
Moriemini in peccato uestro, Ioan.8.c
Non morietur in æternum omnis qui uiuit & credit in me, Ioan.11.c
Moriatur unus homo pro populo, & non tota gens pereat, Ioan.11.f
Moritur uix quisquam pro iusto, nam pro bono forsitan quis audeat mori, Rom.5.b
Mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit ut fructificetis deo, Rom.7.a
Moriemini si secundum carnẽ uixeritis, Ro.8.c
Mortificamur propter te tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis, Rom.8.g
Morimur domino, si morimur, Rom.14.b
Mortuorum resurrectio per hominem est, sicut & per hominem mors, 1.Cor.15.c
Moriuntur omnes in Adam, sic in Christo omnes uiuificabuntur, 1.Cor.15.c
Mortificationem semper Iesu in corpore circumferimus, 2.Cor.4.c
Mortificate membra uestra quæ sunt super terrã, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiã malam, et auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus, Col.3.a
Mori semel ut hominibus statutum est, post hoc autẽ iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, Heb.9.g

¶ *Mortuus.*

Mortua sunt omnia uiuentia in diluuio, Ge.7.d
Mortuus Iacob aromatibus conditur quadraginta diebus, Gene.50.a
Mortui post iudicium Core & complicum fuerunt de murmuratoribus 14700. Num.16.g
A mortuis ueritatẽ quærens non sit in Israel, Deuteronom.18.b
Mortuus in tabernaculo qua lege polluit illud, Num.19.c
Mortui non deflendi docentur, 2.Reg.12.f
Mortui reuocari fletu non possunt, 2.Reg.12.f
Mortui nõ reuertentur ad nos, nos ibimus ad eos, Ibidem.
Mortui tui uiuẽt, interfecti mei resurgẽt, Isa.26.d
Vt mortuos sempiternos collocauit me in tenebrosis, Thr.3.a
Mortui qui sunt in inferno, non dabunt honorẽ & iustificationem domino, Bar.2.d
Mortuorum spiritus acceptus est à uisceribus suis, Bar.2.d
Mortuus ante uel in partu nunc dormiens silerẽ, & somno meo requiescerem, Iob 3.c
Mortuus quiescerem cum regibus & consulibus terræ, Iob 3.c
Mortuis nunquid facies mirabilia? aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi? Psal.88.1.
Mortui non laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum, Psal.113.17.

Mortuos laudaui magis q̃ uiuentes, feliciorem autem utroq; iudicaui, qui necdum natus est, nec uidit mala quæ sub sole fiunt, Eccl'es 4.a
Super mortuum plora, deficit enim lux eius: super fatuum plora, deficit enim sensu, Eccl'ci 22.b
Super mortuum modicum plora, quoniã requieuit: nequissimi enim nequissima uita super mortuum fatui, Eccl'ci 22.b
Mortui luctus septem dies, fatui autem & impij omnes dies uitæ illorum, Eccl'ci 22. b
A mortuo qui baptizatur, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Eccl'ci 34.d
In mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, secundum iudicium, contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius, Eccl'ci 38. b
Mortui luctum fer uno die, propter delaturã, uel duobus propter detractionem, Eccl'ci 38. b
Mors festinat à tristitia, & cooperit uirtutem, Ibi.
Mortui in requie, requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui, Ecclesiastici 38.c
Mortuos abscondebas domi per diem, & nocte sepeliebas, prandium derelinquẽs, ego uero obtuli orationem tuam domino, Tob.12.c
Mortuos ubi inueneris, signans commenda sepulchro, 4.Esd.2. b
Mortuos resuscitabo de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognoui meum nomen in Israel, 4.Esd.2.b
Mortuos suscitate, Matth.10.a
Mortuorum deus non est deus Abraham, sed uiuentium, Matth.22.c
Mortui quod resurgant legistis, dicentem deum: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, non est deus mortuorum, sed uiuorum, Marc.12. b
A mortuis resurgentes neq; nubent neq; nubent, sed sunt sicut angeli dei in cœlis, Marc.12.b
Mortuus qui erat, resedit & cœpit loqui, Luc.7.b
Mortuos resurrecturos Moses ostendit secus rubum, appellans deum Abraham, deum Isaac & deum Iacob, uiuorum scilicet non mortuorum, Luc.20. f
Mortuos suscitat & uiuificat pater, sic & filius, Ioannis 5.d
Mortui procedẽt ad uocem filij dei de monumentis, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, q uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, Ioan.5. e
A mortuis suscitauit deus authorẽ uitæ, quem uos interfeciſtis, cuius nos testes sumus, Act.3. c
A mortuis postquã resurrexit Christus, nobis manifestatus est, qui manducauimus & bibimus cum illo, Act.10. f
Mortuorũ resurrectio philosophis ridet qbusdã, alij Athenis de ea audire uolunt, Act.17.g
Mortuos deum suscitare non credatur impossibile, Actorum 26.b
Mortuorum resurrectionis ob spem Paulus accusatur, Act.26.b
Ex mortuorum resurrectione Iesu Christi, secundum spiritum sanctificationis prædestinatus est Christus, Rom.1.a
Mors per peccatum intrauit in hunc mundum, Rom.5. b
Mortuus qui est, iustificatus est à peccato, Ro.6.b
Mortui si sumus cum Christo credimus, quia simul etiam uiuemus cum Christo, Rom.6.b
Mortuos uos quidem existimate peccato, uiuẽtes autem deo in Christo Iesu, Rom.6. b
Mortuus ego sum, & inuentum est mandatum, quod erat mihi ad uitam hoc esse ad mortẽ, Romanorum 7.b
Mortuus in hoc est Christus & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur, Rom.14.b
Mortui si nõ resurgunt, ergo Christum dominus non suscitauit, 1.Cor.15. c
Mortuorum resurrectio probatur ex Christi resurrectione, 1.Cor.15. b
Mortui si non resurgunt, frustra pugnaui ad bestias Ephesi, 1.Cor.15. d
Mortui si non resurgunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur, 1.Cor.15. d
Mortui si non resurgunt, quare id negantes baptizantur pro mortuis? 1.Cor.15. d
De mortuorũ resurrectione nolite seduci, 1. Corinth.15.d. e
Mortui resurrecturi quali corpore ueniẽt? 1. Corinth.15.e
Mortui si nõ resurgunt, quid nos periclitamur omni horã? 1.Cor.15. d
Morior quotidie propter uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu, 1.Cor.15. d
De mortuorũ resurrectione Paulus loquitur Corinthijs ad reuerẽtiam uel pudorem, 1.Cor.15.e
Mortuorum resurrectio differt, sicut claritas stellæ & stellæ, 1.Cor.15. f
Mortui resurgẽt incorrupti in nouissima tuba, in ictu oculi & nos immutabimur, 1.Cor.15.g
Mortuus unus pro omnibus, arguit omnes fuisse mortuos, pro quibus oĩbus mortuus est Christus, 2.Cor.5.c
Mortui cum essetis delictis & præputio carnis uestræ, cõuiuificauit uos cum illo, donans omnia delicta, Col.2.c
Mortui si estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neq; contrectaueritis, Col.2.d
Mortui estis, & uita uestra est abscõdita cum Christo in deo, Col.3. a
Mortuus est Christus gratis, si per legẽ iustitia est, (Gal.2. d
Mortuos peccatis conuiuificauit, cõresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus deus in Christo, Ephes.2.a

Mortuos peccatis, deus in misericordia diues, ex nimia charitate qua dilexit nos, cõuiuificauit in Christo, Ephes. 2. a
Mortui sunt homines delictis & peccatis, in quibus ambulant, Ephes. 2. a
Mortuus quod sit Christus et resurrexit credimus, sic & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo, 1. Thes. 4. c
Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, 1. Thes. 4. d
Mortuus est Christus ,p nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus, simul cum illo uiuamus, 1. Thes. 5. b
A mortuis memento Iesum Christum resurrexisse ex semine Dauid, secundum euangelium meum, 2. Tim. 2. a
Mortuæ creaturæ maris & aquarum, Apoc. 8. c
Mortuorũ tempus iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis & sanctis, Apoc. 11. d
Mortui qui in dño moriuntur beati, &c. Ap. 14. c
Mortui stant in conspectu throni, & alius liber apertus est, qui est uitæ, unde iudicati sunt mortui secundum opera inscripta, Apoc. 20. d
Mortuos suos dederunt mare, mors infernus & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum, Apoc. 20. d
Mortale hoc oportet induere immortalitatem, 1. Cor. 15. g ¶Morticinum.
Morticinis polluuntur qui contingunt, Leu. 11. f
Morticinum super sementem cadens non polluit illud, Leuit. 11. f
Morticina immundorum animalium portando pollutus, lauabit sua uestimenta, & immundus erit ad solis occasum, Leuit. 11. d. e. f
Morticinum non comedendum, Leuit. 17. d
Morticina non comedenda, Deut. 14. b
Morticina comedenda proponi possunt peregrinis & uendi, Deut. 14. c
Morticinum hominis cadet quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat, Ierem. 9. f
Morticinis idolorũ contaminauerunt terrã meam, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam, Ierem. 16. d
¶Mortariola fecit Salomon aurea, 2. Par. 4. d
Mortariolum aureum obtulit ad altaris dedicationem, quisque principum, appendens decem siclos plenum incenso, Num. 7. a
¶Mortiferum si quid biberint, non nocebit credentibus, Marc. 16. d
¶Mordentes inuicem & comedentes, uidete ne ab inuicem consumamini, Gal. 5. c
¶Mosa filius Zamri, pater Banaa, 1. Para. 8. d
Mosa filius Gera, filij Bela, 1. Par. 8. a

¶Moses.

Moses fiscella scirpea linita bitumine inclusus seruatur in aquis, Exod. 2. a
Mosis soror procul stans, aspicit quid de infantulo fiat exposito in carectum ripæ fluminis, Ex. 2. a
Moses alendus tradit Hebrææ matri suæ, à sorore, officio filiæ Pharaonis, gratia dei, Exod. 2. a
Moses adoptatur à filia Pharaonis, & nutritur à propria matre, mercede regis, domino prospiciente suis, & omnia dispensante contra regis uoluntatem, Exod. 2. b
Moses adultus, à matre traditur filiæ Pharaonis, Exod. 2. b
Moses uocatur à filia Pharaonis, quia ait, De aqua tuli eum, Exod. 2. b
Moses fratrum afflictiones uidens, percutientem Aegyptium per iniuriam fratrẽ, occidit, Ibidẽ.
Moses ad mortem quæsitus, fugit in terram Madian, & sedet iuxta puteum, Exod. 2. c
Moses defensis puellis in Madian, pecora curat adaquando, Exod. 2. c
Moses iurauit habitare cum Raguele, Exod. 2. d
Moses accipit uxorem Sephoram, filiam sacerdotis Madian Raguelis, Exod. 2. d
Moses pascit oues Iethro soceri sacerdotis Madian, Exod. 3. a
Moses minando gregem ad interiora deserti, uenit ad montem dei Horeb, Exod. 3. a
Moses faciem abscondit, non audens aspicere contra deum, Exod. 3. b
Mosen uocat dominus de medio rubi, ne calceat accedat ad locum terræ sanctæ, Exod. 3. b
Moses ad Pharaonem mittẽdus assumitur, ut educat populum Israel, Exod. 3. c
Moses ineptum se causatur accedere Pharaonem, & educendi Israel ex Aegypto, Exod. 3. c
Moses ad Iethro redit, cuius uoluntate petit fratres posse uisitare suos in Aegypto, Exod. 4. e
Moses à domino uocatur in Aegyptum, quia mortui sint qui quærebant animã illius, Exod. 4. e
Moses uxorẽ & filios asino superponens, redit in Aegyptum, uirgam manu portans, Exod. 4. e
Mosi in itinere occurrit dominus, & uoluit quasi occidere eum, Exod. 4. f
Moses & Aaron congregant seniores Israelis, & signa faciunt coram eis & credunt, Exod. 4. g
Moses Aaroni narrat uerba domini oĩa, & signa quæ mandauerat ei, Exod. 4. g
Moses & Aaron intrant ad Pharaonem, illum requirunt, ut populum dimittat, ut sacrificet deo in deserto, Exod. 5. a
Moses arguitur ut solicitator populi, ut ab operibus cesset, Exod. 5. a
Moses cõqueritur domino de Pharaonis duritia, aucta propter uerbum domini, Exod. 5. d
Moses & Aaron accusantur à populo impatiente ad labores, quasi gladium præbuerint Pharaoni ad occidendum Israel, Exod. 5. d
Moses à domino iubetur regem alloqui rebellem iterũ, de eodem prius negato, Exod. 6. b
Moses & Aaron sunt qbus præcepit deus educere filios Israel de Aegypto p turmas suas, Ex. 6. d

Moſes & Aaron loqui præcipiuntur ad Pharaonem regem Aegypti, Exod. 6. d
Moſes dicit, En incircunciſus labijs ego ſum, audiet me Pharao? Exod. 6. d
Moſes erit deus Pharaonis, Exod. 7. a
Moſes loquetur uerba dei ad Aaronem, qui eadē loquetur Pharaoni, Exod. 7. a
Moſes 80. annorum erat dux Iſraelis, Exod. 7. a
Moſes clamauit ad dominum pro ſponſione ranarum, Exod. 8. c
Moſes uir fuit magnus ualde in terra Aegypti, coram ſeruis Pharaonis & omni populo, Ex. 11. a
Moſes exiuit à Pharaone iratus nimis, Exo. 11. d
Moſi interdicitur ſub mortis pœna, ne ad Pharaonem amplius accedat, Exod. 11. g
Moſes Iſraelem conſolatur, & prædicit uidenda hodie magnalia dei, quæ ſit facturus cōtra Pharaonem, Exod. 14. d
Moſi dixerunt Iſrael, Nónne iſte ſermo quem diximus tibi in Aegypto, Recede à nobis? &c. Exodi 14. d
Moſis canticum canebant ſerui dei, & canticum agni, Apoc. 15. a
Moſes ſtat in uertice collis, habens uirgam dei in ſua manu, pugnante Iſraele contra Amalec, Exodi 17. c
Moſes, Aaron & Hur ſtant in uertice, dum Ioſue pugnat contra Amalec, Exod. 17. c
Moſis filij duo, Gerſom & Eliezer, Exod. 18. a
Moſes egreſſus in occurſum Iethro, adorauit & oſculatur, ſalutantq; ſe mutuo, Exod. 18. a
Moſes ſocero narrat opera dei circa Pharaonem, Exod. 18. b
Moſes ſolus iudicat tota die populum, Exo. 18. b
Moſes iudicat ſecundum præcepta dei & leges, Exod. 18. c
Moſes arguitur à Iethro, & in factis emendatur, Exod. 18. c
Moſes audit conſilium hominis Ethnici, Ibidem.
Moſes populo ſit in his quæ ad deum ſunt, & doceat dei beneplacitum per omnia, Exod. 18. c
Moſes audito cōſilio Iethro, fecit omnia quæ ſuggeſſerat, Exod. 18. d
Moſes dei uerba exponit ſenioribus Iſraelis, Exodi 19. a
Moſes deſcendit ad populum à deo, et omnia narrat eis, Exod. 19. d
Moſi loquitur deus in monte Sinai, dicenda ad populum Iſrael, Exod. 19. a
Moſes loquebatur, & deus reſpōdebat ei, Ex. 19. c
Moſes & Aaron aſcendere à deo iubētur in montem Sinai, Exod. 19. d
Moſes conteſtari iubetur populum, ne quis accedat uel tranſcendat limites ad uidendum dominum, ne pereat ex eis grandis multitudo, Ibidē.
Moſes loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur, Exod. 20. c
Moſes acceſſit in caliginem in qua erat deus, Ibi.

Moſes ſolus aſcendat montē ad dominum, Exodi 24. a
Moſes ſcripſit oēs ſermones domini, Exo. 24. a
Moſes ueniens à domino, narrauit plebi omnia uerba domini atq; iudicia, Exod. 24. a
Moſes à domino iubetur aſcendere montem pro tabulis lapideis, lege & mandatis inſcribendis, unde populum doceat, Exod. 24. c
Moſes & miniſter Ioſue aſcendunt in montem, et dicit ſenioribus ut expectent, Exod. 24. c
Moſes ingreſſus intra nebulam in monte, fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, Exod. 24. d
Moſes conſecrare Aaronem præcipitur, offerre, incenſare, ſuſcipere oblata, Exod. 29. c. d
Moſi huic uiro qui nos eduxit de Aegypto, ignoramus quid acciderit, Exod. 32. a
Moſe tardante in monte, populus contra Aaronē mouetur ut deos faciat illis, Exod. 32. a
Moſes orat dominum pro populo peccante in uitulo conflatili, Exod. 32. c
Moſes uitulum uidens & choros iratus ualde, proiecit tabulas, & confregit ad radices montis, Exodi 32. d
Moſes de monte reuerſus portat tabulas teſtimonij utrinq; inſcriptas opera domini, Exod 32. d
Moſes præcepit Iſraelitis cunctis omnia quæ audierat à domino in monte Sinai, Exod. 34. d
Moſes in porta caſtrorum, Si quis, ait, eſt domini, iungatur mihi, Exod. 32. f
Moſi tergum egredientis caſtra ad tabernaculum plebs tota reſpiciebat, donec ingrederetur tentorium, Exod. 33. b
Moſe ingreſſo tabernaculum fœderis, deſcendebat columna ignis ad oſtium tabernaculi, et cum Moſe loquebatur, Exod. 33. b
Moſi dixit deus, Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me, Exod. 33. c
Moſis uerbum dominus facturum ſe promittit, quia inuenerit gratiam corā deo, qui illum nouerit ex nomine, Exod. 33. d
Moſi dominus facie ad faciem loquebatur, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum, Exo. 33. c
Moſes iubetur ſtare in petra, Exod. 33. d
Moſi dominus dicit, Ecce locus eſt apud me & ſtabis ſuper petram, Exod. 33. d
Moſes ſtans cum domino inuocat nomen domini, Exod. 34. a
Moſes feſtinus curuatur pronus in terram, adorans, Exod. 34. a
Moſes orat dominum, ut gradiatur cum populo duræ ceruicis, & auferat iniquitates, & eos poſſideat, Exod. 34. b
Moſes fuit cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctes, Exod. 34. d
Moſes quadraginta dies panem non comedit, aquam non bibit, & ſcripſit in tabulas decem uerba, Exod. 34. d

Moſes poſt Aaronem conſecratum, obtulit & filios Aaronis, quos ſuo quoq; ritu conſecrauit, Leuit. 8. e
Moſes & Aaron benedixerunt populo, Leu. 9. d
Moſes & Aaron caſtrametabuntur ad ortum ſacrarij, in medio filiorum Iſrael, Num. 3. e. f
Moſes in oraculo audit uocem domini, loquentis ad ſe de ꝓpitiatorio inter duos cherubim, Numeri 7. g
Moſes non præcipit inconſulto domino in dubijs, Num. 9. b
Moſes murmurat contra dominum, & fide tentatur, Num. 11. c
Moſes queritur gratiã dei nõ inueniſſe, Nu. 11. c
Moſes queritur oneratum ſe nimio pondere tanti populi regendi, Num. 11. c
Moſes populum non tam ſuum dicit quàm dei, q portat eum, nutrit, ducit & dirigit, Num. 11. c
Moſes non poteſt ſolus ſuſtinere tantum populum, quia grauis eſt nimis, Num. 11. c
Moſes, Aaron & Maria egredi caſtra ad tabernaculum iubentur à domino, Num. 12. a
Moſes in omni domo mea fideliſſimus, Nu. 12. b
Moſi ore ad os loquor palàm, & nõ per ænigmata & figuras, dominum uidet, Num. 12. b
Moſi ſeruo meo quare non timuiſtis detrahere? Num. 12. c
Moſes uir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra, Num. 12. a
Moſes & Aaron cadunt proni in terram coram multitudine Iſrael, ob ſeditionem exploratoꝝ, Num. 14. a
Moſen facere deus uult principem ſup gentẽ magnam, & fortiorem quàm hæc eſt, Num. 14. b
Moſes orat contra ſeditioſos Core, & complices, Num. 16. a
Moſes irridet à Coritis & Dathan, &c. Nu. 16. b
Moſes nec aſellum quidem unquam accepit à Leuitis, nec quemquam afflixit, Num. 16. c
Moſes ſignum exhibet miſſionis ſuæ omni populo, Num. 16. d
Moſes iratus ualde orat ad dominum contra ſeditioſos Leuitas, Num. 16. c
Moſes & Aaron fugiunt ad tabernaculum ob tumultum populi, propter occiſos Coritas & cõplices, Num. 16. f
Moſes & Aaron iudicantur, ut non ſint ingreſſuri terram promiſſionis, Num. 20. b
Moſes & Aaron non ſanctificauerunt deum coram filijs Iſrael, ideo non introierunt terrã promiſſam, Num. 20. c
Moſes dñm orat pro ſucceſſore digno, Nu. 27. c
Moſes iubetur in monte Abarim cõtemplari terrã dandam Iſraeli, non ingreſſurus eam, Nu. 27. c
Moſes offendit deum in deſerto Sin, in contradictione multitudinis, ubi ſanctificare noluerunt nomen domini, Num. 27. c
Moſes iubetur ſumere ultionem domini de Madianitis, ante mortem ſuam, Num. 31. a
Moſes dedit terrã Galaad Machir filio Manaſſe, Num. 32. g
Moſes locutus eſt omnia dei præcepta Iſraeli 40. anno, prima die menſis undecimi, Deut. 1. a
Moſes non ſolus ſuſtinet regnum populi tã multi & magni, Deut. 1. b
Moſes legem dei explanat coram populo moritu rus, Deut. 1. b
Moſes conſtituit uiros ſapiẽtes, nobiles, principes, tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos ſuper populum dei, Deut. 1. c
Moſes conſpicere iubetur terram promiſſam, non ingredi, de montis Phaſga uertice, Deut. 3. d
Moſi quoq; iratus eſt dñs, ut non ipſe ſed ꝑ eo Ioſue miniſter intrauerit ꝓmiſſam terrã, Deut. 1. f
Moſes petit ingredi terram optimam, & non exauditur, Deut. 3. d
Moſi iraſcitur dominus propter populum rebellem, Deut. 3. d
Moſes docuit præcepta & iuſtitias, ſicut ſibi dominus mandauit, Deut. 4. a
Moſes ſequeſter & medius inter deum & uos, ut annunciarem uobis uerba eius, ignem eius timentibus, Deut. 5. a
Moſes accedat ad dominum, & audiat quæ dixerit, nobisq; loquatur, Deut. 5. c
Moſes tu hic ſta mecum, & loquar tibi oĩa mandata mea, ceremonias & iudicia, quæ docebis ut faciant, Deut. 5. d
Moſen conſtituere uult deus ſuper gentem, quæ hac maior & fortior ſit, Deut. 9. c
Moſes quadraginta diebus orando impetrauit ut non perderet Iſraelem dominus, Deute. 10. c
Moſes iuſſus præcedere Iſraelem, ut poſſideat terram promiſſam, Deut. 10. c
Moſi iratus dominus iurauit, ne ingrediatur in terram optimam, quam eſt daturus, Deut. 4. c
Moſes ego en morior in hac, hunc non tranſibo Iordanem, Deut. 4. c
Moſes uidet de monte terram Chanaan tradendã filijs Iſrael, & illic moritur, Deut. 32. g
Moſes populo ſuo moriens iungendus, ſicut mortuus eſt Aaron frater in monte Hor, Deu. 32. g
Moſes & Aaron præuaricati eſtis cõtra me in medio filiorum Iſrael ad aquas contradictionis in Cades deſerti Sin, & non ſanctificaſtis me inter filios Iſrael, Deut. 32. g
Moſes econtra uidebis terram & non ingredieris in eam quam ego dabo filijs Iſrael, Deut. 32. g
Moſes iubetur aſcẽdere in montẽ Abarim in montem Nebo, qui eſt in terra Moab contra Iericho, & uidere terram Chanaan, Deut. 32. g
Moſes quibus fœdus pepigerit in campeſtribus Moab, Deut. 29. b
Moſes cẽtum uiginti annorum loquitur ad Iſraelem, Deut. 31. a
Moſes ꝓhibetur à dño tranſire Iordanẽ, Deut. 31. a

Moſes legē ſcripſit & tradidit ſacerdotibus, Deuteronom.31.b

Moſi denunciatur mors proxima, Deut.31.d

Moſes de ſucceſſore iubetur diſponere, Deu.31.d

Moſes & Ioſue ſiſtuntur tabernaculo domini, & domino apparēti in columna nubis, Deut.31.d

Moſes iubetur dormire cum patribus, Deut. 31.d

Moſes conuocari præcipit maiores natu & doctores, ut legis obſeruantiam inculcet Iſraeli, Deut.31. g

Moſes prædicit Iſraeli præuaricationes ſuas, & domini dei iuſti uindictas dignas futuras, Deuteronom.31. g

Moſes præcipit Ioſue filio Nun, ut confortetur & roboretur, ad introducendum filios Iſrael, Deuteronom.31. f

Moſes aſcendit in montem Nebo de campeſtribus Moab, in uerticem Phaſga contra Iericho, Deut.34. a

Moſes tu quidem hanc terrā, quā iuraui patribus, uidiſti oculis, & non tranſibis ad illā, Deu.34.b

Moſes ſeruus domini mortuus eſt in terra Moab, iubente domino, Deut.34.b

Moſen dominus ſepeliuit in ualle terræ Moab contra Phogor, Deut.34.b

Moſis ſepulchrum non cognouit homo, uſq; in præſentem diem, Deut. 34. b

Moſes centum uiginti annorū erat, quando mortuus eſt, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt, Deut.34. c

Moſen fleuerunt filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta diebus, Deut.34.c

Moſi ſimilis propheta non ſurrexit ultra in Iſrael, quem noſſet dominus facie ad faciem, in omnibus ſignis atq; portentis, quæ miſit per eum ut faceret in terra Aegypti, Deut.34.d

Moſes fecit ſigna & portenta magna in uniuerſa terra Aegypti, & mirabilia magna coram uniuerſo Iſrael, Deut.34. d

Nabuchodonosor tollit de Ierusalẽ cum rege Ioachin uasa aurea, quæ fecerat Salomon, cum thesauris domus domini & regis, cum omnib⁹ fortibus & nobilibus 10000. in captiuitatem, 4. Reg.24.c

Nabuchodonosor regis annus primus fuit quartus regis Ieoiakim, filij Iosiæ, Ier.25.a

Nubuchodonosor rex Babylonis præliatur contra Ierusalem, Ier. 21.a

Nabuchodonosor captiuitatẽ relaxauerat, sed rediens aduersus eam præliatus est, eam cepit, & igni succẽdit, ciuitates Iuda dedit in solitudines, &c. Ier.34. d

Nabuchodonosor thronum suum statuet in domo Pharaonis in Aegypto, percutietq; Aegytum captiuitate & gladio, Ier.43.d

Nabuchodonosor pater Balthassar, Bar.1.b

Nabuchodonosor rex Aquilonis rex regum, Eze. 26. b

Nabuchodonosor rex regum, cui deus cœli dedit regnum, fortitudinẽ, imperium, & gloriam, ut in eius manu homines sint & bestiæ, aues cœli, & uniuersa, ut sit caput aureum, Dan. 2.f

Nabuchodonosor rex adorauit Danielem, & hostias incẽsum q̃ prçcepit, ut sacrificarẽt ei, Dã.2.g

Nabuchodonosor prædicat signa et miracula dei fortia, & regnum dei sempiternum, & potestatẽ eius in omnes generationes, Dan.3.g

Nabuchodonosor benedicit deum Israel, quia eruit seruos suos, si qui crediderunt in eum, et uerbum regis immutauerunt, &c. Dan.3.g

Nabuchodonosor regi deus dedit regnum, magnificentiã, gloriã, & honorem, unde & uniuersi populi metuebant eum agentẽ pro sua uoluntate, quẽ & superbientem humiliauit altissimus, &c. Dan.5. e

Nabuchodonosor superbe se iactat de potentia sua, ideo uoce cœlesti iudicatur ad pœnam grauem, Dan.4.f

Nabuchodonosor rex tibi dicit, Regnum tuum à te transibit, ab hominibus eijcient te, fœnum quasi

quasi bos comedes, septem tempora mutabun-
tur sup te, donec scias q dominetur excelsus in
regno hominum, et cuicunq uoluerit det illud,
Dan.4.f. 5.f
Nabuchodonosor post finē dierum pœnitens, re
stitutus est regno & figuræ suæ, Dan.4.g
Nabuchodonosor superbus ambit imperium gē
tium plurimarum, quæ illi non acquiescunt,
Iudith 1.c
Nabuchodonosor regnat in ciuitate Niniue, rex
Assyriorum, Iudith 1.c
Nabuchodonosor pugnat contra Arphaxat, &
uincit in campo magno Ragau, Iudith 1.c
Nabuchodonosor legatio contemnitur à multis
gentibus, & ideo iratus uult se defendere ab om
nibus eis, Iudith 1.d
Nabuchodonosor rex Assyriorū, Iudith 1.c.d. 2.a
Nabuchodonosor cogitat omnem terram subiu-
gare suo imperio, Iudith 2.a
Nabuchodonosor solus deus haberi uoluit, Iu-
dith 3.d. 6.a
Nabuchodonosor quæ abstulit uasa, & in tem-
plum dei sui posuerat, ea Cyrus protulit per ma
num Mithridathis filij Gazabar, Esd.1.c
¶Nabu princeps Babylonius, Ier.39.a

¶*Nabuzardan.*

Nabuzardan agnoscit & confitetur iustitiā domi
ni circa Iudæos, domino semper rebelles, Ie.40.a
Nabuzardan princeps militiæ regis Babylonis
incendit domum dñi, domum regis, oēs domos
Ierusalem, et omnem domum magnam decima
die quinti mensis, Ier. 52.c
Nabuzardan succendit domum domini mense
quinto, septima die mensis, anni 19. regis Baby-
lonis, & muros Ierusalem destruxit, omnem do
mum magnam combussit, 4.Reg.25.b
Nabuzardā reliquit Hierosolymis uinitores agri
colas, 4.Reg.25.c

¶*Nachor.*

Nachor filius Sarug, pater Tharę, Ge.11.c. Lu.3.g
Nachor uixit 29.& 219.annis, Gen.11.c
Nachor habuit uxorē Melcha filiā Aran, Ge.11.d
Nachor accipit filios ex Melcha, Gen.22.d
Nachor urbs in Mesopotamia, Gen.24.b
Nachor 18.in genealogia patrum, 1.Par.1.b
¶Nachōn area ubi boues arcam trahentes calci-
trabant, 2.Reg.6.a

¶*Nadab.*

Nadab & Abiu iubentur à Moyse extra castra por
tari, occisi coram domino per Misaelem & Elisa
phan, Leuit.10.a
Nadab & Abiu thuribulis arreptis præsumunt i-
gnem alienum imponere, qui à domino egres-
sus, combussit eos coram domino, Leuit. 10.a
Nadab filius Ieroboā secundo anno Asa regnat,
idq; duobus annis, malus ut pater, occisus à Baa
sa pro eo regnum usurpante, 3. Reg.15.f
Nadab pater Saled Apphaim, 1.Par.2.d

Nadab filius Abigabaon, 1.Par.8.c
Nadab filius Semei, 1.Par.2.d
¶Nadabia filius Iechoniæ, 1.Par.3.d
¶Nagge pater Hesli, filius Mahath, Luc.3.f
¶Nahabi filius Vapsi, explorator de Nephthali,
Num. 13.b
¶à Nahaliel uenit Israel in Bamoth, Num. 21.c
¶Naham filius Caleb, filij Iephone, 1.Par.4.c
¶Nahamani reuersus à captiuitate, Nec. 7.b
¶Naharai Berothites armiger Ioab, 2.Reg.23.d
1.Par.11.g ¶*Nahasson.*
Nahasson filius Aminadab, frater Elizabeth uxo
ris Aaron, Exo. 6.d
Nahasson filiº Aminadab genuit Salmon, Ruth
4. d
Nahasson genuit Salma, 1.Par.2.b

¶*Nahath.*

Nahath filius Rahuel, Gen.36.b. 1.Par.1.c
Nahath filius Sophai, pater Eliab, 1.Par.6.b
Nahat præfectus decimarum sub Chonenia, 2.
Par.31.c
¶Naim ibat Iesus cum discipulis & turba copio
sa, Luc.7.b
¶Naum pater Amos, filius Hesli, Luc.3.f
¶Nahum Elcesçi liber uisionis, Na.1.a
Nahum redijt de captiuitate, Nec.7.b. Esd.2.
Rehum.
¶Naioth est in Ramatha, 1.Reg.20.a. 19.d
Naioth locº ubi Samuel & Dauid fugerunt Saul
persequutorem, 1.Reg.19.d

¶*Namuel.*

Namuel filius Eliab, filij Phallu, Num.26.b
Namuel familia Simeonis, 1.Par.4.c
Namuelitarum familia à Namuel in tribu Sime-
on, Num.26.b
¶Naneæ templum in Persida, 2.Mach.1.c
¶Napheg filius Dauid in Ierusalem natus, 1.Pa-
ralip.14.b
¶Naphis auxilio fuit Rubenitis & Gaditis con
tra Agarenos, 1.Par.5.c
Naphis filius Ismael, Gen.25.b. 1.Par.1.b
¶Narratio peccantium odiosa, & risus illorum
in delictis peccati, Eccl'ci 27.b
¶Narcissi domum salutat Paulus, Rom. 16.b
¶Nasia filij Nathinæi redeunt, Esd. 2.c. Ne.7.c
¶Nasisim filij, 3. Esd.5.c
¶Nasith filij, 3.Esd.5.c
¶Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit con
tra Damascum, Can.7.b

¶*Nasci.*

Nasciturum te tunc si sciebas, & numerum die-
rum tuorum noueras? Iob 38.c
Nascendi tempus & moriendi, Eccl'es 3.a
Nasci oportet uos denuo, Ioan. 3.a
Nasci quō potest homo cum sit senex? Ioan. 3.a
Nati nos continuo desiuimus esse, Sap. 5.c
Natus est uobis hodie saluator, q est Christus do-
minus in ciuitate Dauid, Luc. 2.b

Nati cum nondum fuissent, aut aliquid boni egissent uel mali, secundum electionẽ propositum dei manſit, Rom. 9.b

Natus ex deo non peccat, ſed generatio dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum, 1.Ioan.5.d

Natiuitate Ioannis multi gaudebunt, Luc.1.b

¶*Natio.*

Nationes terræ omnes benedicendæ in ſemine Abrahæ, Gen.18.c

Natio tam grandis alia non eſt, quæ habeat deos appropiinquantes ſibi, ſicut dominus deus noſter adeſt cunctis obſecratiõib⁹ noſtris, Deu.4.a

In nationibus confitebor tibi domine, & nommi tuo pſalmum dicam, Pſa.18.49.

In nationibus iudicabit, impleuit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum, Pſa.110.6.

Nationi omni non fecit taliter, iudicia ſua nõ manifeſtauit eis, Pſa.147.20.

Nationes hominum reſpicite & ſcitote, quia nullus ſperauit in dño & confuſus eſt, Eccl'ci 2.b

Nationes ſi perierint quas tu feciſti, quis tibi imputabit, ô deus? Sap.12.b

¶*Nathanael.*

Nathanael filius Suar princeps tribus Iſſachar, Num.1.a

Nathanael fili⁹ Suar dux Iſſachar ſecundo die obtulit ad altaris dedicationem, Num.7.b

Nathanael ex fratribus Aſaph cum canticis Dauid, Num.12.c

Nathanael quartus filius Iſai, 1.Par.2.b

Nathanael ſacerdos tubis clangens, 1.Par.15.d

Nathanael pater Semeiç ſcribæ, 1.Par.24.b

Nathanael filius Obededom Ianitor duodecim⁹, 1.Par.26.a

Nathanael Leuitarum princeps, 2.Par.35.b

Nathanael ſucceſſit Idaia, Nee.12.a

Nathanael filius Pheshur ſacerdos duxit alienigenam, Eſd.10.c

Nathanael, Iechonias, Semeias fratres, 3.Eſd.1.b

Nathanaël ecce uere Iſraelita, in quo dolus nõ eſt, Ioan.1.g

Nathanael priuſquam Philippus te uocaret cum eſſes ſub ficu uidi te, Ioan.1.g

Nathanael dixit Chriſto, Filius dei es tu, rabbi, Tu es rex Iſrael, Ioan.1.g

Nathanael qui erat à Cana Galilææ, erat cum Petro, Thoma, & filijs Zebedæi, Ioan.21.a

¶Nathaniel princeps in regno Ioſaphat, 2.Paralip.17.b

¶*Nathan.*

Nathan filius Dauid in Ieruſalem natus, 2.Re.5.c

Nathan audit à domino, ut Dauidi loquatur de non ædificanda domo dei per ipſum, 2.Re.7.a

Nathã ad Dauid, Omne quod eſt in corde tuo uade, fac, quia dominus tecum eſt, 2.Reg.7.a

Nathan propoſita parabola corripit Dauidẽ, et ad pœnitentiam adigit & confeſſionem, 2.Re.12.a

Nathan de Soba filius Igaal, 2.Reg.23.d

Nathan completurum ſe ſermonẽ promittit, dum cœperit Bethſabeç loqui ad Dauid, 3.Re.1.b

Nathan propheta conſilio ſuo adducit Bethſabeç ut Salomon promoueatur in regnum Dauid, 3.Reg.1.b

Nathan non ingreditur niſi à Dauide uocatus, 3.Reg.1.c

Nathan Dauid regem propheta pronus adorat, 3.Reg.1.c

Nathan queritur ſe, & Sadoch, & Banaiam, & Salomonem non inuitatos ab Adonia regnante, 3.Reg.1.d

Nathan queritur ſibi non fuiſſe indicatum à Dauide de ſucceſſore ſubſtituendo, 3.Reg.1.d

Nathan pater Azariæ eius qui aſſiſtebant regi, 3.Reg.4.a

Nathan pater Zabud ſacerdotis, 3.Reg.4.a

Nathan Melech eunuchus, qui in Pharurim, 4.Reg.23.c

Nathan filius Ethçi pater Zabad, 1.Par.2.c

Nathan filius Dauid de Bethſabee, 1.Par.3.a

Nathan frater Ioel uiri fortis, 1.Pa.11.g

Nathan filius Dauid in Ieruſalẽ natus, 1.Pa.14.b

Nathan loquitur Dauid, ut omnia faciat quæ cogitat, quia deus tecum eſt, 1.Par.17.a

Nathan ſermone dei iubetur prohibere Dauidem de ædificãda domo dei ad habitãdum, 1.Pa.17.a

Nathã propheta ſcripſit geſta Dauidis, 2.Pa.29.g

Nathan ſcripſit geſta Salomonis, 2.Par.9.g

Nathan ex 11. nunciis Eſdræ ad Eddo, Eſd.8.c

Nathan, 3.Eſd.8.d

Nathan de filijs Bani duxit alienam, Eſd.10.d

Nathan propheta ſurrexit in diebus Dauid, Eccleſiaſtici 47.a

Nathan pater Matthatha filius Dauid, Luc.3.f

¶*Nathanias.*

Nathanias pater Iſmael, 4.Reg.25.f

Nathania filius Aſaph propheta in muſicis, 1.Par.25.a

Nathanias Leuites & doctor legis ſub Ioſaphat, 2.Par.17.b

Nathaniæ in cantoribus quinto cum filijs & fratribus 12. 1.Par.25.c

Nathanias pater Iudi filius Selemiæ, Ier.36.c

Nathanias pater Iſmahelis, Ier.40.c

Nathanias pater Enan filius Salathiel, Iudith 8.a

¶Nathanee alienam abijcit, 3.Eſd.9.c

¶*Nathinæi.*

Nathinçi 200. ueniunt cum Eſdra de Chaſphia, Eſd.8.d

Nathinçi habitabant in Ophel, Nee.3.f

Nathinçi & ſeruorum Salomonis filij omnes redeuntes numero 392. erant, Eſd.2.c. Nee.7.e

Nathinçi ſunt quos dederat Dauid & principes ad miniſteria Leuitarum, Eſd.8.d. 3.Eſd.8.d

Nathinçi habitantes in Ophel, Nee.11.c.

¶*Natura.*

Naturas singulas & diuersas acceperunt res mundi, quas sine murmure contra deum administrare iubentur, 4.Esd.4.b

Naturalem usum fœminæ idololatrarum immutauerunt in eum usum q̃ est cõtra naturã, Ro.1.d

Natura docet ignominiam esse uiro nutrire comam, 1.Cor.11.c

Natura eramus filij iræ, sicut & cæteri, Ephe.2.a

Natura omnis bestiarum domatur à natura humana, Iac.3.b

Naturæ diuinæ cõsortes efficiamini per uirtutem Christi, 2.Pet.1.a

¶*Naues.*

Naues maris ululate, quia deuastata est fortitudo uestra, Isa. 23.c

Naues omnes maris, & earum nautæ negotiationi seruiunt Tyrorum, Eze.27.b

Nauium Tyri pompa ingens describitur, Ezechiel.27.a

Nautę clamauerunt quiq̃ ad deum suum, Ion.1.b

Nautæ timuerunt timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, et uouerunt uota, Ion. 1.d

Nautæ clamant ad dominum, Ne quæso peramus in anima uiri istius, & ne des sup nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut uoluisti fecisti, Ion.1.d

Nauis instar facta est institoris mulier fortis de lõge portans panem suum, Prou.31.b

Nautæ ascendunt usq̃ ad cœlos, in mari descendunt usq̃ ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat, Psa.107.26.

Nautæ in mari turbati sunt & moti sicut ebrius, omnis sapiẽtia eorum deuorata est, Psa.107.27.

Nautę clamauerunt ad dominum, &c̃. Ps.107.28.

Nautę inuocant lignum fragilius, eo quo portantur, Sap. 14.a

Nauis excogitata cupiditate acquirendi, Sapient.14.a

Nauiculam ascendenti Christo motus in mari ortus, domino dormiente, compressus est præcipiente, Mat.8.c

Nauicula transfretauit Christus in ciuitatem suã, Mat.9.a

Nauiculam Christus ascendens sedet & docet turbas in littore stantes, Mat.13.a

Nauicula secessit Christus in desertum locum seorsum, Mat.14.b

Nauicula in mari iactatur fluctibus cõtrario uento, Mat.14. c

Nauiculam sibi seruire iussit propter turbam, ne comprimerent eum: multos enim sanabat, quot quot habebant plagas, Mar. 3.b

Nauim ascendens sedebat in mari, & omnis turba circa mare super terram erat, Mar.4.a

Nauim ascendunt ut abeant in desertum locum, Mar.6.d

Nauis in medio mari, & Christus solus in terra, Marci 6.f

Nauim duarum unam Christus ascendens, reducta q̃ pusillum sedens docebat de nauicula turbas, Luc. 5.a

Nauim duc in altum Simon, & laxa retia, Lucæ 5.a

Naui alia socijs annuunt, ut uenientes adiuuarẽt, Luc. 5.a

Nauiculas ambas impleuerunt piscibus, ita ut pene mergerentur, Luc. 5.b

Nauibus subductis ad terram relictis omnibus sequuti sunt eum, Luc.5.c

Nauiculam ascendit cum discipulis, & obdormiuit, tunc procella uenti descendit in stagnum, & periclitabantur, Luc.8.c

Nauis statim fuit ad terram, in quam ibant discipuli, Ioan.6.c

Nauicula aderat tantum una, in quam Iesus non intrauit cum discipulis, Ioan. 6.c

Naues de Tiberiade superuenerunt ad locum, ubi panes manducauerant, Ioan.6.c

Nauim ascendẽtes nocte illa nihil prendiderunt, Ioan. 21.a

Nauigio uenerunt alij discipuli, trahentes rete piscium, Ioan. 21.b

Nauigatio incipit esse non tuta, & cum iniuria & damno, non tantum oneris & nauis, sed & animarum, Act.27.b

Nauis Pauli pericula circa Claudam insulam, Acto.27.d

Nautæ fugere quærentes prohibiti sunt à Paulo, Act.27.f

Nauem alleuiabãt iactantes triticum in mare, Acto. 27.f

Naufragium describitur Pauli & sociorum, Acto.27.f.g

Naufragium omnes animæ euaserunt salui, Acto.27. g

Naues magnæ à uentis ualidis minantur, Iacobi 3. a

Naues magnæ à modico gubernaculo circumferuntur, ubi impetus dirigentis uoluerit, Iacobi 3. a

¶*Nazaræus.*

Nazaræorum lex uirorum & mulierum, Numeri 6.a

Nazaræus prænunciatur ab angelo, ut uinum & siceram non bibat, & immundum nõ comedat, qui incipiet liberare populum Israel, Iud.13.a

Nazaræus domini Samson consecratus domino de utero matris, Iud. 16.d

Nazaræi eius candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores, Thr.4.b

Nazaræorum facies denigrata est, nõ sunt cogniti in plateis, adhęsit cutis eorũ ossib⁹, &c̃. Thr.4.b

Nazaræos suscitaui de iuuenibus Israelis, Amos 2.d

Nazaræi apti ad orationes & ieiunia, damant ad deum pro populo, 1. Mach. 3.f

¶*Nazareth.*

Nazareth peruenit Ioseph cum puero & matre, ut implerentur scripturæ, Mat. 2.d

Nazaræus Christus uocabitur secundum prophetas, Mat. 2.d

Nazareth relicta Christus habitauit in ciuitate Capernaum maritima, Mat. 4.b

Nazareth ciuitatem Galilææ missus est Gabriel, Luc. 1.c

A Nazareth in ciuitatem Dauid Bethleem ascendit Ioseph, Luc. 2.a

Nazareth ciuitas Christi & Mariæ, Luc. 2.f

Nazareth uenit Iesus cum parentibus, & erat subditus eis, Luc. 2.g

Nazareth ueniebat Iesus, ubi erat nutritus, Lucæ 4.c

A Nazareth potest aliquid boni esse? Ioan. 1.g

¶A Neapoli uenimus Philippos, Act. 16.b

¶Nebai caput populi fœderis signator, Nee. 10.a

¶Nebahaz deus Heuæorum, 4. Reg. 17.f

¶Neballat habitatio Beniamin post reditum, Neemiæ 11.d

¶*Nebo.*

Nebo regio apta alendis animalibus, Num. 32.a

Nebo filij 52. redeuntes, Esd. 2.b. Nee. 7.d

Nebo mons qui & Abarim in terra Moab contra Iericho, Deut. 32.g

¶Nebsan ciuitas Iuda in deserto, Ios. 15.g

¶*Nebula.*

Nebula impletur oraculum deinde & sanctum, Leuit. 16.c

Nebula implebat totam domum domini, tẽplum à Salomone extructum, 3. Reg. 8.b

In nebula ut habitaret dominus dixit Salomon, 3. Reg. 8.b

Nebula ascendit uelut uestigium hominis de mari, 3. Reg. 18.g

Nebulæ puluis pedum domini, Na. 1.a

Ad nebulam nunquid eleuabis uocem tuam, & impetus aquarum operiet te? Iob 38.d

Nebulæ euolauerunt de apertis thesauris dei sicut aues, Eccl'ci 43.b

¶Necoda filij Nathinæi redeunt, Esd. 2.c. Ne. 7.c

¶Neceb alio nomine Adami, Ios. 19.c

¶Nechodaici filij sacerdotes, 3. Esd. 5.d

¶Necoda filij redeuntes prosapia ignota, Es. 2.d. Nee. 7. f

¶Nechao rex Aegypti ascendit ad pugnandum in Carcamis iuxta Euphraten, 2. Par. 35.d

¶Nechoba filij, 3. Esd. 5.c

¶*Neemias.*

Neemias erat pincerna regis Artaxerxis, Numeri 1.d

Neemiæ uerba filij Helchiæ, Nee. 1.a

Neemias sedet, flet, luget, ieiunat, orat diebus multis ante deum cœli p̃ afflictione fratrum, Ne. 1.b

Neemias uinum dat & leuat tristis, & ueluti ægrotus ante regem Artaxerxem, Nee. 2.a

Neemias suspectus fit regi ex uultus tristitia, Neemiæ 2. a

Neemias conqueritur Ierusalem desertam, portas combustas, Nee. 2.a

Neemias regem rogaturus prius deum orat, Neemiæ 2.a

Neemias à rege postulat Ierusalem reædificandi potestatem, Nee. 2.a

Neemias epistolas petit ad duces regionis trãs flumen, Nee. 2.b

Neemiæ iungit rex principes militum & equites, Nee. 2.b

Neemias secrete agit, & solus circumspiciens ciuitatem Ierusalem, Nee. 2.c

Neemias hortatur optimates & magistratus ad reædificationem muri Ierusalem ex cõcessione regis, Nee. 2.d

Neemias filius Azboc princeps dimidij uici Bethsur, Nee. 3.d

Neemię oratio contra irrisores fidelium deo, Neemiæ 4.a

Neemias uenit cum Zorobabel, 3. Esd. 5.a

Neemias hortatur ad beneficentiam in necessitate famis, Nee. 5.b

Neemias fuit dux in terra Iuda ab anno 20. usq; ad 32. Artaxerxis regis, Nee. 5.c

Neemias sacerdotes hortatur ut gratis remittant, quæ à pauperibus debentur, Nee. 5.c

Neemias sinum excutit, auaris & pfidis in exemplum, ut sic excutiantur, Nee. 5.c

Neemias ducum annonas non comedit, quæ ducibus debebantur, Nee. 5. c

Neemiæ præcessores duces populum grauauerunt pane, uino, pecunia, Nee. 5.c

Neemiæ omnes pueri in opere muri erant, Neemiæ 5. d

Neemias mensa sua excepit 150. uiros, Iudæos & gentes, Nee. 5.d

Neemiæ parabatur quotidie bos unus, arietes sex electi, præter uolatilia, Nee. 5. d

Neemias uinum in abundantia proponebat hospitibus, idq; gratis, Nee. 5.d

Neemias ducatus sui annonas non quæsiuit propter populum attenuatum, Nee. 5.d

Neemias expleto muro Ierusalem ad insidias petitur, ut malum pariatur à Samaritis, Nee. 6.a

Neemias non absterretur ab opere utili & honesto propter pseudoprophetas, Nee. 6.c

Neemias ait, Num quisquam similis mei fugit? et quis ut ego ingredietur templum & uiuet? Neemiæ 6.c

Neemias calumniam patitur, quasi regnum ambiens Iudæorum in Ierusalem, Nee. 6.b

Neemias fiducialiter mendaces arguit, Neemiæ 6.b

Neemias non passus est se impediri in opere sancto

cto & publico pro patria & gente ſua, Neemiæ 6.b
Neemias rediit, Nee.7.b
Neemias ipſe Atherſatha, Nee.8.b
Neemias Atherſatha filius Hachelai, Nee.10.a
Neemias poſt ſecundum chorum laudantium ibat in dedicatione muri Ieruſalem, Nee.12.c
Neemias non fuit ſemper Hieroſolymis, Ne.13.a
Neemias anno 32. Artaxerxis regis Babylonis uenit ad regem, Nee.13.a
Neemias in fine dierum rogauit regem, ut rediret Ieruſalem, intellecto periculo ibidem, Neemiæ 13.a
Neemias proiecit uaſa Tobiæ foras de gazophylatio, illuc autem retulit uaſa domus domini, Nee. 13.b
Neemias tranſgreſſores legis cecidit, decaluauit, & adiurauit de obſeruantia legis, Nee. 13.d
Neemias mundauit ſacerdotes & Leuitas ab alienigenis, & ordines inſtaurauit Leuiticos, Neemiæ 13.d
Neemias & Aſtharas, 3. Eſd.5.d
Neemias in memoria multi temporis erexit nobis muros euerſos, ſtare fecit portas & ſeras, qui erexit domos noſtras, Eccl'ci 49.d
Neemiæ tempore datus ignis, cum ſacrificaret in templo, 2.Mach.1.d
Neemias ædificato muro poſuit ualuas, recenſuit ianitores, cantores, & Leuitas, Nee.7.a
Neemias miſſus à Perſidis rege, ignem requiſiuit, & aquam craſſam inuenit, 2.Mach.1.e
Neemiæ oratio dum ſacrificaret, 2.Mach.1.f
Neemias bibliothecam congregauit de libris regum, & propheтarum, & Dauid, 2. Mach.2.c

¶*Negotium.*

Negotiorum fortuna petenda à domino, Gene.24. b
Negotiorum felix directio à ſolo domino eſt, cui & gratiæ habendæ, Gen.24.c
Negotium ultra uires non ſuſcipiendum, Exodi 18. c
Negotiatio Tyri & merces ſanctificatæ domino, non condentur neq; reponentur, Iſa.23.d
Negotiatio Tyri erit his qui habitauerint coram domino, ut manducent in ſaturitatem, & ueſtiantur uſq; ad uetuſtatem, Iſa.23.d
Negotiationem bonam eſſe guſtauit mulier fortis, non extinguetur in nocte lucerna eius, Prouerb.31. b
Negotio omni tempus eſt & oportunitas, Eccleſiaſtes 8. a
Negotiantes per rapinam, eorum domus ſubuertentur, 4.Eſd.16.c
Negotiatori comparatur regnum cœlorum, quæ reperi bonas margaritas, pro inuenta una uendit omnia & emit, Mat.13.g
Negotiamini ſerui mei donec uenio, Luc.19.c
Negotia Chriſtianorum non expediantur, niſi apud ſanctos, non apud iniquos, 1.Cor.6.a

¶*Negare.*

Negare dei uerbum diaboli ſtudium, Gen.3.a
Negabo ego coram patre meo, qui in cœlis eſt, eum qui me negauerit coram hominibus, Mathæi 10.d
Negauerit ſi quis me coram hominibus, negabitur coram angelis dei, Luc. 12.b
Negabit ille nos ſi eum negauerimus, 2.Tim.2.b
¶Negligere noli gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij, 1.Tim. 4.d
¶Nehel eſchol locus dictus Torrens botri, Numeri 13. d
¶Nehiel in finibus tribus Aſer, Ioſ. 19.b
¶Nehuſta filia Elnathan de Ieruſalem, mater Ioachim, 4. Reg.24.b
Nehuſtam uocarunt æneum ſerpentem, quē contriuit Ezechias, quia ei incenſum offerebatur, 4.Reg.18.a
¶Nemo eſt qui ſemper uiuat, & qui huius rei habeat fiduciam, Eccl'es 9. a
Nemo ſe ſeducat, 1.Cor.3.c
¶Memrim aquæ deſertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, uiror interijt, Iſa.15.b
Nemrim aquæ peſſimæ erunt, Ier.48.f

¶*Nemrod.*

Nemrod filius Chus, Gen.10.b
Nemrod potens eſſe cœpit in terra, Gen.10.b
Nemrod robuſtus uenator coram domino, Gene.10. b
Nemrodo principium regni Babylon, Gen.10.b
Nemrod filius Chus potens in terra eſſe cœpit, 1. Par.1.a
¶Nemra regio apta alendis animalibus, Numeri 32.a
¶Nemus in Berſabee Abraham plantat, Geneſis 21. d
¶Neomeniā & ſabbatum & feſtiuitates alias nō feram, Iſa.1.d
Neomenia tuba buccinate in inſigni die ſolennitatis ueſtræ, Pſa.81.3.
¶Nepopas filij redeuntes 55. 3.Eſd.5.b
¶Nepotes impiorum nō multiplicabunt ramos, Eccl'ci 40.c
¶Nephathdor, puintia regni Salomōis, 3.Re.4.b
¶Nepheg filij Dauid natus in Ieruſalem, 2.Regum.5.c. 1.Par.3. b

¶*Nephthali.*

Nephthali filius Bala à Rachel dictus, Gen.30.a
Nephthali dictus à luctatione, uel coniunctione, uel comparatione, Gen. 30.a
Nephthali filij Iaſiel, Guni, Ieſer, Sallem, Ge.46.c
Nephthali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis, Gen.49.c
Nephthali tribus princeps Ahira filius Enan, Numeri 1.b
Nephthali tribus ſumma 53400. Num.1.f

Nephthalim iuxta Dan castra habet 53400. Numeri 2.d

Nephthalitarum summa sub Eleazar 45400, Numeri 26. f

Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus domini, mare ad Meridiē possidebit, Deut. 33.d

Nephthali filiorum sors sexta, Ios. 19.c

Nephthali præsidem habuit Achimaas, 3. Regum 4.b

Nephthali contingit Zabulon Aser & Iudam, Iosue 19.c

Nephthali non deleuit Bethsemes & Bethanath, Iud. 1.f

Nephthali tota capta à Thieglathphalasar, 4. Regum 15. f

Nephthali familiæ Iasiel, Guni, Ieser, Sellum, 1. Par. 7.c

De Nephthali mille principes Dauidem sequuti sunt, & cum eis milites 37000. 1. Par. 21.f

Nephthalim urbes omnes percussæ à Syro, 2. Paralip. 16. b

Nephthali ciuitas in superioribus Galilææ supra Naasson post uiam quæ ducit ad Occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sepher, Tob. 1.a

Nephthali una pars ab Ortu ad mare, Eze. 48.a

Nephthali porta Ierusalem una ad mare, Ezechiel. 48.d

¶Nephthar purificatio dicitur nomen loci, 2. Mach. 1.g

¶Nepheg filius Isaar, Exo. 6.c

¶Nephtoa fontis aquæ à uertice montis limes transit tribus Iuda, Ios. 15.b

Nephtoa aquarum fons terminus est Occidentalis tribus Beniamin, Ios. 18.c

¶Nephtuim filij Mesraim, 1. Par. 1.a. Gen. 10.b

¶Nephusim filij Nathinæi redeunt, Esd. 2.c. Neemiæ 7.e

¶*Nequitia.*

Nequitia peccatorum consumetur, Psa. 7.9.

Nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum, Psa. 55.15.

Nequam si quis sibi est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis, Eccl'ci 14.a

Nequitia est ipsa execratio, Eccl'ci 19.c

Nequitiæ disciplina non est sapientia, Eccl'ci 19.c

Nequitia abundabit qui implanatus est, Ecclesiastici 34.b

Nequius non est hoc illo: omnia enim in tempore suo comprobabuntur, Eccl'ci 39. d

Nequitia inuida dat testimonium condemnata, Sap. 17. b

Nequam alij duo cum Iesu ducebantur ut interficerentur, Luc. 23.e

¶Ner pater Abner patruelis Saul, 1. Reg. 14.g

Ner genuit Cis, 1. Par. 8.c

¶Nereum & sororem eius salutat Paulus, Roma. 16. c

¶Neri pater Salathiel, filius Melchi, Luc. 3.f

¶Nerias pater Saraiæ filius Maasiæ, Ier. 51.g

Nerias pater Baruch filius Maasiæ, Bar. 1.a

¶Nergel deus Cuthçorum, 4. Reg. 17.f

¶Neregel princeps Babylonius, Ier. 39.a

¶Neruo tactus Iacob ab angelo claudus fit, Gene. 32. f

Neruus Iacob emarcuit, ideo neruum Iudæi non comedunt, Gen. 32.f.g

¶Mesrach idolum templi in Niniue, 4. Re. 19.g

¶Nesroch deus Sennacherib, quem adorat, Isaiæ 37.g

¶*Nescire.*

Nesciunt fratres suos posteri Cain, Gen. 4.b

Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus, Iob 32.d

Nescit Paulus alios baptizasse se Corinthi, quàm domum Stephanæ, Crispum, & Caium, 1. Corin. 1.c

Nescimus, aiunt sacerdotes & seniores, interrogati de Baptismo Ioannis, Mat. 21.c

Nescis modo quod ego facio, scies autem postea, Ioan. 13.a

Nesciunt eum qui misit me, ideo hæc omnia facient uobis propter nomen meum, Ioan. 15.c

¶Nesib ciuitas Iuda in campestribus, Ios. 15.f

¶*Netophati.*

Netophati atria inhabitantes Leuitæ, 1. Par. 9.c

Netophati uilla cantorum, Nee. 12.b

Netophathites duo Maharai & Haled, ambo sortes Dauidis, 2. Reg. 23.d

Netupha uiri redeuntes 56. Esd. 2.b. 188. Neemiæ 7.c

Netophatitæ familia Bethleem, 1. Par. 2.g

Netophathites fuit Maharai & Helel, 1. Paralip. 1. 11.f

¶*Nicanor.*

Nicanor dux exercitus Lysiæ, 1. Mach. 3.e

Nicanor hostis Israel mittitur Ierusalem, cum dolo agens, qui à Iuda intellectus uitatur, 1. Macha. 7. d

Nicanor bellum instituens cum Iuda uincitur, 1. Mach. 7.e

Nicanor sacerdotium templi spernit, & iurat delendum, nisi Iudas tradatur, 1. Mach. 7.e

Nicanor interficitur à Iuda, cuius caput & dextra suspenduntur contra Ierusalem, 1. Mach. 7.f.g

Nicanor uincitur à Iuda Machabæo & fratribus, 2. Mach. 8.e

Nicanor facinorosissimus fugit turpiter per mediterranea ad Antiochiam, 2. Mach. 8. g

Nicanor Cypriarches hostis Iudæorum, 2. Macha. 12. a

Nicanor Patrocli dux contra Iudam mittitur, 2. Mach. 8. b

Nicanor præpositus elephantorum contra Iudæos mittitur consilio Alchimi, 2. Mach. 14. b

Nicanor cogitur Iudam capere à rege, 2. Ma. 14. d

Nicanor iurat templum diruendum, nisi Iudas tradatur sibi ad mandatum regis, 2.Mach.14.e
Nicanoris odium in Iudæos ostendit, 2.Ma.14.f
Nicanor Hierosolymis nihil inique agebat contra Iudæos, sed & Iudã Machabæum ex animo charum habet, 2.Mach.14.d
Nicanor die sabbati Iudam aggredi tentat, 2.Machab.15.a
Nicanoris blasphemia cõtra deum sabbatorum, 2.Mach.15.a
Micanor summa superbia erectus tropheum sperat de Iuda Machabæo, 2.Mach.15.b
Nicanoris exercitus percussus usq; ad 35000. 2.Mach.15.f
Nicanoris occisi caput, & dextram Ierusalem perferunt, linguam blasphemam auibus particulatim dant, 2.Mach.15.f
Nicanoris deuicti festum pridie Mardochæi diei, 2.Mach.15.g
Nicanor unus ex septem diaconis, Act.6.b

¶ *Nicodemus.*

Nicodemus ex pharisæis Iudæorum princeps nocte ad Iesum uenit, Ioan.3.a
Nicodemus dixit ad principes & pharisæos, qui unus erat ex ipsis, Ioan.7.g
Nicodemus quoque uenit, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum, Ioan.19.g
¶Nicticorax auis immunda, Deut.14.b
Vt Nicticorax factus sum in domicilio, Ps.102.6.

¶ *Nicolaus.*

Nicolaitarũ facta odisti, quæ & ego odi, Apo.2.b
Nicolaus aduena Antiochenus, Act.6.b
Nicolaitarum doctrina est edere & fornicari, Apocalip.2.d
¶Nicopolim festina ad me uenire, Tit.3.d
¶Nidum auis in terra uel arbore inueniens, & matrem pullis uel ouis incubantem, non tenebis eam cum filijs, sed patieris abire, captos tenens filios, ut bene sit tibi, & longo uiuas tempore, Deut.22.a
Nidum qui non habet, cui credit, et deflectes ubicunq; obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem, Eccl'ci 36.d
¶Nigra sum sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis, Canticorum 1.a
¶Nimbum uenire dicitis, nubem uidentes oriri ab occasu, Luc.12.g
¶Nili semen in aquis multis, messis fluminis fruges eius, & facta est negotiatio gẽtium, Isa.23.a
¶Nympham salutat Paulus, in cuius domo est ecclesia, quam salutat similiter, Col.4.d

¶ *Niniue.*

Niniue ciuitas magna, Gen.10.b
Niniuen ædificata ab Assur, Gen.10.b
Niniue rediit Sennacherib rex Assyriorum, & ibi habitauit, ubi & occiditur à filijs, Isa.37.g

Niniue ciuitas grandis, cuius malitia ascendit cõram domino, Ionæ 1.a
Niniuitis mittitur prædicator Ionas à domino, Ionæ 3.a
Niniue ciuitas magna itinere trium dierũ, Ion.3.a
Niniuitæ crediderunt in dominum, prædicauerunt ieiunium, uestiti sunt saccis, à maiore ad minorem, Ion.3.b
Niniue rex audiens uerbum domini, surrexit de solio, abiecit uestem, sacco induitur, sedet in cinere, Ion.3.b
In Niniue ex ore regis dicitur, Homines, iumenta, boues, pecora, non gustent quicquam, non pascantur, aquam non bibant, Ion.3.c
Niniuitæ operiuntur saccis, clamant fortiter ad dominum, conuertuntur à uia sua mala, &c. Ionæ 3.c
Niniuitarum opera uidit deus, quia à uia sua mala conuersi sunt, & misertus nõ fecit malum eis quod dixerat, Ion.3.d
Niniue contritio non est obscura, pessima plaga tua, omnes qui audierint compresserunt super te manum, quia super quem non transijt semp malitia tua, Naum 3.d
Niniue ciuitati magnæ parcit deus, in qua sunt plus quàm 120000. hominum, qui nesciunt qd sit inter dextram & sinistram suam, Ion.4.d
Ex Niniue exibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationẽ, Naum 1.c
Niniue uirgam conteram nunc de dorso tuo Israel, uincula tua dirumpam, Naum 1.d
Super Niniuen præcipiet dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius, Naum 1.d
De Niniue templis interficiam sculptile, & conflatile, ponã sepulchrum tuum Sennacherib, quia inhonoratus es, Naum 1.d
Contra Niniuen ascendit qui dispergat, qui custodit obsidionem, Naum 2.a
Niniue contemplare uiam, conforta lumbos, robora uirtutem ualde, Naum 2.a
Ad Niniue, Ecce, dicit dominus, succẽdam usq; ad fumum quadrigas tuas, leunculos tuos comedet gladius, exterminabo de terra prædam tuã, non audietur ultra uox nunciorum tuorum, Naum 2.d
Niniue ciuitas sanguinum, uæ tibi, uniuersa mendacij dilaceratione plena, non recedet à te rapina, Naum 3.a
Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius, ipsi uero fugerunt, state state, non est qui reuertatur, Naum 2.c
Niniue urbis diripite argentum, aurum, non est finis diuitiarum, ex omnibus uasis desiderabilibus, Naum 2.c
Niniue dissipata est, scissa, dilacerata, cor tabescẽs, dissolutio geniculorũ, defectio in cunctis renibus, facies omnium ut nigredo ollæ, Na.2.c

Niniue habitaculum leonum, pascua catulorum, ad quam iuit leo ut ingrederetur illuc, Na.2.d
Niniue portæ fluuiorum apertæ sunt, et templum dirutum ad solum, Naum 2.b
Niniue ciuitas multitudinis interfectæ grauis ruinæ, nec est finis cadauerum, corruent in corporibus suis, Naum 3.a
Niniue multitudo fornicationum meretricis speciosæ & gratæ, habentis maleficia, quę uendidit gentes in fornicationibus suis, familias in maleficijs suis, Naum 3.a
Niniue pudenda reuelabo in facie tua, ostendam in gentibus nuditatem tuam, regnis ignominiã tuam, Naum 3.a
Niniuen proijciam super te abominationes, contumelijs te afficiam, ponam te in exemplum, Naum 3.b
Niniuen omnis qui uiderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue, Naum 3.b
Niniue quis commouebit super te caput? unde quæram consolatorem tibi? Naum 3.b
Niniue nónne melior es Alexandria populoꝝ? &c̃. Naum 3.b
Niniue tu quoque inebriaberis, & eris despecta, quærens auxilium ab inimico, Naum 3.c
Niniue omnes munitiones ficut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint cadent in os comedentis, Naum 3.c
Niniue populus mulieres in medio tui, inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis uectes tuos, Naum 3.c
Niniue hauri tibi aquam propter obsidionẽ, extrue munitiones tuas, intra in lutum & calca, subigens, tene laterem, Naum 3.c
Niniue ibi te comedet ignis, peribis gladio, deuorabit te ut bruchus, Naum 3.c
Niniue deuorabit te ut bruchus, congregare ergo ut bruchus, multiplicare ut locusta, Naum 3.c
Niniue plures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cœli, bruchus expansus est, & auolauit, Naum 3.c
Niniue custodes quasi locustæ, paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris, sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum, &c̃. Naum 3.d
Niniue pater Tobias cum familia tota inhabitabat, Tob.1.b
Niniuen speciosam ponet in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum, Soph.2.d
Niniue accubatio gregum erit, omnes bestiæ gentium, onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur, uox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, &c̃. Soph.2.d
Niniue hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo, Ego sum, extra me non est alia amplius, Soph.2.d
Niniue quomodo facta est in desertum, cubile bestiæ, omnis qui trãsibit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam, Soph.2.d
Niniue interitum proximum prædicit Tobias, & reditum filiorum Israel dispersorum, Tob.14.a
In Niniue sepultus est Tobias, Tob.14.a
Niniuitis ut signum fuit Ionas, ita erit filius hominis generationi huic nequam, Luc.11.d Matthæi 12.c
Niniuitæ surgẽt in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, Luc.11.d Matth.12.c
Niniuitæ pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus q̃ Iona hic, Luc.11.d Matthæi 12.c
¶Nisan mensis, Num.2.a
Nisan mensis primus, 3.Esd.5.a Esth.3.b
¶Nitro si te ô Israel laueris, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata tamen es in iniquitate tua coram me, Ierem.2.e

¶Nix.

Niui præcipit deus ut descendat super terram, Iob 37.a
Niuis thesauros nunquid ingressus es? aut grandinis thesauros aspexisti? Iob 38.c
Niue magis dealbabor, si me yssopo asperseris domine, Psal.51.7.
Niuem dat sicut lanam, nebulam ut cinerem spargit, Psal.147.16.
Niuem accelerauit imperio suo, & acceleratcorruscationes emittere iudicij sui, Eccl'ci 43.b
Niuem aspergit uelut auis deponens ad sedendum, & sicut locusta demergens descensus eius, Eccl'ci 43.b
Niuis candorem admiratur oculus, & super imbrem eius expauescit cor, Eccl'ci 43.b
¶Noadaia filius Bennoi Leuita appensor pecuniæ, Esd.8.g
Noadias prophęta falsus, ad terrendum Neemiã subinductus, Neem.6.d

¶Nobe.

Nobe filius Manassis cepit Canath cum uicinis suis, & uocauit suo nomine Nobe, Num.32.g
Nob habitatio Beniamin post reditum, Ne.11.d
Nobe orientalem plagam peruenit Gedeon, Iudicum 8.c
Nobe sacerdotalis ciuitas à Doeg percutitur pro Dauid, iussu Saulis, 1 Reg.22.d
Nobe ut stetur adhuc dies est, Isa.10.g
Nobei filij, 3.Esd.9.d

¶Nobilis.

Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt, omnes principes eius redigentur in nihilum, Isa.34.c
Nobilis in portis uir mulieris fortis, Prou.31.c
Nobilis abijt peregre, accipere regnum & reuerti, Luc.19.b

¶Nocere.

Nocere uobis nemo potest, si boni æmulatores fueritis, 1.Pet.3.b
Nocentes appropiant super me, ut edant carnes meas, Psal.27.a

Noceat adhuc qui nocet, Apoc.22.c
¶Nodab auxilio fuit Rubenitis & Gadditis contra Agarenos, 1.Par.5.c

¶Noe.

Noe dictus pro consolatione hominum à laboribus, Gen.5.d
Noe uir iustus & pfectus in generationibus suis, Gene.6.b
Noe inuenit gratiam coram deo, locutio, Ge.6.b
Noe fecit quæ præceperat deus, Gen.6.d,7.b
Noe præcipitur ingredi arcam, Gen.7.a
Noe ingreditur cum suis in arcam, Gen.7.b.c
Noe solus cum suis remansit à diluuio, Gen.7.d
Noe recordatur dominus, & eorum qui in arca, Gene.8.a
Noe præcipitur à deo egredi arcam, Gen.8.c
Noe ædificat aram post diluuium, Gene.8.d
Noe offert holocausta de pecorib⁹ & auibus mundis, Gene.8.d
Noe cum filijs benedicitur à domino, Gen.9.a
Noe uir agricola & uinitor, Gen.9.c
Noe filij tres, omne genus hominum dissemina-runt, Gene.9.c
Noe filij, Sem, Cham, Iaphet, Gen.9.c.b 1.Paralip.1.a
Noe pater deridetur à filio Cham, Gen.9.d
Noe uino inebriatus quod plantarat, Gene.9.d
Noe uerenda discoopta à Cham illuduntur, Genesis 9.d
Noe euigilans à uino maledicit minori filio, Ibi.
Noe 350. annis uixit post diluuium, Gen.9.d
Noe uictum sibi parat ex agricultura, Gene.9.d
Noe filij post diluuium, Gen.10.a
Noe filij disseminarunt totam terram, Gen.10.d
Noe filij inhabitarunt Sennaar, Gen.11.a
Noe decimus in genealogia patrum, 1.Para.1.a
Noe ut iuraui ne inducerem aquas ultra supra terram, sic iuraui ut non irascar ecclesiæ tibi, & non increpem te, Isa.54.d
Noe, Daniel, Iob, tres uiri iusti, ipsi sua iustitia liberabunt aïas suas in terra peccatrice, Ezech.14.e
Noe cum domo sua dereliquisti unum, & ex eo iusti omnes, 4.Esd.3.b
Noe posteri multiplicati, impij facti sunt plus q̃ priores, 4.Esd.3.b
Noe inuentus est perfectus, iustus & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium, Eccl'ci 44.c
Apud Noe posita sunt testamenta sæculi, ne deleri possit diluuio omnis caro, Eccl'ci 44.c
Noe iustus per sapientiam' gubernatur, sanando per contemptibile lignum, Sap.10.a
Noe diebus similis erit aduentus filij hominis, Matth.24.c
Noe pater Sem, filius Lamech, Luc.3.g
Noe diebus edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias usq; in diem qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium & perdidit omnes, Luc.17.f Matth.24.d
Noe hæres institutus est iustitiæ, quæ per fidem est, Hebr.11.b
Noe diebus expectabat dei patientia, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, 1.Per.3.d
Noe accepto responso de aquis quæ non adhuc uidebantur, metuens, arcam aptauit, Hebr.11.b
Noe octauus iustitiæ præco, custoditus à deo, 2. Petri 2.b
¶Noa filia Salphaad, Num.26.d
Noa ciuitas de tribu Zabulon, Ios.19.b
¶Noema soror Tubalcain, Gen.4.d
Noemanitæ familia à Noeman filio Bela, Numeri 26.e

¶Noemi.

Noemi uxor Elimelech in Bethlehem, Ruth 1.a
Noemi agnoscit sup se dñi manum, Ruth 1.b.c
Noemi redit ad Bethlehem de Moab cum nuru sua Ruth, Ruth 1.b
Noemi bñdicit nuribus duabus, ut requiem inueniant in domibus uirorum, Ruth 1.b
Noemi suadet nuribus redire ad patriã, Ruth 1.b
Noemi, id est pulchram non me uocetis, sed Mara, id est amaram, Ruth 1.d
Noemi egressam plenam, uacuam reduxit dominus, Ruth 1.d
Noemi quærit requiem consilio suo fideli nurui, Ruth 3.a
Noemi benedicitur propter Ruth, Ruth 4.d
Noemi multo melior est nurus Ruth, quàm si habuisset septem filios, Ruth 4.d
Noemi susceptum à Ruth puerum, posuit in sinum, & nutricis ac gerulæ officio fungebatur, Ruth 4.d
¶Noga filius Dauid, in Ierusalem natus, 1.Paralipom.14.b 1.Par.3.b
¶Nohaa filius quartus Beniamin, 1.Par.8.a
¶Noneas alienigenam abiecit, 3.Esd.9.d

¶Nomen.

Nominibus uocauit Adam omnia terræ animalia & aues, Gen.2.c
Nomẽ celebrant ædificio urbis & turris, Ge.11.a
Nomen Abraæ magnificandum prædicitur, Genesis 12.a
Nomẽ domini inuocatur ab Abram apud altare, inter Bethel & Hai, Gen.12.c 13.a
Nominatus Ismael antequam natus, Gene.16.c
Nominatus Isaac antequam conceptus, Ge.17.c
Nomina puteis Isaac imponit, Gene.26.d
Nomen omnipotentis dei est, dominus deus patrum uestrorum, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem, Exod.3.e
Nomen domini dei Israel Moses scire optat, Exodi 3.e

Nomen domini dei tui non assumes in uanum, Exod.20. a
Nomen domini dei sui qui frustra assumpserit, illum dominus insontē non habebit, Exo.20. b
Nomen domini dei tui non pollues, Leuit. 19.c
Nomen dei & sanctuarium polluit qui de semine suo dederit Moloch, de medio populi dei suc cidendus, Leuit.20.a
Nomen meum sanctum ne polluatis, ut sanctifi cer in medio filiorum Israel, Leuit.22.d
Nomen domini dei tui nō usurpabis frustra, quia non erit impunitus, qui super re uana nomen eius assumpserit, Deut.5. b
Nomen domini gloriosum & terribile si non timueris, augebit plagas tuas & seminis tui magnas & perseuerantes, Deut.28. g
Nomen domini inuocabo per canticum & doctrinam, Deut.32.a
Nomen proximi suscitandum demortui ex coniugerelicta, Ruth 4. a
Nomen domini inuocate, & domino confitemini, Isa.12. b
Nomen domini excelsum est, eius mementote, Isa.12. b
Nomen dñi ecce uenit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum, &c̄. Isa.30.f
Nomen dñi tota die iugiter blasphemat̄, Isa. 52.b
Nomen meum sciet populus meus, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum, Isa.52.b
Nomen domini timebunt, qui ab occidente: & q ab ortu solis, gloriā eius: cum uenerit quasi fluuius uiolentus, quē spiritus domini cogit, cum uenerit ad Sion redemptor, et eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, Isa.59.d
Nomen tuum non est qui inuocet, qui consurgat & teneat te, Isa.64.c
Nomine alio uocabit dominus seruos suos, te autem interficiet, Isa.65.c
Nomine nouo benedictus qui est, benedicetur super terram, Isa.65.c
Nomen uestrum dimittetis in iuramētum electis meis, Isa.65.c
Nomen tuum domine inuocaui de lacis nouissimis, Thr.3.f
Nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum, Dan.9. e
Nomen dñi dei, meum ait, ab ortu solis usq; ad occasum magnum est in gentibus, Malach.1.c
Nomen bonum est melius quàm diuitiæ multæ, Prou.22.a
Nomen eius quod est, & quod nomen filij eius, si nosti? Prou.30.a
Nomen domini dei nostri quàm admirabile est in uniuersa terra, Psal.8.1.9.
Nomini tuo deus psallam altissime, Psal.9.2.
Nomen tuum qui nouerunt, omnes in te sperēt, non enim dereliquisti eos domine, Psal.9.10.
Nomen tuum narrabo fratribus meis in medio

ecclesiæ laudabo te, Psal.22.22.
Nomen eius sit benedictum in sæcula, &c̄, Psalmo 72.17.
Nomini tuo magno confiteantur, quoniam terribile & sanctum est, Psal.99.3.
Nomen domini benedictum sit, ex hoc nunc & usq; in sæculum, Psal.113.2.
Nomen domini laudabile est à solis ortu usq; ad occasum, Psal.113.3.
Nominis tui domine memor fui nocte, & custodiui legem tuam, Psal. 119.55.
Nomen tuum dñe in æternum dñe, memoriale tuum in generatione & generationē, Ps.135.13
Nomen bonum melius est, quàm ungenta pretiosa, Eccl'es 7. a
Nomen tuum oleum effusum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, Cant.1.a
Nominatio dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis, quoniā non eris immunis ab eis, Eccl'ci 23.b
Nomini dei date magnificentiam, confitemini illi in uoce labiorum uestrorum, &c̄. Eccl'ci 39.b
De nomine bono curam habe, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni, Eccl'ci 41. c
Nomine patris mei ego ueni & nō accepistis me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis, Ioan.5.g
Nomen tuum manifestaui hominibus quos dedisti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt, Ioan.17.a
Nomen tuum notum feci eis, & notum faciam, Ioan.17. d
Nomen dñi nostri Iesu Christi inuocantes sunt in ecclesia omnes, 1.Cor.1. a
Nomini omni quod nominatur in hoc sæculo et futuro præfertur Christus, Ephes.1.d
Nomen Christo deus donauit sup omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, Philip.2.b
Nomina adiutorum Pauli scripta in libro uitæ, Philip. 4. a
Noīe domini nostri Iesu Christi oīa quæcunq; facitis facite, in uerbo & opere, Col.3.c
Nomen bonum quod inuocatum est super uos diuites blasphemant, Iaco.2.b
Nomen inscriptum capiti quod nemo nouit nisi ipse, Apoc.19.b
Nomen aliud quàm Iesus Christus, non est sub cœlo datum hominib⁹, in quo oporteat nos saluos fieri, Act.4. c
¶In Nophe lassi peruenerunt, Num.21.f
¶Nopheth urbis tertia pars in tribu Manasse, Iosue 17.c
¶Noran urbs Ephraim cum filiabus, 1.Par.7.f

¶ Nosce.

Nosce deum cōsummata iustitia est, scire iustitiam & uirtutē dei, radix est immortalitatis, Sap.15.a

Notos

Notos meos longe feciſti à me, poſuerunt me abominationem ſibi, Pſal. 88. 8.
Noti eius omnes ſtabant à longe, & mulieres quę ſecutæ eum fuerãt à Galilęa hęc uidẽtes, Lu. 23. g
Notitiam dei habere non probauerunt, ideo tradidit illos deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conueniunt, Rom. 1. d
Nouimus nos ex hoc neminem ſecundum carnẽ, 2. Cor. 5. c
Et ſi nouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus, 2. Cor. 5. c
Nouit deus omnia, & maior eſt corde noſtro, 1. Ioan. 3. d

¶*Nouem.*

Nouem inſuſpicabilia magnifica, Homo qui iucundatur in filijs, Viuens & uidens ſubuerſionẽ inimicorum ſuorum, Habitãs cum muliere ſenſata, Lingua non lapſus, Non ſeruiens indignis ſe, Inueniens amicum uerum, Enarrans iuſtitiã auri audienti, Inueniens ſapientiam & ſcientiã, Timens dominum, Eccl'ci 25. b
Nona hora orationis aſcendebant Petrus & Ioannes ad templum, Act. 3. a
Nona hora clamauit Ieſus uoce magna, Eli Eli, &c̃. Matth. 27. e
Nongentis triginta annis uixit Adam, Gen. 5. a
Nongentisquinq; annis uixit Enos, Gen. 5. b
Nongentis duodecim annis uixit Enos, Ge. 5. b
Nongẽtis ſexagintaduob⁹ annis uixit Iared, Geneſis 5. c
Nongentis decem annis uixit Cainan, Gen. 5. c
Nongentis ſexagintanouem annis uixit Mathuſala, Gen. 5. d
Nonaginta annos natus Enos genuit Cainan, Gene. 5. b
Nonagenaria Sara num pariet? Gen. 17. c
Nonaginta nouem annorum Abraham circunciſus, Gen. 17. d

¶*Nouum.*

Nouos cœlos & nouã terram & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat, 2. Pet. 3. c
Noua ego annuncio, antequam oriantur audita uobis faciam, Iſa. 42. b
Noua ecce ego facio, nunc orientur utiq; cognoſcetis ea, Iſa. 43. c
Nouale uobis nouate, nolite ſerere ſuper ſpinas, Ierem. 4. a
Nouum creauit dominus ſuper terram, fœmina circundabit uirum, Ierem. 31. d
Noui diluculo multa eſt fides tua, Thr. 3. c
Nouale innouate uobis, Oſee 10. c
Nouum nihil ſub ſole, nec ualet quiſquam dicere, Ecce hoc recens eſt, iam enim præceſſit in ſæculis quæ fuerunt ante nos, Eccl'es 1. c
Nouiſſima tua memorare in omnibus operibus tuis, & in æternum non peccabis, Eccl'ci 7. d
Nouiſſimorum memẽto, & deſine inimicari, Eccleſiaſtici 28. a
Nouiſſimorum memento, & noli obliuiſci, neq; enim eſt cõuerſio, huic nihil ꝓderis, & teipſum peſſimabis, Eccl'ci 38. b
Nouiſſima prouidenda ſunt, & ſapienter intelligenda, Deut. 32. d
Nouiſſimo huic uolo dare ſicut & tibi, Mat. 20. b
Nouiſſimi ſic erunt primi, et primi nouiſſimi, Ibi.
Noua ecce facio omnia, Apoc. 21. b
Nouiſſima hoĩs fiunt peiora prioribus, Luc. 11. d
Noua creatura ſi qua eſt in Chriſto, uetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua, 2. Cor. 5. d
Nouus homo ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate ueritatis, Epheſ. 4. e
Nouum dicens ueterauit prius, quod autem antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt, Heb. 8. d
Noui aliquid dicere & audire Athenienſes cupiunt, Act. 17. e
¶Nouacula caput non aſcendat conſecratis deo, Num. 6. b
¶Cum nouerca dormiens & patris ignominiam reuelans, morte moriantur ambo, Leuit. 20. b

¶ *Nox.*

Nox dicitur tenebræ à deo, Gen. 1. a
Nocti præeſt luminare minus, Gen. 1. c
Nox & dies non requieſcent, Gen. 8. d
Nõcte conſurgit Abimelech, ut domini impleat uoluntatem, Gen. 20. b
Noctis medio percuſſit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio ſedebat, uſq; ad primogenitum captiuæ quæ eſt in carcere, & omne primogenitum iumentorum, Exod. 12. e
Nox paſchalis obſeruabilis eſt domini, qua eduxit eos de Aegypto, Exod. 12. f
Nocte ſurgite & aſcendamus, diſſipemus domos eius, Ierem. 6. a
Noctes & dies dominum benedicunt, Dan. 3. e
Nõctem conceptus mei tenebroſus turbo poſſideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus, Iob 3. a
Nox illa ſit ſolitaria, nec laude digna, Iob 3. a
Nocti maledicant qui maledicunt diei, Iob 3. a
Nox illa expectet lucem, & nõ uideat, nec ortum ſurgentis auroræ, Iob 3. b
Noctem uerterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem, Iob 17. c
Nox antè cognita eſt à patribus credentibus iuramentis dei, ut eſſent animæquiores, Sap. 18. b
Nox uenit quando nemo poteſt operari, Ioã. 9. a
Nocte media ſurgebam ad cõfitendum tibi, &c̃. Pſal. 119. 62.
Nocte ſi quis ambulauerit offendit, quia lux non eſt in eo, Ioan. 11. b
Nox prꝫceſſit, dies autẽ appropinquauit, Ro. 13. c
Noctis filij nõ ſumus neq; tenebrarũ, 1. Theſ. 5. a
Nox ultra Hieroſolymis non erit, & nõ egebunt lumine lucernæ, neque ſolis, quoniam dñs deus illuminabit illos, & regnabunt in ſæcula ſæculorum, Apoc. 22. a

¶Noctua auis immunda & uitanda, Leuit.11.c
Noctua immunda auis, Deut.14. b
¶Nuae filij, 3.Esd.9. d

¶*Nubes.*

Nubibus deus cœlum obducit & arcum producit, Gen.9.c
Nubium arcum signum fœderis dei ad homines, Gen.9.c
Nubes erat tenebrosa (Aegyptijs) & illuminans noctem (Hebræis) ut ad se inuicem toto noctis tempore accedere non ualerent, Exod.14.e
Nube apparet gloria domini et loqtur ad cœtum filiorum Israel, Exod.16. b
Nubes si tabernaculum deserebat proficiscebant Israelitæ per turmas suas, si pendebat desup manebant in eodem loco, Exod.40.d
Nubes per diem tabernaculo incubabat, & ignis nocte, uidentibus omnibus, Exod.40.d
Nubes quasi species ignis à uespera operuit tentorium usq; ad mane, Num.9. c
Nubes per diem operiebat tabernaculum, & per noctem quasi species ignis, Num.9.c
Nube ablata à tabernaculo, tunc filij Israel proficiscebantur, Num.9. c
Nubes ubi stetisset, ibi Israel castrametabantur, Num.9. c
Nube diutius perseuerante sup tabernaculum, nõ proficiscebantur Israelitæ, Num.9. d
Nubes primum eleuata est anno secundo, mense secundo, 20.die mensis, Num.10.b
Nubes recubuit in solitudine Pharan, profecta de deserto Sinai, Num.10. b
Nubes domini super Israel erat per diem cum incederent, Num.10. d
Nubes sine aqua quæ à uentis circumferuntur, Iudæ c
Nubẽ p diem & fumum, & splendorẽ ignis flammantis in nocte, creabit dñs super omnem locum montis Sion, & ubi inuocatus est, Isa.4.b
Vt nubes qui uolant qui sunt isti, & quasi columbæ ad fenestras suas? Isa.60. b
Nubẽ opposuisti tibi, ne transeat oratio, Thr.3.f
Nubis columna ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis uia per quam ingrediebantur, Neem.9.b
Nubes & uentus & pluuiæ nõ sequentes, uir gloriosus, & promissa non complens, Prou.25.b
Nubes esse dei latibulum impij credunt, non considerare nostra, Iob 22.b
Nubium magnas semitas nunquid nosti, & perfectas scientias? Iob 37. c
Nubes sparguntlumẽ suum, lustrantq; per circuitum, quocunq; eas uoluntas gubernantis duxerit, &c. Iob 37. b
Palæstinorũ pauor mortis, & grauissima dei manus, uirorum mors, et morbus natium, cum ululatu, ob arcam dei, 1.Reg.5. d

Palęstinos Dauid nõ adgreditur, sed gyrat post eorum terga ex aduerso pyrorum, 2.Reg.5. d

Palæstinorũ satrapæ sequebãtur arcam dei p suos fratres, usq; ad terminos Bethsemes, 1.Re. 6.c

Palæstinorum satrapæ uiderunt quid de arca fieret, & redierunt in Accaron, 1.Reg.6. d

Palæstinis prælium agentibus contra Israel conuersum, dominus intonuit fragore magno, exterruit & occidit, 1.Reg.7.c

Palæstini humiliati non ausi sunt ultra uenire in Israel, diebus Samuelis, 1.Reg.7. d

Palæstini reddiderunt Israeli urbes, quas abstulerant, 1.Reg.7.d

Palęstini bellum cõtra Israel instruunt cum 30000. curruum, 6000. equitum, &c. 1.Reg.13. a

Palæstini tribus cuneis prælium instruunt, 1. Regum 13. d

Palæstini tumultuantur ob uictoriã Ionathæ, 1. Reg. 14. c

Palæstini uersi in semetipsos cædem sui magnam egerant, 1.Reg.14. c

Palæstini rident Israelitam Ionathan, & armigerum quasi fugitiuos, 1.Reg.14.b

Palæstini superati & humiliati à Saule, 1.Re.14.g

Palæstini percussi à Machmas usq; in Aialon, 1. Reg.14. e

Palæstini instruunt pugnã inter Socho & Azeca, in finibus Dommim, 1.Reg.17. a

Palæstinorum castra Israelitæ inuadunt post hostem prostratum, 1.Reg.17. g

Philisthæi huius de manu is me eripiet, qui eripuit me de manu leonis & ursi, 1.Reg.17.e

Palæstini mortuo Goliath fugiunt, & persequente Israel cadunt in ualle, usq; ad portas Accaron, 1.Reg.17. g

Palæstini consultant de arca dei quid sibi faciendum, 1.Reg.5.b. c

Palæstini congregantur bellaturi contra Israelem, 1.Reg.28.a

Palæstini irruerunt in Iezrael, ubi erant castra Israel, 1.Reg.29.d

Palæstini congregati in Aphec, 1.Reg.29. a

Palæstini expugnant Israelitas, & fugant, occidunt q; in monte Gelboe, 1.Reg.31.a

Palæstini in ualle Raphaim diffusi sunt, 2.Re.5.c

Palæstinos percussit Dauid, humiliauit & tributarios fecit, 2.Reg. 8. a

Palæstinorum prælium contra Israel, 2.Reg.21.c

Philisthijm egressi sunt ex Chasluim, 1.Par.1. b

Palæstini Israelem fugant in montibus Gelboe, & Saul occidunt, 1.Par.10.a

Palæstinorũ castra percussa à Dauid, de Gabaon usq; Gazera, 1.Par.14. d

Palæstini in ualle Raphaim Dauidem adoriuntur, & in eius manum à dño traduntur, 1.Pa.14. b

Philisthæos percussit Dauid, & abstulit Geth cum filiabus, 1.Par.18.a

Philisthæi uectigal & munera regi Iosaphat deferebant, 2.Par.17. c

Palæstinorum excidium prædicitur statim anno mortis Achas, Isa.14. f

Philisthæa tu ne læteris, quia comminuta est uirga percussoris tui, Isa.14. f

Philisthijm diffusi sunt per urbes campestres & ad meridiem, 2.Par.28.c

Palæstinæ radicē interire faciam fame, et reliquias interficiam, Isa.14.g
Philisthæa omnis prostrata est, ulula porta, clama ciuitas, ab Aquilone fumus aduenier, & non est qui effugiet agmen eius, Isa.14.g
Philisthijm terræ omnib⁹ & singulis regibus porrigitur calix iræ dei ebibendus, Iere.25.d
Philisthijm uastabuntur in aduentu diei, dissipabitur Tyrus & Sidon depopulatus est dominus Palæstinos, reliquias insulæ Capadociæ, Ieremiæ 47. c
Palæstini ulti se toto animo, interficientes & implentes inimicitias ueteres, Ezech.25. d
Palæstinos interfectores interficiam, perdam reliquias maritimæ regionis, Ezech.25.d
Philisthinorum reliqui peribunt, dicit dominus, Amos 1.c
Palæstinis qui habitāt funiculum maris, uæ, gens perditorum, Soph.2. a
Palæstinorum superbiam disperdam, Zach. 9. b
Palæstina funiculus maris erit requies pastorum, caule pecorum, Soph.2.b
Palæstinos ascendere feci de Capadocia, Am. 9.c
¶Pamphiliam Paulus uenit post Pisidiam, & uerbum dei locutus est in Perge, Act.14. d
Pamphiliam scribunt Romani pro Iudæis, 1. Mach.15.d

¶*Panis.*

Pane uescatur homo in sudore uultus, Gen.3. d
Panem & uinum profert Melchizedech, Ge.14.d
Panis confortat cor hominis, Gen.18. a
Panes subcinericij parandi, Gen.18.a
Panis & aqua Ismaeli datur manumisso à patre cum matre Agar, Gen.21. b
Panē solum quo uescebatur noscebat Phutiphar, omnia reliqua eius Ioseph curabat, Gene.39.a
Panis erat in cuncta terra Aegypti, Gen.41.g
Panis deerat & fames oppresserat maxime Canaan & Aegyptum, Gen.47. c
Panis pinguis & delicatus in Aser, Gen.49.c
Panis duplum sexto die colligendum pro sabbato, Exod.16.a
Panibus mane saturabimini, uespere carnibus, Exod.16. b
Panis iste man est, quem dominus dedit uobis ad uescendum, Ezod. 16. c
Panem in saturitate comedebamus, ad ollas carnium sedentes in Aegypto, Exod.16. a
Panes pluam uobis ego de cœlo, Exod.16. a
Panes colligendi in singulos dies præcipiuntur à domino ut tentetur obedientia, Exod.16. a
Panibus & aquis tuis benedicam, si deo uestro seruietis, Exod.23.e
Panes caristri in uestibulo tabernaculi testimonij comedent Aaron & filij, placabile deo sacrificium, Exod.29. f
Panes propositionis de similа duodecim de duabus decimis, quos liberaltrinsecus ponendi super mensam in monimentum, Leuit.24. a
Panes ꝓpositionis per singula sabbata mutabuntur coram domino, erunt filiorum Aaron edendi in loco sancto, Leuit.24.b
In pane solo non uiuit homo, sed in omni uerbo, quod egreditur de ore domini, Deut.8.a
Panem non comedistis 40. annis, Deut.29.a
Panibus decipiunt Gabaonitæ & reliquis signis Israelem, Ios.9. b
Panis subcinericius ex hordeo uoluitur per somnium ad castra descendens Madianitarū & funditus subuertit, Iudic.7.d
Panes Dauid postulat à sacerdote in Nobe, 1.Regum 21.a
Panes sancti non eduntur, nisi à mundis, maxime à mulieribus, 1.Reg.21. b
Panis indigentiam imprecatur Dauid ipsi Ioab, 2.Reg.3. f
Panes multiplicantur miraculo Elisei, 4.Re.4.g
Panes propositionis noui semper per singula sabbata præparabantur, proponenda per Caathitas, 1.Par.9. e
Panem sanctum sacerdos dat Dauidi, id est propositionis, quia alij nō erāt ad manum, 1.Re. 21.b
Panis datur pie & iuste uiuenti, aquæ eius fideles sunt, Isa.33. c
Panis non semper comminuitur, non illum triturans semper triturabit, non uexat rota plaustri semper, &c̄. Isa.28.g
Panem arctum & aquam breuem dabit uobis dominus, Isa.30. d
Panem lugenti inter eos non frangent, ad consolandum super mortuo Hierosolymis, non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre, Ierem.16. b
Panem uobis afferebamus in animabus nostris, à facie gladij in deserto, Thr.5.b
Panem conficere iubetur Ezechiel ex frumento, hordeo, faba, lente, milio, uitia, pro 390. diebus, Ezech.4.b
Panis mendacij est in cibis principum, Pro. 23.a
Panis baculum conteram in Ierusalem, quem comedent in pōdere & in solicitudine, Ezech.4.d
Panem in pondere uiginti stateres habentem comedes, à tempore usq; ad tempus, Ezech.4.c
Panem subcinericium hordeaceum comedes, stercore quod egreditur de hoīe operies illud, Ibid.
Panem suum pollutum comedent filij Israel inter gentes, ad quas eijciam eos, Ezech.4.c
Panem tuum in conturbatione comede, aquā tuā in festinatione & mœrore bibe, Ezech.12.d
Panem suum esurienti dandum, Ezech. 18. b
Panis subcinericius Ephraim, qui non reuersatur, Osee 7.c
Panis eorum Ephraim, animæ ipsorum: nō intrabit in domum domini, Osee 9.a
Panis in utero impij uertet in fel aspidum intrinsecus, Iob 20. b

Panem impij liberis præparant, uigilantes ad præ dam, Iob 24.a
Panis animæ antè desiderabilis fit homini in uita sua, uolente deo, abominabilis, Iob 33.c
Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, Psal. 78. 24.
Pane lachrymarum cibabis nos, Psal. 80. 5.
Panem manducabam tanq̃ cinerem, Psal. 102. 9.
Panem educes de terra, Psal. 104. 14.
Panis cor hominis confirmat, Psal. 104. 15.
Pane cœli saturauit Israelitas, Psal. 105. 40.
Panem tuum mitte super aquas transeuntes, quia post tempora multa inuenies illum, Eccl'es 11.a
Pane uitæ & intellectus cibabit pium, iustitia & timor dei, Eccl'ci 15.a
In panibus splendidum benedicēt labia multorū, & testimonium ueritatis illius fidele, Eccl'ci 31.c
In pane nequissimo murmurabit ciuitas, & testimonium nequitiæ illius uerum est, Eccl'ci 31.c
Panis egentium uita est pauperis, qui defraudat illum, homo sanguinis est, Eccl'ci 34.d
Panem auferens in sudore, quasi qui occidit proximum suum, Eccl'ci 34. d
Panem paratum de cœlo præstitisti illis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suauitatem, Sap. 16.c
Panem de cœlo dedisti eis in fame eorum, & aquã de petra eduxisti sitientibus, &c. Nee. 9. c
Panem tuum comede cum egenis et esurientibus, Tob. 4. c
Panem angelorum manducastis, 4. Esd. 1. b
Panis fiant ex istis lapidibus, dicit dæmon, Matthæi 3. a
Pane solo non uiuit homo, sed in oī uerbo quod procedit de ore dei, Christus dicit, Matth. 4. a
Panem supersubstantialem da nobis hodie, Matthæi 6. b
Panem petenti filio quis porriget lapidem? Matthæi 7. b
Panem propositionis edere licebat solis sacerdotibus, Matth. 12. a
Panes quinq; & pisces duo quæ Christus benedicens & frangens discumbentibus distribui iussit per suos discipulos, quinq; millibus uirorū, unde tulerunt fragmẽtorum duodecim cophinos, Matth. 14. b. c
Panem filiorum non est bonum sumere, & mittere canibus, Matth. 15. c
Panibus septem in deserto & paucis piscículis benedictis & diuisis, perq; discipulos distributis, saturati sunt quatuor millia hominum, repletis insuper septem sportis, Matth. 15. d
Panes obliti discipuli sumere cum uenissent transfretum, Matth. 16. a
Panum quinq; & hominum quinq; millium & quot cophinos, quare non recordamini & intelligitis? Matth. 16. b
Panum septē & quatuor millium similiter, Ibid.
Pānis phārisæorum doctrina intelligi debet, Matthæi 16. b
Panes quinq; & duos pisces benedictos Christus frangit, & discipulis præcipit distribuendos, accumbentibus per centenos & quinquagenos, super uiride fœnum, qui & omnes manducauerunt, & saturati sunt, Marc. 6. e. f
Panum nisi unum non habebant secum in mari, obliti enim sunt panem sumere, Marc. 8. b
Panes quinq; fregi in quinq; millia, & duodecim cophini superauerunt, Marc. 8. b
Panis ut fiat dic huic lapidi, si filius dei es, Lu. 4. a
Pane nõ solo uiuet homo, sed in omni uerbo dei, Luc. 4. a
Panes propositionis Dauid cum suis manducauit cum esurijsset, q tãtum sacerdotib⁹ edēdi, Lu. 6. a
Panes quinq; & nõ plus nobis sunt, nisi forte nos eamus & emamus escam in oēm turbã, Lu. 9. b
Panibus quinq; acceptis et duobus piscibus, suspexit in cœlum, benedixit, fregit, distribuit discipulis, ut ponerent ante turbas, Luc. 9. b
Panē petenti non præbebit lapidē pater, Lu. 11. b
Panē qui manducat in regno dei beatus, Lu. 14. d
Pane accepto gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meã cõmemorationē, Lu. 22. b
Panem accepit, benedixit, ac fregit, & illis porrigebat, Luc. 24. e
Panes unde ememus maximę multitudini, quę uenit? Philippo dixit, eum tentans, Ioan. 6. a
Panes unde ememus, ut hi tot manducent? Ibidē.
Panes accepit, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus, similiter & de piscibus quantum uolebant, Ioan. 6. b
Panes ducentorum denariorum nõ sufficiunt tot hominibus, ut unusquisq; modicum quid accipiat, Ioan. 6. a
Panes manducauerãt, gratias agẽtes deo, Ioã. 6. c
Panem intinctum cui porrexero ille est, Ioan. 13. c
Panem cum intinxisset dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, Ioan. 13. c
Panē manducare de cœlo, est credere in eum quē ille misit, Ioan. 6. d
Panem hunc semper da nobis, Ioan. 6. d
Panis uitæ ego sum, Ioan. 6. d
Ad panem qui sum, qui ueniet non esuriet, Ioannis 6. d
Panem de cœlo uerum pater meus dat uobis, Ioannis 6. d
Panis uerus est, qui de cœlo descendit, & dat uitã mundo, Ioan. 6. d
Panis uiuus ego sum, qui de cœlo descẽdi. De hoc uerbo Iudæi murmurabant, Ioan. 6. e
Panis uitæ ego sum, Ioan. 6. f
Panis hic est qui de cœlo descendit, Ioan. 6. f
Panem hunc qui manducat, uiuet in æternum, Ioan. 6. f
Panem de cœlo dedit eis manducare, Ioan. 6. d

Panis hic est q de cœlo descẽdens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, Ioan. 6. f
Panis uiuus ego sum, qui de cœlo descendi, Ioannis 6. f
Ex hoc pane si quis manducauerit uiuet in æternum, Ioan. 6. f
Panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi uita, Ioan. 6. f
Panem qui mecum manducat, leuauit contra me suum calcaneum, Ioan. 13. c
Panem accepit Iesus, & dabat eis, & piscem similiter, Ioan. 21. b
Panis fractione & communicatione & orationibus perseuerabant & in doctrina apostolorum, &c̃. Act. 2. f
Panem frangebant circa domos, Act. 2. g
Panem frangere conuenientibus cum Paulo, disputabat, usq; ad mediam noctem protrahens, Act. 20. b
Panem sumens Paulus, gratias egit deo in conspectu omnium, & cum fregisset cœpit manducare, Act. 27. f
Panis unus & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus, 1. Cor. 10. d
Panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est? 1. Cor. 10. d
Panem accepit Christus in nocte, qua tradebatur, gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem, 1. Cor. 11. e
Panem hunc quotiescunq; manducabitis, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat, 1. Cor. 11. f
Panem qui est corpus Christi qui manducauerit, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, 1. Cor. 11. f
Panem illum edens homo, & de calice bibens probet seipsum, 1. Cor. 11. g
Panem non gratis manducauimus ab aliquo, 2. Thes. 3. b
¶Pannis Christus inuolutus, Luc. 2. a
Panni rudis commissura non immittitur in uestimentum uetus, ne peior fiat scissura, Matt. 9. c
¶Paliurus oriet̃ in munitionibus Edom, Isa. 34. c

¶*Parabola.*

Parabola assumpta Balaam loquitur, Nu. 23. a. c
Parabola Nathan de diuite, habente greges, qbus parcens aduentu hospitis, uicini unam ouiculã habentis rapina conuiuium instruit, 2. Re. 12. a
Parabola duarum aquilarum significat Sedechiã, contra iusiurandum relicta amicitia Nabuchodonosor se ad regẽ Aegypti transtulisse, & ideo periisse, Ezech. 17. per totum.
Parabola sumetur super uos, depopulatione uastati sumus, pars populi mei commutata est, &c̃. Mich. 2. b

Parabolæ Salomonis, filij Dauid, regis Israel, ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda uerba prudentiæ, &c̃. Prou. 1. a
Parabola reprobatur ex ore fatui, non enim dicit illam in tempore suo, Eccli 20. c
Parabolis turbis multa locutus est de naui, Matthæi 13. a
Parabolis quare Christus loquatur, Matth. 13. b
Parabolis loquor, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, neq; intelligunt, Mat. 13. b
Parabolis omnia Christus locutus est turbæ, sine parabolis loquebatur nihil, quia dicitur, Aperiã in parabolis os meum, eructabo, &c̃. Matt. 13. c
Parabolas intellexerunt discipuli, Matth. 13. g
Parabolam istam nobis edissere, Matth. 15. b
Parabolas Christi audientes pharisæi & sacerdotes, cognouerunt quod de ipsis diceret, Mat. 21. d
Parabolis multa turbas docebat, Marc. 4. a
Parabolam interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, cum esset solus, Marc. 4. b
Parabolam hanc si nescitis, quomodo omnes parabolas cognoscetis? Marc. 4. b
Sine parabola non loquebatur eis, seorsum autẽ discipulis suis disserebat omnia, Marc. 4. d
Parabolam cognouerunt, quoniam ad eos dixerit, Marc. 12. a

¶*Paralyticus.*

Paralyticos sanat Christus in Galilæa, Matt. 4. d
Paralyticus in lecto peccatis liberatur à Christo, et paralysi consequenter, Matth. 9. a
Paralyticus surgit, lectum tollit, & ambulat, Matthæi 9. a
Paralyticum quatuor portabant, & non ualentes præ turba ingredi domum, tectum nudauerunt & submiserunt cum grabato, quorum fide conspecta, ait paralytico, Fili dimittuntur tibi peccata, Marc. 2. a
Paralyticum hominem uiri portãtes in lecto quærebant inferre, & ponere ante Christum docentem, Luc. 5. d
Paralyticum ascendentes supra tectum per regulas submiserunt cum lecto ante Iesum, Luc. 5. d
Paralytici & claudi multi sanati sunt Samariæ, Act. 8. b

¶*Paracletus.*

Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis, Ioan. 14. d
Paracletus cum uenerit, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, Ioan. 15. d
Paracletus non ueniet ad uos, si non abiero, si autem abiero mittam eum ad uos, Ioan. 16. a
Paracletus cum uenerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, Ioan. 16. a

¶*Paradisus.*

Paradisus uoluptatis à principio, Gen. 2. b
Paradisus homini assignata, p habitatiõe, Ge. 2. c

Paradiſus irrigatur à fluuio, Gen.2.b
Paradiſo uoluptatis eiectus Adam, ut laboret, Geneſis 3.d
Paradiſi aditus prohibetur per Cherubim & gladium, Gen.3.d
Paradiſus malorum Punicorum, emiſſiones tuæ cum pomorum fructibus, Cant.4.c
Paradiſus oſtendetur, cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela, nos uero non ingrediemur, in ingratis enim locis conuerſati ſumus, 4.Eſd.7.d
Paradiſus apertus eſt pijs, plantata eſt arbor uitæ, præparatum eſt futurum tempus, præparata eſt abundantia, ædificata eſt ciuitas, probata eſt requies, p fecta eſt bonitas, & ſapientia, 4.Eſd.8.d
In Paradiſo hodie mecum eris, amen dico tibi, Luc.23.f
In Paradiſum raptus Paulus audiuit arcana & ineffabilia, 2.Cor.12.a

¶*Paraſceue.*

Paraſceue erat quod eſt ante ſabbatum, Mar.15.d
Paraſceues erãt & ſabbatum illuceſcebat, Lu.23.g
Paraſceue paſchę hora ſexta pro tribunali ſedit Pilatus, Ioan.19.c

¶*Paratus.*

Parati eſtote in diem tertium, ne uxoribus appropinquetis, Exod.19.b
Paratus & non turbatus ſum, ut cuſtodiam mandata tua, Pſal.119.60.
Parati eſtote, quia neſcitis qua hora dominus eſt uenturus, Matth.24.d
Parate uiam domini, rectas facite ſemitas dei, Lucæ 3.a
Parati uos eſtote, quia qua hora non putatis filius hominis uenit, Luc.12.e
Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti uos rationẽ, de ea quæ in uobis eſt ſpe, ſed cum modeſtia & timore, 1.Pet.3.c

¶*Parcere.*

Parcit dominus Lot & ſuis ob hoſpitalitatẽ, Geneſis 19.d
Parcis omnibus, quoniam tua ſunt domine, qui amas animas, Sap.11.d
Parcit Paulus Corinthijs in cauſa uirginitatis, 1.Corinth.7.e

¶*Pardus.*

Pardus cum hœdo accubabit in regno Chriſti, Iſaiæ 11.b
Pardus uigilans ſuper ciuitates eorum, omnis qui egreſſus fuerit ex eis capietur, Iere.5.b
Pardus beſtia tertia, alis quatuor, & quatuor habens capita, & poteſtas data eſt ei, Dan.7.b
Pardo ſimilis beſtia pedibus urſi, os leonis habebat, Apoc.13.a
Pardo dedit draco uirtutem et poteſtatem magnã, Apoc.13.a
¶Parmenas unus ex diaconis ſeptem, Act.6.b
¶Paropſidis quod intus eſt mundatis, &c. Matthæi 23.b

¶*Pars.*

Pars hæreditatis meæ dominus & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi, Pſal.16.5
Partes animalium contra ſe poſitæ, in confirmatione fœderis Abrahæ cum domino, Gene.15.c
Partibus ſuis non fraudentur milites, Gen.14.d
Pars mea dominus, dixit anima mea, ꝓpterea dominum expectabo, Thr.3.c
Partem hanc meã ratus ſum, ſi uterer labore meo, Eccl'es 2.b
Partem mecum non habebis, ſi non lauero te, Ioannis 13.a
Partim cognoſcimus, ex parte ꝓpheramus nunc, 1.Corinth.13.c
Ex parte quod eſt, euacuabitur cum uenerit quod eſt perfectum, 1.Cor.13.c
Particeps ego ſum omnium timentium te, &c. Pſal.119.63.
Participatio nulla eſt iuſtitiæ cum iniquitate, 2.Corinth.6.c
Participes nolite effici filijs diffidentiæ, Epheſ.5.b
¶Par turturum aut duos pullos columbarum ſecundum legem dederunt, Luc.2.d

¶*Paries.*

Parietem fodere iubetur Ezechiel, ut uideat abominationes idolorum, animalia picta per circuitum, Ezech.8.c
Parietem perfode & egredieris per eum, Eze.12.b
Parietem ædificabat populus meus, illi autem prophetæ liniebant eum abſq; paleis, Ezech.13.b
Parietem medium maceriæ ſoluit Chriſtus, Epheſ.2.c

¶*Parere.*

Partus cum dolore unde cauſam ſortitus, Ge.3.c
Partum impedit dominus & promouet, Ge.16.a
Partus adimitur ob adulterium tentatum, Geneſis 20.d
Partum matrix retinere non poteſt ultra inſtitutum tempus à natura, ſic nec decreta dei circa ſæculum, 4.Eſd.4.d
Parturientis uocem audiui, anguſtias ut puerperæ, Ierem.4.g
Parturit iterum Paulus filiolos Galatas, donec formetur in eis Chriſtus, Gal.4.c
¶Parthi & Medi Hieroſolymis, Act.2.b
¶Parum cum timore domini melius eſt q̃ theſauri magni & inſatiabiles, Prou.15.b

¶*Paruulus.*

Paruuli ueſtri non erunt prædæ hoſtibus, ut dixiſtis, ſed introducam eos, ut uideant terram quæ uobis diſplicuit, Num.14.e
Paruuli ueſtri, qui hodie ignorant diſtantiam boni ac mali, ipſi ingredientur, accipient & poſſidebunt terram, Deut.1.f
Paruulus ſagittas colligit, ignorans quid agat, 1.Reg.20.g
Super paruulum effunde foris, & ſuper cõcilium iuuenum ſimul, uir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum, Ierem.6.c

Paruuli petierunt panem, non erat qui frangeret eis, Thr.4.a
Paruuli Sion ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis, Thr.1.b
A paruulis mulierum tulistis laudē meam in perpetuum, Mich.2.c (&c. Isa.9.b
Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis,
Paruuli usq; quo diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Prou.1.c
Paruuli intelligite astutiam, insipiētes animaduertite, Prou.8.a
Paruuli possidebunt stultitiam, Prou.14.c
Paruulorum terminos ne attingas, & agrum pupillorum ne introeas, Prou.23.b
Paruuli impiorum egrediuntur ut greges, infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum, &c. Iob 21.b
Paruulos custodit dominus, &c. Psal.116.c.
Paruulum aduocans statuit Christus in medium discipulorum, dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini, sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cœlorum, Matth.18.a
Paruulorum instar qui se humiliauerit maior erit in regno cœlorum, Matth.18.a
Paruulum unum talē qui susceperit in meo nomine, me suscipit, Matth.18.a
Paruulum qui scandalizauerit in me credentem, expedit ut mola asinaria in collo eius suspensa, demergatur in mare, Matth.18.a
Paruuli oblati Christo, ut eis manus imponeret, Matth.19.b
Paruulos sinite, & nolite eos prohibere ad me uenire, talium est enim regnum cœlorum, Matthæi 19.b Marc.10.b
Paruulis Christus manus imposuit, Matth.19.b
Paruulos offerebāt illi ut tangeret illos, Mar.10.b
Paruulos offerentibus discipuli comminabantur, Marc.10.b
Paruulos impediri à se Christus indigne tulit, Ibi.
Paruuli instar nisi quis regnum dei receperit, non intrabit in illud, Marc.10.b
Paruulos complexans manus q; imponens benedicebat, Marc.10.b
Paruuli cum essemus, sub elementis mundi eramus seruientes, Gal.4.a
Paruulis lac uobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, 1.Cor.3.a
Paruulus Apostolus loquebatur ut paruulus, sapiebat & cogitabat ut paruulus, 1.Cor.13.d
Paruuli non simus, fluctuantes ut circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris, Ephes.4.c
Paruuli facti sumus in medio uestri, tanq; si nutrix foueat filios suos, 1.Thes.2.b

¶ *Patientia.*

Patimur hæc merito, quia peccauimus in fratrem nostrum, Gen.42.d

Pati incipiemus post mortē, id quod uiuentes non cogitauimus, quando iniquitatem faciebamus, 4.Esd.7.d
Pati se Hierosolymis multa à senioribus, scribis, et principibus Christus prædixit discipulis, occidi quoq; & tertia die resurgere, Matth.16.c
Pati multa oportet filium hominis, reprobari à senioribus, sacerdotum principibus, scribis, occidi, & tertia die resurgere, Luc.9.b
Pati penuriam institutus sum, abundare, esurire, satiari, Philip.4.c
Patimur si quid propter iustitiam, beati, 1.Pe.3.c
Patiatur nemo uestrum ut homicida, fur, maledicus, aut alienorum appetitor, 1.Pet.4.d
Patitur si quis ut Christianus, non erubescat, glorificet autē deum in isto nomine, quoniā tempus est ut incipiat iudicium à domo dñi, 1.Pet.4.d
Pati Christum num deus prænunciauit p os omnium propheratum? & impleuit sic, Act.3.c
Patiens multa gubernatur sapiētia, qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam, Prou.14.d
Patiens melior est uiro forti, & qui animo suo dominatur expugnatore urbium, Prou.16.d
Patiens melior est arrogante, Eccl'es 7.b
Patiens sustinebit usq; in tempus, postea redditio iucunditatis, Eccl'ci 1.c
Patiens redditor est altissimus, Eccl'ci 5.b
Patientes in tribulatione, Rom.12.c
Patientes estote ad omnes, 1.Thes.5.c
Patientes estote fratres usq; ad domini aduentum, Iacob.5.b
Patienter expectat agricola pretium fructum terræ, & donec accipiat temporaneum & serotinum, Iaco.5.b
Patiētes estote & uos, & confirmate corda uestra, quoniā aduentus dñi appropinquauit, Iac.5.b
Patientes secundum uoluntatē dei, fideli creatori cōmendēt animas suas in benefactis, 1.Pe.4.d
Patienter deus agit nobiscum, nolens perire aliquos, sed reuerti ad pœnitentiam, 2.Pet.3.b
Passus hęc sum absq; iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad deum preces, Iob 16.d
Patientiam meam quis considerat? Iob 17.d
Patiens est deus in hominibus, effundit super eos misericordiam suam, Eccl'ci 18.b
Passurus est filius hominis ab eis, sicut & Ioannes Baptista occisus est, Matth.17.b
Passionem, mortē & resurrectionē Christus prædicit discipulis, ascendens Hierosolymā, Mat.20.c
Passionis suæ Christus apostolos p̄monet, Marci 9.e
Passiones huius temporis existimo, quod nō sint condignæ ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis, Rom.8.c
Passionum ut estis socij, sic eritis & consolationis, 2.Cor.1.b
In passionibus pro uobis gaudeo, Col.1.d
Passionum ea quæ desunt Christi in carne mea adimpleo,

adimpleo, pro corpore eius, quod est ecclesia, Colos.1. d

Passione desiderij nõ possideatis uas uestrum, sed in sanctificatione & honore, 1.Thes.4. a

Passus est pro nobis Christus, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, 1.Pet.2. d

Passionibus Christi communicantes gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes, 1.Pet.4. c

Passio eadem fit uestræ fraternitati, ei, quæ est in mundo, 1.Pet.5. c

Passo in carne Christo, & uos eadem cogitatione armamini, 1.Pet.4. a

Passos uos modicum, deus gratiæ ipse perficiet, confirmabit solidabitq;, 1.Pet.5. d

Passione consumari decuit Christum, qui multos filios dei in gloriam adduceret, Hebr.2. c

In patientia tua noli me suscipere, sciens quoniam propter te sustinui opprobrium, Ierem.15. c

Patientiæ exemplum ordinatur Tobias sicut & Iob, Tob.2. c

Patientia uiri indicat doctrinam eius, Prou.19.b

Patientia lenietur princeps, Prou.25. b

Patientia mea à domino est, cui subiecta esto anima mea, Psal.62.5.

Patientia mea tu es domine, spes mea à iuuentute mea, Psal.71. 5.

In patiẽtia uestra possidebitis animas uestras, Lucæ 21. d

Patientiæ diuinæ longanimitatis & bonitatis diuitias quare contemnis? Rom.2.a

Patientia & benignitas dei ad pœnitentiam te adducit, Rom.2. a

Patientiæ & solatij deus, det uobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum, Romanorum 15.a

Patientia & fides in persecutionibus & tribulationibus sustinenda, in exemplum iusti iudicij dei, 2.Thes.1. b

Patimini pro regno dei, ut eius digni habeamini, 2.Thes.1.b

Patientia Christi in me ostensa est, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam, 1.Tim.1. d

Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatẽ dei facientes, reportetis promissionem, Hebr.10. g.

Patientia opus perfectum habet, Iaco.1.a

Patientiam operatur, pbatio fidei uestræ, Iaco.1.a

Patientiam habes & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti, Apoc.2.a

Patientia sanctorum hic est, qui custodiunt mandata dei, & fidem Iesu, Apoc.14.c

¶ A Papho Cypri Paulus nauigauit ad Pergen Pamphiliæ, Act.13.b

¶ *Passer.*

Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos suos, Psal.84.3.

Vt passer solitarius in tecto factus sum & uigilaui, Psal.102.7.

Passeres in arboribus nidificabunt, Psal.104.17.

Passeres duo nónne asse ueneunt, & unus ex illis non cadet sup terrã sine patre uestro? Mat.10.d

Passeribus multis meliores estis uos? Matth.10.d

Passeres quinq; nónne ueneunt dipõdio? Lu.12.a

Passerum unus non est in obliuione coram deo, Luc.12.a

Passeribus multis pluris estis uos, Luc.12.b

¶ *Pascere.*

Pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in ubertatem uersa aduenæ comedent, Isa.5. d

Pascentur super uias, et in omnibus planis pascua eorum, Isa.49. c

Pasce populum tuum in uirga tua, gregem hæreditatis tuæ, &c. Mich.7.c

Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, non dolebãt, uendebant ea, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus, &c. Zachariæ 11. a

Pascam pecus occisionis, propter hoc ô pauperes gregis, Zach. 11. b

Pascuæ loco ibi me collocauit, aquis refectionis me educauit, Psal. 23. 2.

Pascunt homines non fructus natiuitatis, sed sermo dei, eos q credunt in eum cõseruat, Sap.16.d

Pascens gregem manducat de lacte gregis, 1.Corinth.9.a

Pasce agnos meos, Ioan.21. c

Pascite uos seniores, qui in uobis est gregem dei, ꝓuidentes nõ coacte, sed spontanee secundum deum, neque turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neq; ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo, 1.Pet.5. a

¶ *Pastor.*

Pastor ouium primus Abel, Gen.4.a

Pastor primus Iabel in tẽtorijs habitans, Ge.4.d

Pastores iurgantur cum Isaac ob uiuam aquam repertam in puteis, Gen.26. d

Pastor cõsuetudo circa puteum Haran, Ge. 29.a

Pastor pecorum eruditus Iacob, Gen.30.c

Pastorum incõmoda & labores narrãtur, Ge.31.e

Pastoris fidelis seruitium & officia, Gene.31.e

Pastores ouium sunt fratres Ioseph, & patres ipsorum, Gen.46.d 47.a

Pastores ouium detestantur Aegyptij, Gen.46.d

Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit, Isa.40. c

Pastores ignorantes intelligentiã, omnes in uiam suã declinauerunt, unusquisq; ad auaritiã suam, à summo usq; ad nouissimum, Isa.56.d

Pastores populi Israelitici præuaricati sunt in me, Ierem.2. b

Pastores dabo uobis secundum cor meum, pascentq; uos scientia & doctrina, Ierem.3.c

Paſtores uenient ad Ieruſalem, & greges eorum, fixerunt in ea tentoria in circuitu, paſcet unuſquiſq; eos qui ſub manu tua ſunt, Iere.6.a

Paſtores Iſraelis ſtulte egerunt, dominum non requiſierunt, propterea non intellexerunt, omnis grex eorum diſperſus eſt, Ierem.10.d

Paſtores multi demoliti ſunt uineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionẽ meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, Ierem.12.c

Paſtores poſuerunt terram in diſſipationem, deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet, Ierem.12.c

Paſtorem te ſequens non ſum turbatus, diem hominis non deſideraui, tu ſcis, Ierem.17.c

Paſtores Iudæorũ omnes paſcet uentus, Ier.22.f

Paſtoribus uæ, qui diſperdunt & dilacerant gregẽ paſcuæ meæ, Iere.23.a

Paſtores mali diſperſiſtis gregem meum, eieciſtis eos, non uiſitaſtis, ideo ego uiſitabo malitiã ſtudiorum ueſtrorum, ait dominus, Iere.23.a

Paſtores ſuſcitabo ſuper eos, & paſcent eos, non ultra formidabunt, nullus quçretur ex numero, Ierem.23.a

Paſtores ululate, clamate, aſpergite uos cinere, optimates gregis, quia completi ſunt dies ueſtri, &c. Ierem.25.g

A paſtoribus fuga peribit, & ſaluatio ab optimatibus gregis, Ierem.25.g

Paſtorũ uox & ululatus optimatum gregis, quia uaſtauit dominus paſcua eorum, conticuerunt arua pacis, &c. Ierem.25.g

Paſtorum habitaculum adhuc erit in urbibus Iuda & Beniamin, adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, Ierem.33.c

Paſtor quis eſt ſimilis mei? quis me ſuſtinebit? quis reſiſtet uultui meo? Ierem.49.d

Paſtor iſte quis eſt, qui reſiſtat uultui meo? quis electus? quem ei præponam? quis ſimilis mei? quis me ſuſtinebit? Ierem.50.g

Paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntq; uagari in montibus, Ierem.50.a

Paſtoris eccleſiaſtici officium deſcribitur, Eze.33.a

Paſtorem conſtituit populus terræ, de nouiſſimis unum, ut ſpeculatorem agat, ut buccina indicet gladium uenientem, ne quis ſua culpa pdatur, Ezech.33.a

Paſtoris à manu requiretur ſanguis perditorum, ſi buccina ſpeculator non inſonuerit ad gladij aduentum, Ezech.33.b

Paſtores Iſrael qui paſcebant ſeipſos, nõnne greges à paſtoribus paſcuntur? Ezech.34.a

Paſtores lac comedebatis, lanis operiebamini, craſſum occidebatis, gregem meum non paſcebatis, Ezech.34.a

Paſtores infirmum non conſolidaſtis, ægrotum non ſanaſtis, cõfractum nõ alligaſtis, abiectum non reduxiſtis, perditum non quæſiſtis, cum auſteritate imperaſtis, Ezech.34.a

Paſtor ut oues ſuas uiſitat, cum fuerit in medio ouium diſſipatarum, ſic uiſitabo oues meas, & liberabo de locis in quibus diſperſæ fuerant, in die nubis & caliginis, Ezech.34.c

De paſtorum manu requiram gregem meum, nõ ultra paſcent gregem, nec ſeipſos, de eorum ore liberabo gregem meum, non erit ultra eis in eſcam, Ezech.34.c

Paſtorem unum ſuſcitabo ſuper pecora mea, qui paſcat ea, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet ea, ipſe erit eis in paſtorem, Ezech.34.f

Paſtor in Thecua fuit Amos, Amos 1.a

Paſtorum ſpecioſa luxerunt, Amos 1.a

Paſtores ſeptem ſuſcitabimus ſuper eum, & octo primores homines, & paſcent terram Aſſur in gladio, &c. Mich.5.b

Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos uiſitabo, Zach.10.b

Paſtorum ululatus, quia uaſtata eſt magnificentia eorum, Zach.11.a

Paſtores tres ſuccidi in menſe uno, contracta eſt anima mea in eis, ſiquidem & anima eorum uariauit in me, Zach.11.b

Paſtores eorum non parcebant eis, & ego nõ parcam ultra ſuper habitantes terram, Zach.11.b

Super paſtorem ſuſcitare ô gladie, & ſuper uirum cohærentem mihi, Zach.13.c

Paſtorem percute, & diſpergentur oues, & conuertam manum meam ad paruulos, Zach.13.c

Paſtoris ſtulti tibi uaſa aſſume, ſuſcitabo enim paſtorem in terra, qui derelicta nõ uiſitabit, diſperſum non quæret, cõtritum non ſanabit, id quod ſtat non enutriet, carnes pinguium comedet, & ungulas eorum diſſoluet, Zach.11.d

O paſtor & idolum derelinquens gregem, gladius ſuper brachium eius, ſup oculum dextrum eius, &c. Zach.11.d

Paſtoris ſtulti brachium ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur, Zachariæ 11.d

Paſtor gregem ſuum erudit, & docet qui miſericordiam habet, Eccl'ci 18.b

Paſtores porcorum fugientes, in ciuitate dixerunt omnia, quæ dæmones & porci egerãt, Mat.8.d

Paſtorem percutiam, & diſpergentur oues gregis, Matth.26.c Marc.14.c

Paſtores claritate dei circumfulſi, timuerunt timore magno, Luc.2.a

Paſtores in eadem regione uigilantes & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregẽ ſuum, Lu.2.a

Paſtores loquebantur ad inuicem tranſeamus uſque Bethlehem, ut uideamus hoc uerbum quod factum eſt, Luc.2.b

Paſtores reuerſi ſunt glorificantes deum in omnibus quæ audierant & uiderant, Luc.2.c

A paſtoribus dicta omnes mirati ſunt, Luc.2.c

Paſtor eſt ouium, qui intrat per oſtium, Ioan.10.a

Paſtori oſtiarius aperit, oues uocem eius audiunt, proprias oues uocat nominatim, educit eas, Ioan. 10. a

Paſtor dum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illum ſequuntur, & ſciunt uocem eius, Ioan. 10. a

Paſtor bonus ego ſum, Ioan. 10. c

Paſtor bonus animam ſuam dat pro ouibus ſuis, Ioan. 10. c

Paſtor bonus ego ſum, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ, Ioan. 10. c

Paſtorem illum magnum ouium eduxit deus de mortuis in ſanguine teſtamenti æterni dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Heb. 13. d

Paſtorum princeps cum apparuerit percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam, 1. Pet. 5. a

¶ *Pater.*

Patris domum Abraham deſerit deo uocante, Gene. 12. a

Patris ſemen inebriati ſuffurantur filiæ Lot, Gene. 19. g

Patri filius Iacob illudere multum abhorret, Gene. 27. b

Patrem deſerunt uxores Iacob pro marito, Gene. 31. b

Patres filijs dant uxores, Gen. 34. a

Patriarchę uiri paſtores ſunt ouium, curatores gregum, Gen. 46. d

Patris cubile aſcendit Ruben, & ſtratum eius maculauit, Gen. 49. a

Patrem Iſrael uiſitat Ioſeph ægrotantem cum duobus filijs Manaſſe & Ephraim, Gen. 48. a

Patris tui uxorem non diſcooperies, Leuit. 18. b

Patri ſuo maledicens aut matri, morte moriatur, Leuit. 20. b

Patrem tuum & matrem tuam honora, ut ſis longæuus ſuper terram, quam dominus deus tuus dabit tibi, Exo. 20. b

Patrem aut matrem percutiens morte moriatur, Exo. 21. c

Patri uel matri maledicens morte moriatur, Exodi 21. c

Patrui tui turpitudinem nõ reuelabis, ne accedas ad eius uxorem, Leuit. 18. b

Patrem ſuum & matrem unuſquiſq; timeat, Leuit. 19. a

Patres tuos deus dilexit, & elegit ſemen eorũ poſt eos, Deut. 4. f

Patrem tuum & matrem honora, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene ſit tibi, Deut. 5. b

Patres non occidentur pro filijs, nec filij pro parentibus, ſed unuſquiſq; pro peccato ſuo morietur, Deut. 24. c. 4. Reg. 14. b

Patrem ſuum non honorans & matrem, maledictus, Deut. 27. c

Patris ſui domeſticum & uir fratrem ſuum apprehendet, Iſa. 3. a

Pater ſuturi ſæculi, princeps pacis, &c̃. uocabitur paruulus natus, Iſa. 9. b

Pater filijs notam faciet ueritatem tuam, Iſa. 38. d

Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me, Iſa. 43. d

Patri qui dicit, Quid generas? uæ illi, Iſa. 45. b

Pater noſter es ô domine, nos uero lutum, fictor noſter tu, & opera manuum tuarum om̃es nos, Iſa. 64. c

Patrem me & uirginitatis ducem uel amodo uoca me, Ier. 3. b

Patrem uocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis, Ier. 3. f

Patres ueſtri non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam, Ierem. 17. d

Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iuſtitiam, tunc cum bene erat ei? Ierem. 22. d

Patres noſtri peccauerunt & non ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus, Thr. 5. b

Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, Eze. 18. a

Pater impius morietur in ſua iniquitate, filius eius iuſtior iuſtitiam operatus uita uiuet, Eze. 18. d

Pater non portabit iniquitatem filij, Eze. 18. e

Patrum ueſtrorum in præceptis nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorũ polluamini, Eze. 20. c

Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, ô Ieruſalem, Eze. 22. b

Ne ſitis ſicut patres ueſtri, ad quos clamabant prophetæ, & non audierunt, neq; attenderunt ad me, Zach. 1. a

Patres ueſtri ubi ſunt? prophetæ nunquid in ſempiternum uiuent? Zach. 1. b

Patres ueſtros nunquid nõ comprehenderunt uerba mea, & legitima mea, quæ mandaui ſeruis meis prophetis, Zach. 1. b

Patres ueſtri dixerunt, Sicut cogitauit dominus facere nobis ſecundum uias noſtras, &c̃. ſic fecit nobis, Zach. 1. b

Patrem honorat filius, et ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? Mala. 1. b

Pater omnium noſtrum nunquid unus eſt? Mala. 2. b

Patris tui præcepta fili conſerua, & ne dimittas legem matris tuæ, Pro. 6. c

Patres ſuos confitentur, qui ſunt ſapientes, & non eoſdem abſcondunt, Iob 15. c

Pater meus es, dixi putredini, Iob 17. d

Pater mi, probetur Iob uſq; ad finem, ne deſinas ab homine iniquitatis, Iob 34. d

Patris tui diſciplinam audi fili mi, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo,

& torques collo tuo, Prou. 1.a

Patrem lætificat filius sapiens, & matris suæ mœstitiã est filius stultus, Pro. 10.a

Patres corona sunt filiorum, Pro. 17.a

Pater non lætabitur in fatuo filio, Pro. 17.d

Patrem qui affligit, & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix, Pro. 19.d

Pater iusti exultat gaudio, & qui sapientẽ genuit, lætabitur in eo, Pro. 23.c

Pater tuus gaudeat, mater tua & exultet quæ genuit te, Pro. 23.c

Patrem tuum audi, qui genuit te, et ne contemnas cum senuerit mater tua, Pro. 23. c

Patri & matri qui aliquid subtrahit, & dicit hoc non esse peccatum, particeps est uiri dissipantis bona sua, Pro. 28.d

Patres nostri in te deum sperauerunt, & liberasti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi, Psa. 22. 4. 5.

Patre & matre derelinquente in angustijs, dominus fideles assumit, Psa. 27. 10.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram, Psa. 45. 16.

Patribus nostris mãdauit, nota facere ea filijs suis, Psa. 78. 5.

Pater ut filiorum miseretur, sic misertus est dominus timentibus se, Psa. 103. 13.

Patrẽ deus in filijs honorauit, iudiciumq; matris exquirens firmauit in filios, Eccl'ci 3. a

Patrem tuum honora in opere, sermone, et in omni patiẽtia, ut superueniat tibi benedictio à deo, & benedictio illius in nouissimo manet, Ecclesiastici 3. a

Patris benedictio firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta, Ecclesiastici 3. b

In patris tui contumelia ne glorieris: non est enim tibi gloria, sed confusio, Eccl'ci 3. b

Patrem̃ qui relinquit quàm malę famæ est, & est maledictus à dño qui matrẽ exasperat, Eccl'ci 3. b

Patrem suum qui honorat, iucundabitur in filijs, in die orationis suæ exaudietur, Eccl'ci 3. a

Patrem suum qui honorat uita uiuet longiore, & qui obedit patri, refrigerabit matrem, Eccl'ci 3. a

Ex patris honore gloria filiorum, dedecus autem filij pater sine honore, Eccl'ci 3. b

Patris tui senectam fili susci pe, & non contristes eum in uita illius, si sensu defecerit ueniam da, & ne spernas eum in uirtute tua, Eccl'ci 3. b

Patris eleemosyna non erit in obliuione, Ecclesiastici 3. b

Patrem tuum honora, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris, Eccl'ci 7. c

Per parentes illos si natus non fuisses, non esses, & retribue illis, quomodo & illi tibi, Ecclesiastici 7. c

Patria habitabitur ab uno sensato, & à tribus impijs deseretur, Eccl'ci 16. a

Patris confusio est filius indisciplinatus, filia autem fatua in deminoratione fiet, Eccl'ci 22. a

Parentes nostros & uiros glorioſos laudemus in generatione sua, Sap. 44. a

Patres sancti omnes in generationibus gentis suę gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus, Sap. 44. b

Patrum filij reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, Ibidem.

Patres sancti uiri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, & cum semine eorum permanet bona hæreditas, & nepotum ipsorum semen in testamento stetit, Eccl'ci 44. b

Patrum piorum semen propter illos usq; in æternum manet, & gloria eorum non derelinquẽtur, Eccl'ci 44. c

Patrum corpora in pace sepulta sunt, & nomẽ eorum uiuet in generationem & generationem, Eccl'ci 44. c

Patrem habere uos Abrahã ne uelitis dicere, Matthæi 3. b

Pater uester in cœlis solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos, Matt. 5. g

Pater uester scit quid opus sit uobis antequam petatis, Mat. 6. b

Pater uester cœlestis scit quia his omnibus indigetis, Mat. 6. d

Pater cœlestis non dimittet uobis peccata uestra, si nõ uos dimiseritis hominibus peccata eorũ, Matthæi 6. c

Pater cœlestis pascit uolatilia cœli, quæ non congregant in horrea, Mat. 6. d

Pater filium dabit in mortem, Mat. 10. c

Patrem familias si Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Mat. 10. c

Patrem & matrem amans plus quàm me, non est me dignus, Mat. 10. d

Patriam suam peruenit Christus, & docebat in synagoga ad miraculum, Mat. 13. g

In patria sua Christus non fecit uirtutes multas, propter incredulitatem illorum, Mat. 13. g

In patria propheta est sine honore et in domo sua, Mat. 13. g

A patre meo tradita sunt mihi omnia, Mat. 11. d

Patri & matri qui maledixerit, morte moriatur, Mat. 15. a

Patrẽ & matrem homo dimittet, & adhærebit uxori, Mat. 19. a

Patrem honora tuum & matrem, Mat. 19. c

Patrifamilias conducenti operarios in uineam similе est regnum cœlorum, Mat. 20. a

Patrẽ nolite uocare uobis super terram, Mat. 23. b

Pater uester in cœlis unus est, Mat. 23. b

Patriam suam abijt cum discipulis, ubi in synaga ga sabbatis docebat, admirantibus qui audiebãt doctrinam eius, Mar. 5. d

Patrem tuum & matrem honora, qui illis maledixeris,

xerit,morte moriatur, Mar.7.b
Patri & matri si quis dixerit, Corban quodcunq; ex me tibi profuerit, & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri,rescindentes uerbum dei per traditionem uestram, &c. Mar.7. b
Patrem & matrẽ non honorificant prætextu templi, Mat. 15. a
Patrem & matrem homo relinquet, & adhærebit ad uxorem suam, & erunt duo in carne una, Mar. 10.a
Cum patribus nostris fecit misericordiam,& testamenti sui memoratus est, Luc. 1.g
In his quæ patris mei sunt,oportet me esse,Lu.2.g
Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, Luc 2.g
Patrem habemus Abraham ne dicere cœperitis, Luc.3.b
Parentibus subditus erat Iesus, Luc.2.g
A patre meo omnia mihi tradita sunt, Luc. 10. d
Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra,siquidem & nos dimittimus omni debẽti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, Luc.11.a
Pater uester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se, Luc. 11.b
Pater duorum filiorum adolescentiori requirenti dat portionem substantiæ,quam in regione longinqua dissipat luxuriose uiuendo, donec paupertate admonitus resipiscẽs, gratiam patris ambit & recipit, non obstante filio seniore murmurante, Luc.15.c.d
Pater uester scit quoniam his indigetis, Luc. 12.d
Pater misericordia motus accurrit,collo incidit,osculatur, & suscipit filium redeuntem & conuersum, Luc. 15.e
Pater ero uobis, et uos eritis mihi in filios et filias, dicit fidelibus dominus omnipotens, 2.Co. 6.d
Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, Ioan.3.d
Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, Ioan.5. c
Pater quęcunq; facit et filius similiter facit, Ioã. 5.d
Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ facit, Ioan. 5.d
Pater maiora his demonstrabit opera, ut uos miremini, Ioan.5.d
Pater sicut suscitat mortuos et uiuificat,sic & filius quos uult uiuificat, Ioan. 5.d
Pater nõ iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, Ioan.5.d
Pater sicut habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, Ioan.5.e
Pater potestatem filio dedit iudicium facere, quia filius hominis est, Ioan.5.e
Pater qui misit me,ipse testimonium perhibuit de me,neq; uocẽ eius unq̃ audistis,&c. Ioan.5.f

Patris mei uocem nunquã audistis, neq; speciem eius uidistis, Ioan.5.f
Patris mei uerbum non habetis in uobis manẽs, quia quẽ misit ille, huic uos nõ creditis, Ioã.5.f
Patris mei in nomine ego ueni, & non accepistis me, si alius uenerit in nomine suo,illum accipietis, Ioan.5.g
Pater qui misit me nisi traxerit aliquem, nemo potest ad me uenire, Ioan. 6.e
Pater omne quod dat mihi, ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non ejciam foras, Ioan.6.d
Pater qui me misit uerax est, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo, Ioan.8.c
Pater sicut me docuit, hæc loquor,& qui me misit mecum est,nõ reliquit me solum,quia ego quæ placita sunt ei facio semper, Ioan. 8. d
A patre qui audit, & didicit, is ad me uenit, Ioan. 6.e
Patrem non uidit quisquam nisi is qui est à deo, hic uidit patrem, Ioan.6.e
Patris mei uoluntas est,ut omnis qui uidet filium & credit in eum,habeat uitam æternã, Ioan.6.e
Patrem meum scio, quia ab ipso sum, & ipse me misit, Ioan. 7.d
Pater tuus ubi est? Iudæi dicebant Christo, Ioan.8.b
Patrem meum non scitis neq; me, Ioan.8.b
Patrem meum forsitan sciretis, si me sciretis, Ioan.8.b
Apud patrẽ quæ uidi ego loquor, uos quoq; quæ uidistis apud uestrum patrem, facitis, Ioan.8.e
Pater uiuens sicut misit me, & ego uiuo propter patrem:& qui manducat me,& ipse uiuet propter me, Ioan. 6.f
Patrẽ eius quod diceret deum non cognouerunt, Ioan. 8.c
Patrẽ unum habemus deum, ex fornicatione nos nati non sumus, Ioan.8.e
Pater uester si deus esset, diligeretis utiq; me: ego enim à deo processi & ueni, Ioan.8.e
A patre deo ego processi & ueni:neq; enim à me ipso ueni,sed ille me misit, Ioan.8.e
Pater noster Abraham est, Ioan. 8.e
Patrẽ meum honorifico, & uos inhonorastis me, Ioan. 8.f
Ex patre diabolo uos estis,& patris uestri desyderia uultis facere, ille homicida erat ab initio,&c. Ioan.8.f
Patrem meum deum scio, & sermonem eius seruo, Ioan.8. g
Pater meus est qui glorificat me,quem uos dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum, ego autem noui eum, Ioan. 8.g
Patres oñes sub nube fuerunt,mare transierunt, baptizati sunt in Moyse, nube & mari, 1.Corin. 10.a
Pater sicut me nouit, & ego agnosco patrem, & animam meã pono pro ouibus meis, Ioã. 10.c

Pater propterea me diligit, quia ego pono animã meam, & iterum ſumam eam, Ioan. 10.d
Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu patris mei, Ioan. 10.e
Pater & ego unum ſumus, Ioan. 10.e
Patris mei opera ſi non facio, nolite mihi credere, Ioan. 10.g
Pater Ieſum ſanctificauit, & miſit in mundum, Ioan. 10.f
Pater in me eſt, & ego in patre, Ioan. 10.g
Pater ſaluifica me ex hac hora, Ioan. 12.d
Pater clarifica nomen tuum, Ioan. 12.d
Pater meus honorificabit eum, qui mihi miniſtra uerit, Ioan. 12.d
Parentibus non debent theſaurizare filij, ſed parentes filijs, 2. Cor. 12.e
Patris mei mandatum uita æterna eſt, Ioan. 12.g
Pater ſicut dixit mihi ſic loquor quęcunq; loquor, Ioan. 12.g
Pater qui miſit me, ipſe mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar, Ioan. 12.g
Pater omnia dedit in manus Chriſto, Ioan. 13. a
Pater meus agricola eſt, ego ſum uitis uera, Ioan. 15.a
Pater ſicut dilexit me, & ego dilexi uos, Ioan. 15.b
A patre meo quæcunq; audiui, nota feci uobis amicis meis, Ioan. 15. b
Patrem meum in meo nomine quæcunq; petieritis, dabit uobis, Ioan. 15.c
Patrem meum odit qui me odit, Ioan. 15.d
Patrem meum & me oderunt, & nunc uiderunt, Ioan. 15.d
Patrem non nouerunt neq; me, ideo hæc facient uobis, Ioan. 16.a
Ad patrem uado, & iam non uidebitis me, ideo mundus de iuſtitia arguetur, Ioan. 16.b
Pater quæcunq; habet omnia mea ſunt, Ioan. 16.b
Ad patrem uado, ideo modicum & non me uidebitis, Ioan. 16.b
Patrem ſi quid petieritis in nomine meo, dabit uobis, Ioan. 16.c
Patrem uidet qui uidet me, Ioan. 14.a
Patrem nobis oſtende, quomodo dicis? Non credis, quia ego in patre & pater in me eſt? Ioannis 14. b
Pater meus in hoc clarificatus eſt, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli, Ioan. 15.a
A patre exiui, & ueni in mundum, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem, Ioan. 16. d
Patrem non dico quod rogabo de uobis: ipſe enim pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis quia à deo exiui, Ioan. 16.d
A patre deo quod exiſti in hoc credimus, Ioã. 16.d
Ad patrem meum aſcendo, et ad patrem ueſtrum, deum meum & deum ueſtrum, Ioan. 20.d
De patre palàm annunciabo uobis, non in prouerbijs loquar, Ioan. 16.d
Ad patrem nemo uenit niſi per me, Ioan. 14.a
Patrem meum utiq; cognouiſſetis ſi me cognouiſſetis, Ioan. 14.a
Patrem amodo cognoſcitis, & uidiſtis eum, Ioan. 14.a
Patrem oſtende nobis domine, & ſufficit nobis, Ioan. 14.a
Ad patrem uado, & quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio, Ioan. 14.b
Patrem ego rogabo, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, Ioan. 14.b
Pater in me manens, ipſe facit opera, Ioan. 14.b
In patre meo ego ſum, & uos in me, & ego in uobis, Ioan. 14.c
Pater maior me eſt, & ad patrem uado, Ioan. 14.d
Patrem diligo, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio, Ioan. 14.d
Pater uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, Ioan. 17.a
Pater mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & ego ad te uenio, Ioan. 17.b
Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos, Ioan. 17.b
Pater cum eſſem cum eis (diſcipulis meis) ego ſeruabam eos in nomine tuo, Ioan. 17.b
Pater nunc ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemet ipſis, Ioan. 17.b
Pater quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut uideant claritatem meã, quam dediſti mihi, Ioan. 17.d
Pater dilexiſti me ante mundi conſtitutionem, Ioan. 17. d
Pater iuſte mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti, Ioan. 17.d
Pater quæ poſuit in ſua poteſtate tempora uel momenta, non eſt ueſtrum noſſe, Act. 1.b
Paternitas omnis nominat in terra & in cœlis à deo patre domini noſtri Ieſu Chriſti, Eph. 3.c
Pater miſericordiarũ & deus totius conſolationis, 2. Cor. 1.a
Patres nolite ad iracundiam prouocare filios ueſtros, ſed educate illos in diſciplina, & in correptione domini, Ephe. 6.a
Parentum mandatus honor primum mandatum eſt in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram, Eph. 6.a
Patres nolite ad indignationem prouocare filios ueſtros, ut non puſillo fiant animo, Col. 3.d
Patriarcharum deum ſe deus nõ confunditur uocari: parauit enim illis ciuitatem, Heb. 11.c
Pater ego ero illi, & ipſe mihi erit filius, Heb. 1.b
Patres carnis noſtræ habuimus eruditores, reuerriti ſumus eos, num multo magis obtemperabimus

Pa

mus patri ſpirituum, & uiuemus? Heb. 12.c
Pater ſpirituum deus eſt, cui diligenter obtemperabimus, & uiuemus, Heb. 12.c
Patres noſtri in tempore paucorum dierum ſecundum uoluntatē ſuam erudiebant nos, Heb. 12.c
Apud patrem luminum non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio, Iac. 1.c
Patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum uniuſcuiuſq; opus, 1. Pet. 1.c
Patribus ſcribo, quoniam cognouiſtis eum qui eſt ab initio, 1. Ioan. 2.b
Pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi, et nos uidimus & teſtificamur, 1. Ioan. 4.c
¶Patrobam ſalutat Paulus, Rom. 16.b
¶Pataram uenimus à Rhodo, Act. 21.a
¶In Patmos inſula fui ego Ioannes propter uerbum dei & teſtimonium Ieſu, Apo. 1.b

¶*Pauci.*

Pauci dies Iacobo uidentur pro amore Rachelis, Gen. 29.c
Pauci numero eritis, q eratis ut aſtra cœli præ multitudine, quia nō audiſti uocem domini dei tui, Deut. 28.g
Paucitas hominum erit ut oliuæ, ſi excutiantur ex olea, & racemi poſt uindemiam, Iſa. 24.b
Paucæ fidelium reliquiæ uocem ſuam leuabunt, laudabunt, hinnient de mari, cum dominus fuerit glorificatus, Iſa. 24.b
Pauci ſunt qui ſaluantur, Luc. 13.e
¶Pauimento adhæſit anima mea, uiuifica me ſecundum uerbum tuum, Pſa. 119.25.

¶*Paulus.*

Paulus & Barnabas perſecutionem paſſi & electi factione Iudæorum in Antiochia Piſidiæ, Acto. 13.d
Paulum rogabant, ut ſequēti ſabbato ſibi hęc uerba loquerentur, Act. 13.f
Paulum & Barnabam ſequebantur multi Iudæorum, & colentium deum aduenarum, Act. 13.f
Paulus & Barnabas loquētes ſuadebant, ut in dei gratia permanerent, Act. 13.f
Paulus & Barnabas multo tempore demorati in Iconio, fiducialiter agentes in domino cum teſtimonio gratiæ dei, dante ſigna & prodigia fieri per eorum manus, Act. 14.a
Paulus & Barnabas ab Iconio confugierunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lyſtram & Derben, & regionem in circuitu, Act. 14.a
Paulum uocabāt Mercurium Lycaonici, Act. 14.b
Paulus erat dux uerbi, Act. 14.b
Paulus Lyſtris lapidatur ſuaſu Iudæorū, & extrahitur uelut mortuus extra ciuitatem, Act. 14.c
Paulo & Barnabę ſacerdos Iouis cum populis uoluit ſacrificare, Act. 14.c
Paulus & Barnabas tunicis conſciſſis exilierunt in turbas clamātes ſe mortales homines, annunciare conuerti à uanis ad uiuum deum, qui fecit cœlum & terram, Acto. 14.c
Paulus Pamphiliam peruenit obmiſſa Piſidia, & uerbum domini prædicauit in Perge, Act. 14.d
Paulus et Barnabas à Derbē redeunt in Lyſtram, Iconium, & Antiochiam, diſcipulos confirmantes, & ſolidātes in fide in tribulatiōib⁹, Act. 14.d
Paulus conſtituit presbyteros p ſingulas eccleſias, cum orationibus & ieiunijs, Act. 14.d
Paulus poſt lapidationem cum Barnaba proficiſcitur in Derben, Act. 14.d
Paulus & Barnabas uerbum dñi prædicarunt in Attalia, & Antiochiam redierunt ad diſcipulos, Acto. 14.d
Paulus & Barnabas pro negotio circunciſiōis ſtatuerunt aſcendere Hieroſolymam ad apoſtolos & presbyteros, Act. 15.a
Paulus & Barnabas ſuſcepti ab apoſtolis Hieroſolymis, annunciabant quanta deus feciſſet in gentibus, Act. 15.a
Paulus & Barnabas demorabantur Antiochię docentes, & euangelizantes uerbum domini cum alijs multis, Act. 15.f
Paulus electo Sila abijt, gratiæ dei commiſſus à fratribus, Act. 15.g
Paulus perambulat eccleſias Syriæ & Ciliciæ, confirmans eos, & præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum, Act. 15.g
Paulus & ſocij ſui uetati ſunt à ſpiritu ſancto loqui uerbum dei in Aſia, Act. 16.a
Paulus circuncidit Timotheum propter fratres, Acto. 16.a
Paulus & Silas protrahuntur ad magiſtratum ob Pithoniſſam liberatam, & quęſtum impeditum, Acto. 16.d
Paulus & Silas uirgis cæſi, & carcerati, Act. 16.d
Paulus cum ſocijs à magiſtratu dimitti decernitur à carcere per lictores, quod Paulus recuſat facere niſi per ipſos de magiſtratu, quia Romanus eſſet, Act. 16.g
Pauli prædicationis ſumma apud Iudæos, ex ſcripturis oſtendere, quia Chriſtum oportuit pati et reſurgere à mortuis, & quia hic eſt Chriſtus Ieſus, quem ego annuncio, Act. 17.a
Paulus & Silas è Theſſalonica dimiſſi à fratribus in Berrhœam, Act. 17.b.c
Paulum è Berrhœa fratres dimittunt ad mare ut iret, Act. 17.c
Paulus perductus ad Athenas, Act. 17.d
Paulus Athenis diſputabat cum Iudæis & colentibus in ſynagoga & foro per oēs dies, Act. 17.d
Paulus diſputabat cum philoſophis, Epicureis & Stoicis, Act. 17.d
Paulus ſeminiuerbius dicitur à Stoicis, Act. 17.d
Paulus nouoꝝ dæmoniorum annunciator dicitur à philoſophis Athenienſibus, Act. 17.d
Paulum ducunt ad Areopagum pro noua doctrina audienda, Act. 17.e
Paulus diſputabat in ſynagoga per omne ſabba-

tum, interponens nomen domini Iesu, suadens Iudæis & Græcis, A. 8ict.b
Paulus testificabatur Iudæis esse Christum Iesum, Acto.18.b
Paulus Ephesi synagogam intrans disputat cum Iudæis, Act.18.e
Paulus Corinthi fratribus ualefaciens nauigat in Syriam cum Aquila & Priscilla, Act.18.e
Paulus in synagoga Ephesi loquebatur cum fiducia, per tres menses disputans & suadens de regno dei, Act. 19.b
Paulus segregat discipulos ab induratis, & disputabat in schola tyranni cuiusdam, Act.19.b
Paulus Ephesi uirtutes faciebat magnas, ut etiam eius sudaria super languidos posita sanarent, & spiritus expellerent, Act. 19.c
Paulus proposuit transita Macedonia & Achaia ire Hierosolymam, Act.19.d
Paulus tota Asia suadet unius dei cultum contra idololatriam, Act.19.e
Paulum uolentem intrare in populum non permiserunt discipuli, Act. 19.f
Paulo in Græcia insidiæ factæ uolenti transfretare in Syriam, Act.20.a
Paulum comitatus est è Græcia in Syriam Sosipater, Act.20.a
Paulus Troadę disputabat, crastino profecturus usq; ad mediam noctem, Act.20.b
Paulus ascendens frangensq; panem & gustans, alloquutus populum usq; mane profectus est, Act.20.c
Paulus dño seruiens cum omni humilitate, lachrymis, & tentatione propter Iudæos, Act.20.d
Paulus docuit publice & per domos pœnitentiã, & fidẽ in dominum nostrum Iesum Christum, Act. 20.d
Pauli cursus & ministerium acceptum à Iesu Christo fuit testificari Euãgelium gratię dei, Act.20.e
Paulus ignorãs quæ in Ierusalem illi uẽtura sint, nisi quod spiritus testatur manere eum uincula & tribulationes, Act.20.e
Paulus monuit Ephesi per triennium nocte et die cum lachrymis unumquenq;, Act.20.f
Paulus argentum, aurum, aut uestem nullius concupiuit, sed necessaria sibi & his qui secum erant manus istæ ministrauerunt, Act.20.f
Paulum osculabantur super collum procumbentes & flentes, quia dixerat eum amplius non eis uidendum, & deducebant ad nauim, Act.20.g
Paulus orauit cum omnibus illis positis genibus, Act. 20.g
Paulo discipuli dicebant per spiritum in Tyro ne ascenderet Hierosolymam, Act.21.a
Paulus Iudæus à Tharso Ciliciæ municeps, Acto.21.g
Paulus loquutus est lingua Hebræa ad populum Hierosolymis, nimirum patria, hoc est Syriaca, Act.21.g

Paulus nutritus in Hierosolyma secus pedes Gamalielis, eruditus iuxtã ueritatem paternę legis, æmulator legis, sicut & uos oẽs hodie, Act.22.a
Paulus persecutus est uiã Iesu Christi usq; ad mortem, alligans & capiens uiros & mulieres, Acto.22.a
Paul⁹ Hierosolymis ibat nobiscum ad Iacobum, omnesq; collecti sunt seniores, Act.21.c
Paulus non solum alligari, sed & mori in Ierusalẽ paratus est propter nomen dñi Iesu, Act.21.c
Paulus multitudinem conuenire rogatur, Acto.21.d
Paulus purificatus intrauit in templum cum uiris annunciãs expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio, Act.21.e
Paulus accusatur docere ubiq; contra populum, & legem, & locum, gentiles induxit in tẽplum, uiolauit sacrum locum, Act.21.e
Paulum apprehendentes trahebant extra tẽplum, & statim clausæ sunt ianuæ, Act.21.f
Paulus liberatus à manibus Iudæorum per tribunum cohortis, Act.21.f
Paulus à tribuno apprehensus, & catenis duabus alligatus est, et interrogatus quis esset, & quid fecisset, Act.21.f
Paulus iussus duci in castra, Act. 21.f
Paulus portatus à militibus propter uim populi, Act.21.g
Paulus falso putatur Aegyptius tumultuosus, qui tumultum concitarit, & 4000. sicariorum eduxerit, Act. 21.g
Paulus ciuis Romanus, et hoc à natiuitate parentum, Act.22. f.g
Paulus qua ratione à Iudæis uinctus disquiritur à tribuno, Act.22.g
Paulus omni conscientia bona conuersatus ante deum usq; in hodiernum diem, Act. 23.a
Paulum circa Damascum meridie lux circumfulsit, ob quam decidens in terram audiuit uocem, Saule, Saule quid me persequeris, &c. Actorum 22.b
Paule deus præordinauit te, ut cognosceres uoluntatem eius, & uideres iustum, & audires uocem ex ore eius, quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ uidisti & audisti, &c, Act.22.d
Paule exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius, Act.22.d
Paulus in Ierusalẽ orans in templo per stuporem mentis uidit deum dicentem, ut uelociter exiret, quia non reciperẽt testimonium de Christo, Acto.22.d.e
Paulus concludebat in carcerem discipulos, cædebat in synagogis, Stephani testis ad mortem lapidantium uestes custodiens, Act. 22.e
Paulus audit à domino, Vade quoniam ego in nationes longe mittam te, Act. 22.e
Paulum tolli clamant de terra, non esse fas eum uiuere,

uere, Actorum 22.f
Paulum tribunus iubet in castris flagellis cædi, torqueri, loris astringi, Act. 22.f
Paulus percussus respondet Ananiæ pontifici, Percutiet te deus paries dealbate, qui sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Act. 23.a
Paulus, Nesciebam, inquit, fratres, quia princeps est sacerdotum, Act. 23.a
Paulus clamat, Pharisæus sum, filius pharisæi, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor, Act. 23.b
In Paulo nihil mali inuenitur, cui locutus est angelus aut spiritus, Act. 23.b
Paulus ne discerperetur à Iudæis iussus est à militibus adduci in castra, Act. 23.c
Paulus domini assistentia iubetur bono esse animo, quia sicut testificat⁹ est Hierosolymis, sic Romæ sit testificaturus, Act. 23.c
Paulus producendus pro causę discussionis negotio, occidendus proditorie decernitur à Iudæis, Act. 23.d
Pauli sororis filius in castris audit cõspirationem Iudæorum, & prodit Paulo, Act. 23.d
Paulus perducitur Cæsaream ad Felicem præsidem, Act. 23.f
Paulus accusatus de quæstionibus legis crimen non habet, dignum uinculis uel morte, Actorum 23.f.g
Paulus audiendus præsentibus accusatoribus, Acto. 23.g
Paulus custoditur in prætorio Herodis, Actorum 23.g
Paulus accusatur ut pestifer, seditiosus in orbe toto, & author sectæ Nazarenorum, Act. 24.a
Paulus respondet ad accusationes Iudæorum coram Lysia præside, Act. 24.b
Paulus paucis diebus Hierosolymæ fuerat, Acto. 24.c
Paulus seditionis nullam causam se præbuisse ostendit, sed se esse innocentem de accusatis, Acto. 24.c
Paulus credit omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt, spẽ habens in deum, & resurrectionem futurã iustorum & iniquorum, Act. 24.d
Paulus benigne habitus à Felice, Act. 24.f
Paulus disputat de iustitia, castitate, & iudicio futuro coram Felice, Act. 24.f
Paulum Iudæi cupiunt perduci Hierosolymam, quem in uia interficere intendebant, Act. 25.a
Paulus accusatur grauiter à Iudæis, nihil probantes, Act. 25.b
Paulus dicit, Nec in legẽ, nec in templum, nec in Cæsarem quicq̃ peccaui, Act. 25.b
Paulus recusat adire Ierusalem, sed ad Cæsaris tribunal uult iudicari, Act. 25.c
Paulus ut non nocuit cuiquam, sic non uult donari Iudæis, sed Cæsarem appellat, Actorum 25.c
Paulus seruatus à Festo, donec ad Cæsarem mitteretur, Act. 25.f
Paulum uolebat uidere Agrippa, Act. 25.f
Paulus adductus in adiutorium coram Agrippa & Bernice, Act. 25.f
Contra Paulum omnis multitudo Iudæorum interpellauit Hierosolymis Festum, acclamantes occidi, cum nihil dignum morte admiserit, Acto. 25.g
Paulus non sine causarum significatione uinctus mittendus Cæsari, Act. 25.g
Pauli uitam à puero Hierosolymis exactam Iudęi norunt, Act. 26.a
Paulus aduersus nomẽ Christi multa agere se debere putauit, Acto. 26.c
Paulus multos sanctorum inclusit carceribus, Acto. 26.c
Paulus detulit sententiam dum sancti accusarentur, Act. 26.c
Paulus compellebat blasphemare credentes cum insania, Act. 26.c
Paulus credentes persequutus est usq; in exteras cĩuitates, Act. 26.c
Paulum te cõstituam ministrum & testem eorum quæ uidisti, apparebo tibi, eripiens à populis in quos mittã te, aperire oculos, ut à tenebris conuertãtur ad lucẽ, & de potestate satanæ ad deum, ut accipiãt remissionem peccatorũ, & sortẽ inter sanctos per fidem quę est in me, &c. Act. 26.d.e
Paulus non incredulus cœlesti uisioni, Act. 26.e
Paulus pœnitentiam prędicauit, & conuersionem ad deum, & digna pœnitentiæ opera in Damasco primum, deinde Hierosolymis, & in tota Iudæa, & in gentibus, Act. 26.e
Paule insanis, multæ te literæ ad insaniam conuertunt, Act. 26.f
Paulus non insanit, sed ueritatis & sobrietatis, ait, uerba loquor, Act. 26.f
Paulus nihil extra dicens quàm ea quæ prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, Act. 26.f
Paulus optat apud deum fieri tales auditores suos qualis ipse sit, exceptis uinculis suis, Actorum 26.g
Paulus decernitur nihil feciſſe dignum morte aut uinculis, dimittiq; posse, nisi Cæsarem appellasset, Act. 26.g
Paulus Romam proficiscitur, Act. 27.a
Paulus iussus nauigare ad Italiam, traditus est centurioni Iulio cohortis Augustæ, Act. 27.a
Paulus humaniter tractatus à Iulio, permissus est ad amicos ire, & curam sui agere, Actorum 27.a
Paulo minus creditur à centurione quàm nauclero, Act. 27.c
Paulus consolatur nauigaturos de salute animarum & rerum, præterq̃ nauis, Act. 27.d
Paulus corripit nautas periclitantes, qui noluis-

Pa

sent uerbis suis credere, præmoniti de nauis periculo & nauigantium, Act. 27.d

Paulo donauit deus omnes qui secum nauigant, Act.27.e

Paulus cum cæteris captiuis occidendus consulitur in nausragio, Act. 27.g

Paulus sarmenta congregans uipera inuaditur, Act.28.a

Paulus uiperam è manu excutiens, nihil mali passus est, Act.28.b

Paulum uiperam euadentẽ Barbari deum dicunt, Act.28.b

Paulus liberat à febribus & dysenteria patrẽ Publij in Melite insula, Act.28.b

Paulus sanabat laborantes omnes in insula Melite, Act. 28.c

Paulus Romam uenit à Puteolis, Act. 28. d

Paulo è Roma occurrerunt fratres usq; ad Appij forum ac tres tabernas, Act.28.d

Paulo Romæ permissum est permanere sibimet cum custodiente se milite, Act.28.d

Paulus traditus in Romanorum manus uinctus ab Ierusalem, nihil faciens aduersus plebem aut morem paternum, Act. 28.d

Paulus catena circundatus propter spẽ Israel, Acto.28.e

Paulus audiri optatur à Iudæis de secta Christianorum, Act. 28.e

Paulum accesserunt plurimi in hospitium die constituta, Act. 28.f

Paulus exponebat testificans regnum dei, & suadẽs eis de Iesu ex lege Moysi & prophetis, à mane usq; ad uesperam, Act.28.f

Paulus biennio mansit in suo cõducto, Act.28.g

Paulus Romæ conuocauit primos Iudæorum, Act.28.d

Paulus suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, Act.28.g

Paulus prædicat Romæ regnum dei, & quæ sunt de domino Iesu Christo, cum omni fiducia sine prohibitione, Act.28. g

Paulus seruus Iesu Christu uocatus apostolus, Roma.1.a

Paulus segregatus in Euangelium dei, Ro.1.a

Paulus accepit gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, Rom. 1.a

Paulus Israelita ex semine Abraham de tribu Beniamin, Rom.11.a

Paulus apostolus gẽtium ministerium suum uult honorificare, Rom.11.b

Paulus impeditus uenire ad Romanos, & prohibitus usq; adhuc, Rom. 15.e

Paulus in his regionibus ulterius locum non habens, Rom.15.e

Paulus Hispaniam proficisci incipiens instituit uidere Romanos, Rom.15.f

Paulus ex gratia data ei à deo, ut sit minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans Euangelium dei, Rom.15.d

Paulus gloriam habet in Christo Iesu ad deum, Rom. 15. d

Paulus non audet aliquid loqui eorum quæ per se non effecit Christus, Rom.15.d

Paulus loquitur ad obedientiam gentium uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti, Rom.15.d

Paulus ab Ierusalem per circuitum usq; ad Illyricum repleuit Euangelium Christi, Rom. 15.d

Paulus uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, 1.Cor.1.a

Pauli uolunt esse quidam Corinthij, 1.Cor.1.b

Pauli nomine nemo baptizatur, nec pro aliquo moritur Paulus, 1.Cor.1.c

Paulus neminem Corinthiorum baptizauit nisi Crispum & Caium. 1. Cor.1.c

Paulum non misit Christus baptizare, sed euangelizare, 1.Cor.1.c

Paulus non uult in suo nomine quenq; baptizatum dici, 1. Cor.1.c

Paulus fuit apud Corinthios in infirmitate & timore & tremore multo, 1.Cor.2.a

Paulus plantauit apud Corinthios, Apollo rigauit, deus dedit incrementum, 1.Cor.3.a

Paulus loquitur quasi carnalibus & paruulis in Christo, 1.Cor.3.a

Paulus secundum dei gratiam quæ data est, posuit fundamentum, ut sapiens architectus, 1. Cor.3.b

Paulus, Apollo, Cephas ecclesiæ sunt, non ecclesiastorum, 1. Cor.3. d

Paulus nihil sibi conscius non se putat iustificatum, 1. Cor.4.a

Paulus pro minimo habet iudicari à Corinthijs, aut ab humano iudicio, 1. Cor.4.a

Paulus absens corpore præsens spiritu iudicat fornicarium, 1.Cor.5.a

Paulus sub nullius uult redigi potestatẽ, 1.Co.6.c

Paulus uult omnes homines esse ut seipsum, 1. Cor.7.a

Paulus quædam dicit non dominus, 1.Cor.7.b

Paulus putat se habere spiritum dei, 1.Cor.7.g

Paulo & Barnabæ licuit quod apostolis cæteris, 1.Cor.9.a

Paulus liber apostolus & Christum Iesum uidit, 1.Cor.9. a

Paulus potestate sua percipiẽdi fructus de labore apud Corinthios non est usus, ne quod offendiculum daretur Euangelio, 1.Cor.9.b

Paulus defendit se apud eos qui eum interrogãt, 1.Cor.9. a

Paulus quid de matrimonio doceat in omnibus ecclesijs. 1. Cor.7.c

Paulus Euangelium prædicans sine sumptu ponit Euangelium, 1.Cor.9.c

Paulus non abutitur potestate sua in Euangelio,

lio, 1. Corin.9.c
Paulus liber cum esset, omnium se seruum fecit, 1. Cor.9.c
Paulus noluit esse oneri eis quibus prædicabat, 1. Cor.9.c
Paulus gloriam suam non uult omnino euacuari, 1. Cor.9. c
Paulus ijs qui sub lege sunt fit quasi sub lege, ut eos qui sub lege erant, lucrifaceret, 1. Cor. 9.c
Paulus fit ijs qui sine lege, quasi sine lege esset, ut lucrifaceret gentiles, 1. Cor.9.c
Paulo uæ, si non euangelizauerit, 1.Cor.9.c
Paulus subditus & non subditus legi, 1.Cor.9.d
Paulus currit pro corona non in incertum, 1.Corin.9.d
Paulus pugnat, & corpus castigat, & redigit in seruitutem, ne reprobus efficiatur, 1.Cor.9.d
Paulus loquitur prudentibus, qui ipsi quod dicitur debeant iudicare, 1.Cor.10.d
Paulus per omnia omnibus placet, 1.Cor.10.g
Paulus tradit ecclesiæ quod accepit à domino, 1. Cor.11.e
Paulus dum uenerit dispositurum se prædicit cætera, 1. Cor.11.g
Paulus laudat Corinthios, quia sui memores essent, 1. Cor.11. a
Paulus gratia dei est quod est, & gratia eius in ipso uacua non fuit, 1. Cor.15.b
Paulus abundantius illis omnibus laborauit, 1. Cor.15.b
Paulus quæ scribit domini sunt mandata, 1. Corin.14.g
Paulo nouissime Christus apparuit resurgēs tanq̃ abortiuo, 1.Cor.15.b
Paulus minimus apostolorum & indignus, quia persequutus est ecclesiam dei, 1. Cor.15.b
Pauli hospites Aquila & Priscilla, 1.Cor.16.d
Paulus persequebatur supra modum ecclesiã dei, Gal.1.c
Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei, 2.Cor.1. a
Paulum tædet etiam uiuere pro tribulatione, qua supra modum grauatus est, 2.Cor.1.b
Paulus cur non secundo redierit Corinthum sicut proposuerat, 2.Cor.1.c
Paulus nõ prædicat seipsum, sed Iesum Christum dominum, 2. Cor.4.b
Paulus sperat operas suas probari Corinthiorum etiam conscientijs, 2.Cor.5.c
Paulus commendat seipsum ad omnem conscientiam hominum, coram deo manifestando ueritatem, 2. Cor.4.a
Paulus in facie humilis inter uos, absens autẽ confido de uobis, 2.Cor.10.a
Paulus existimatur à quibusdam secundum carnem ambulare, 2.Cor.10.a
Pauli epistolæ dicebantur à quibusdam graues & fortes, præsentia autem corporis eius infirma, et

sermo contemptibilis, 2.Cor.10.c
Paulus qualis per epistolas absens, talis et præsens in facto, 2. Cor.10.c
Paulus non se alijs inserit uel comparat, sed seipsum metitur proprio pede, 2.Cor.10.c
Paulus gloriatur non in immensum, sed iuxta regulam, qua à deo est mensus, ad Corinthios, 2. Cor. 10.c
Paulus pertingere uult ad Corinthios, non super extendi mensura donationis suæ, 2. Cor.10.c
Paulus in sporta euasit demissus per murum præpositum Aretæ regis in Damasco, 2. Cor.11.g
Pauli uisiones & reuelationes, 2.Cor.12.a
Pauli raptus in tertium cœlum, 2. Cor.12.a
Paulus omnia prædicauit quæ sunt prædicanda, 2.Cor.11. a
Paulus orat sustineri insipiẽtiam suam modicum, & supportari à Corinthijs, 2.Cor.11.a
Paulus existimat nihil se minus fecisse à magnis apostolis, 2.Cor.11.b
Paulus imperitus sermone, sed non scientia, 2. Cor. 11.b
Paulus in omnibus ubiq; manifestus Corinthijs, 2. Cor.11.
Paulus humilis apud Corinthios, ut eosdem exaltaret, 2. Cor.11.b
Paulus etiam egens nulli Corinthiorum onerosus esse uoluit, 2.Cor.11.b
Pauli defectum apud Corinthios suppleuerunt fratres de Macedonia uenientes, 2.Cor.11.b
Paulus stipendia accepit ab alijs ecclesijs, ut Corinthijs administraret Euangelium, 2.Corinthio.11.b
Paulus audet uere gloriari iuxta carnem, 2. Corin.11.e
Paulus Hebræus, Israelita, semen Abrahæ, minister Christi, ut pseudapostoli, et magis, 2.Co.11.e
Paulus in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, 2. Cor.11.e
Paulus à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepit, 2. Cor.11.e
Paulus iurat, dicens: Est ueritas Christi in me, 2. Cor. 11.c
Paulus non infirmior apostolus quàm alij, quos Corinthij ferebant & admirabantur, 2. Corin.11.e
Paulus nocte & die in profundo maris fuit, 2. Cor.11. f
Paulus sæpe in itineribus, periculis fluminum, latronum, ex genere, ex gentibus, in ciuitate, in solitudine, in mari, in falsis fratribus, 2. Corinthio.11.f
Paulus in labore & erumna, in uigilijs multis, in fame, siti, ieiunijs multis, frigore, nuditate, 2.Corin.11. f
Paulus grauatus instantia quotidiana solicitudine omnium ecclesiarum, 2. Cor.11.f

Paulus infirmatur cum infirmis, uritur aliorum ſcandalo, 2. Cor.11.g

Paulus gloriatur in infirmitatibus ſuis, 2. Corin.11.g

Paulus iurat per deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ut non mentiatur, 2.Cor.11.g

Paulus ter uirgis cæſus, ſemel lapidatus, ter naufragium fecit, 2. Cor. 11.f

Paulus raptus in paradiſum, audiuit ineffabilia uerba, 2.Cor.12.a

Paulus non uult exiſtimari ſupra id quod uidetur in ſe, 2.Cor.12.b

Paulus ne extolleretur magnitudine reuelationum, accepit ſtimulum carnis angelum ſatanæ, ut ipſum colaphizet, 2.Cor.12.b

Paulus ter dominum rogat, ut diſcedat ſtimulus, audit autem, ſufficere ſibi gratiam dei, 2.Corin. 12.c

Paulus nihil minus feci ab ijs qui ſunt ſupra modum apoſtoli, 2.Cor. 12.d

Paulus placet ſibi in infirmitatibus, contumelijs, neceſſitatibus, perſecutionibus, anguſtijs pro Chriſto, 2. Cor.12.e

Paulus dum infirmatur tunc potẽs eſt, 2.Cor.12.d

Paulus plus diligẽs, minus diligitur à Corinthijs, 2.Cor.12.e

Paulus non grauauit Corinthios, nec ut aſtutus dolo illos cepit, nec per aliquem circumuenit, 2. Cor.12.e

Paulus omnia propter ædificationem eccleſiæ, 2. Cor. 12.f

Paulus timet de Corinthijs, non inueniendis quales uelit, 2. Cor.12.f

Paulus humiliatur ex uitijs eccleſiæ, 2.Cor.12.f

Paulus minatur Corinthijs, niſi reſipuerint ſeſe tertio uenturum, & non parſurum, 2. Corin. 13.a

Paulus & qui mecum ſunt omnes fratres eccleſijs Galatiæ gratia uobis & pax, &c̃. Gal. 1.a

Paulus apoſtolus non ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & deum patrem, Gal.1.a

Paulus Euangelium edoctus à deo, Gal.1.b

Paulus qualis fuerit ante conuerſionem, Gal. 1.c

Paulus ęmulator extitit paternarum traditionum, abundantius ſupra multos coętaneos, Gal. 1.c

Paulus uocatus & ſegregatus ad euangelizãdum, cõtinuo nõ acquieui carni & ſanguini, Gal.1.c

Paulum deus ſegregauit ex utero matris, ut reuelaret filium ſuum deus, Gal. 1.c

Paulus abijt in Arabiã, & iterum reuerſus eſt Damaſcum, non uenit Hieroſolymam ad apoſtolos, Gal. 1.c

Paulus è Hieroſolyma uenit in partes Syriæ et Ciliciæ, Gal.1.d

Paulus ignotus facie eccleſijs Iudææ in Chriſto, Gal.1.d

Paulus famatus eccleſijs, Qui perſequebatur nos

aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me glorificabant deum, Gal.1.d

Paulus cõfert Euangelium quod prædicat in gentibus, cum illis qui uidebãtur aliqd eſſe, ne forte in uanum curreret, aut cucurriſſet, Gal.2.a

Paulus Petro dixit, Si tu cum Iudæus ſis gentiliter uiuis, et non Iudaice, quomodo gentes cogis Iudaizare? Gal.2.c

Paulus timet ne ſine cauſa laborauerit in Galatis, Gal.4.b

Pauli affectus ad Galatas, & Galatarum erga Paulum, Gal.4.b

Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem dei omnibus ſanctis qui ſunt Epheſi, Ephe.1.a

Paulus uinctus Chriſti Ieſu pro gẽtibus, Eph.3.a

Paulus uinctus in domino, Eph.4.a

Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconis gratia & pax, &c̃. Phi.1.a

Paulus iurat, Teſtis mihi eſt deus, Phil.1.b

Paulus ſenex, nunc autem & uinctus Ieſu Chriſti, Phil.b

Paul⁹ cupit mori & manere, ꝓpter fratres, Phil.1.c

Paulus poſitus in defenſionem Euangelij, Philip.1. c

Paulus nõ in uacuum cucurrit, neq; in uanum laborauit apud Philippeñ. Phil. 2.c

Paulus ſacrificium & obſequium fidei præſtare gaudet Philippenſibus, Phil. 2.c

Paulus optat gaudere Philippeñ. de uinculis ſuis & congratulari, Phil. 2.c

Paul⁹ ex genere Iſrael de tribu Beniamin, Hebręus ex Hebræis, ſecundum legem phariſæus, ſecundum æmulationem perſequens eccleſiã dei, Phil.3.a

Paulus ſine quærela cõuerſatus eſt ſecundum iuſtitiam quæ eſt in lege, Phil.3.b

Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatẽ dei et Timotheus frater ijs qui ſunt Coloſſis ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto, Col.1.a

Pauli adiutores ſoli in regno dei ex circunciſione Ariſtarchus, Marcus, Ieſus Iuſtus, Col.4.c

Paulus & Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto gratia uobis & pax, 1.Theſſ.1.a

Paulus & Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto, 2. Theſſ.1.a

Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum impium dei ſaluatoris noſtri et Chriſti Ieſu ſpei noſtrę Timotheo dilecto filio in fide, 1.Tim.1.a

Paulus poſitus ꝓdicator & apoſtolus doctor gentium in fide & ueritate, 1. Tim.2.b

Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem dei ſecundum promiſſionẽ uitæ quę eſt in Chriſto Ieſu Timotheo chariſſimo filio, 2. Tim.1.a

Paulus poſitus prædicator & apoſtolus & magiſter

fter gentium in Euangelio, 2.Tim.1.c
Paulus ego iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, 2.Tim.4.b
Paulus ego bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex, 2.Tim.4.b
Paulus ſeruus dei, apoſtolus autem Ieſu Chriſti, Tit.1.a
Paulus uinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater Philemoni, Philem.a
Paulus chariſſimus frater Petri, 2.Pet.3.d
Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit uobis in omnibus epiſtolis, 2.Pet.3.d
Pauli epiſtolis inſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem, 2.Pet.3.d

¶*Pauor.*

Pauor, fouea, laqueus ſuper te habitator Moab, qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam, & qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo, Ierem.48.g
Pauor & tremor tenuit me, et omnia oſſa mea perterrita ſunt, Iob 4.c
Pauor his qui operantur malum, Pro.10.d
Pauere cœpit & tædere aſſumptis Petro, Iacobo, et Ioanne, Mar.14.d
Pauor factus eſt in omnibus, Luc.4.f

¶*Pauper.*

Pauperi populo ſi pecuniam mutuo dederis, non urgebis, nec uſuris opprimes, Exo.22.d
Pauper oppreſſus ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum, Exo.22.d
Pauperes populi tui comedant prouentum ſeptimi anni, & quicquid reliquum fuerit edant beſtiæ agri, Exo.23.b
Pauperis in iudicium non declinabis, Exo.23.a
Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio, Exodi 23.a
Paupere indigente nihil callide agas in neceſſitatibus eius ſubleuandis, ut benedicat tibi dominus in omnibus, Deut.15.b
Pauperi fratri & ꝓximo nõ obdurabis cor tuum, non contrahes manum, ſed aperies pauperi, dabis mutuum quo eum indigere ꝓſpexeris, Deutero.15.b
Pauperem dominus facit & ditat, humiliat & ſubleuat, 1.Reg.2.b
Pauperem eleuat de ſtercore dominus, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat, 1.Reg.2.b
Pauperem populum ſaluum facies, excelſos oculis humiliabis, 2.Reg.22.c
Pauperis rapina in domo principum, quare attenuatis populum meum, & facies pauperum cõmolitis, Iſa.3.c
Pauperes ut in iudicio uim pãtiuntur, & humiles

populi, Iſaiæ 10.a
Pauperes in iuſtitia iudicabit rex Iſrael, Iſa.11.a
Pauperum primogeniti paſcentur, & pauperes fiducialiter requieſcent, Iſa.14.g
Pauperis pes conculcabit ciuitatem ſublimẽ, greſſus egenorum, Iſaiæ 26.a
Pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt, Iſa.29.f
Paupercula audi hoc, & ebria non à uino, Iſ.51.g
Pauperculum ſolum aſpiciam, & ſpiritu contritum & trementem ſermones meos, Iſa.66.a
Pauperes forſitan ſunt ait propheta & ſtulti, ignorantes uiã domini, iudicium dei ſui, ibo ad optimates, & loquar eis, Ier.5.a
Paupertatis & tranſgreſſionis meæ recordare, abſynthij & fellis, Thr.3.c
Pauperem diripiebatis in porta, prædam electam tollebatis ab eo, Am.5.c
Pauperum oppreſſores corripiuntur, Am.8.b
Pauperes qui conterunt, dicunt, Quando tranſibit menſis, uenundabimꝰ merces & ſabbatum, Amos 8.b
Pauperi inclina ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, Eccl'ci 4.a
A paupere ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere, Eccl'ci 4.a
Pauperum congregationi affabilem te facito, Eccleſiaſtici 4.a
Pauperi reſponde pacifice in manſuetudine, Eccleſiaſtici 4.b
Pauperi porrige manum tuam, & perficiatur propitiatio & benedictio tua, Eccl'ci 7.d
Pauper gloriatur per diſciplinam et timorẽ ſuum, Eccl'ci 10.d
In paupertate qui gloriatur, quanto magis in ſubſtantia? Eccl'ci 10.d
Paupertatem uereatur qui gloriatur in ſubſtantia, Eccl'ci 10.d
Pauper eſt execratio diuitis. Eccl'ci 13.c
Pauperem ſubito honeſtare facile eſt in oculis dei, Eccl'ci 11.c
Pauperes ſunt paſcua diuitum, Eccl'ci 13.c
Pauper ſi neceſſarius diuiti fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi omnia bona, Eccl'ci 13.a
Pauper locutus eſt, & dicunt, Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertunt illum, Eccl'ci 13.d
Paupertas nequiſſima in ore impij, Eccl'ci 13.d
Paupertatis memento in tempore abundantiæ, & neceſſitatẽ pauptatis in die diuitiarũ, Eccl'ci 18.d
Pauperis deprecatio ex ore uſq; ad aures dei perueniet, iudiciumq; feſtinato adueniet illi, Eccleſiaſtici 21.a
Paupertatis gratia multi perierunt, Eccl'ci 27.a
Pauperem aſſume propter mandatum, et propter inopiam eius ne dimittas eum uacuum, Eccleſiaſtici 29.b

Pauperis uictus ſub tegmine aſſerum melior eſt q̃ epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio, Eccleſiaſtici 29.d
Paupertatis uictus placeat tibi ſuper minimum & magnum, & improperium peregrinationis nõ audies, Eccl'ci 29.d
Pauper ſanus & fortis uiribus melior eſt quàm dines imbecillis & flagellatus malitia, Eccl'ci 30.c
Pauper laborauit in diminutione uictus, & in fine inops fit, Eccl'ci 31.a
Pauperum uiam ſubuerterunt, oppreſſerunt pariter manſuetos terræ, Iob 24.a
Pauperẽ uociferantem liberaui, pupillum cui non erat adiutor, Iob 29.b
Pauperum pater eram, Iob 29.c
Pauperibus non negaui quod uolebant, Iob 31.b
Pauperes indumento non deſtituendi, ut pereant, Iob 31.b (Iob 31.c
Pauperum latera benedicunt ueſtes largientem,
Pauperem de anguſtia ſua eripiet dominus, reuelabit in tribulatione aurem eius, Iob 36.b
Pauperibus da primitias omnium frugum tuarũ, & implebuntur horrea tua ſaturitate, uino torcularia tua redundabunt, Pro. 3.b
Pauper ſibi ſufficiens melior eſt quàm glorioſus & indigens pane, Pro.12.b
Pauperis qui miſeretur honorat factorem eius, Pro.14.d
Pauper qui eſt, increpationem non ſuſtinet, Prouerb. 13.b
Pauperis qui miſeretur beatus erit, Pro.14.c
Pauper etiam proximo ſuo odioſus erit, Pro. 14.c
Pauperis omnes dies mali, Pro.15.b
Pauperem deſpiciens exprobrat factori ſuo, Pro uerb. 17.a
Pauper loquetur cum obſecrationibus, diues effabitur rigide, Pro.18.d
Pauper ambulans in ſimplicitate melior eſt quàm torquens labia ſua, & inſipiens, Pro. 19.a
Pauperis fratres omnes oderunt eum, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo, Pro.19.a
Pauper melior eſt quàm uir mendax, Pro.19.d
Pauperis qui miſeretur domino fœneratur, & uiciſſitudinem ſuam reddet ei, Pro.19.c
Pauperi ne facias uiolentiam, quia pauper eſt, Pro uerb. 22. c
Pauperis cauſam iudicabit dominus, configet eos qui confixerunt animam eius, Pro.22.d
Pauper ambulans in ſimplicitate melior eſt quàm diues in prauis itineribus, Pro. 28.a
Pauperẽ qui calumniatur ut augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori & egebit, Pro.22.c
Pauperi qui dat non indigebit, Pro.28.d
Pauperum cauſam nouit iuſtus, impius ignorat ſcientiam, Pro.29.b
Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, utriuſq; illuminator eſt dominus, Pro. 29.b
Pauperum deſyderium exaudiuit dominus, præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua, Pſalmo.10.17.
Pauper tibi derelictus eſt, orphano tu eris adiutor, Pſa.10.14.
Pauperum domine ne obliuiſcaris, exaltetur manus tua, Pſa.10.12.
Pauperis obliuio non erit in finem, & patientia pauperis non peribit in finem, Pſa.9.18.
Pauperis deprecationem non ſpreuit neq; deſpexit, Pſa.22.24.
Pauperes edent & ſaturabuntur, laudabunt dominum qui requirunt eum, uiuent corda eorum, &c̃. Pſa.22.26.
Pauper calumnians pauperes ſimilis eſt imbri uehementi, in quo paratur fames, Pro. 28.a
Pauperes uideant & lætentur, quærite deum, et uiuet anima ueſtra. Pſa. 69.32.
Pauperes exaudiuit dominus, uinctos ſuos non deſpexit, Pſa. 69.33.
Pauperem clamantem exaudit dominus, ſaluat ex omnibus tribulationibus, Pſa.34.6.
Pauper & dolens ego ſum, ſalus tua deus ſuſcepit me, Pſa. 69.29.
Pauperes populi iudicabit, & ſaluos faciet filios pauperum, humiliabit calumniatorẽ, Pſa.71.4.
Pauperem liberabit à potente, & pauperẽ cui non erat adiutor, Pſa.72.12.
Pauperi & inopi parcet, & animas pauperum ſaluas faciet, Pſa.72.13.
Pauperum animas redimet ex uſuris & iniquitate, honorabile nomen eorũ coram illo, Pſ.72.14.
Pauperum tuorum animas ne obliuiſcaris in finem, Pſa.74.19.
Pauper et inops laudabunt nomẽ tuum, Pſ.74.21.
Pauper ſum ego et in laboribus à iuuentute mea, &c̃. Pſa. 88.15.
Pauperem & humilem iuſtificate, Pſa. 82.3.
Pauperem eripite, & egenum de manu peccatoris liberate, Pſa. 82.4.
Pauperem adiuuit de inopia, poſuit ſicut oues familias, Pſa. 107.41.
Pauperes eius ſaturabo panibus, uiduam eius uel uiaticum benedicens benedicam, Pſa.132.15.
A paupere nullo auerte faciem tuam: ira enim fiet ut nec à te auertatur facies domini, Tobiæ 4. b
Pauperem quidem uitam gerimus, multa autẽ bona habebimus, ſi timuerimus deum, ſi receſſerimus ab omni peccato, & fecerimꝰ bene, To.4.d
Paupertas noſtra ſufficiebat nobis, ut diuitias cõputaremus hoc quod uidebamus filium noſtrum, Tob. 5.d
Pauperem iuſtum opprimamus, non parcamus uiduæ, aiunt impij, Sap.2.c
Pauperes ſpiritu beati, quorum eſt regnum cælorum, Mat.5.a
Pauperes ſemper habetis uobiſcum, me autẽ non ſemper habetis, Mat.26.a Mar.14.a Ioan.12.a

Pauperes beati, quia uestrum est regnum dei, Lucæ 6. c

Pauperes Christiani Hierosolymis subsidium accipiunt à fidelibus nationum tẽpore famis, idq; per manus Barnabæ & Sauli, Act. 11. d

Paupertas altissima abundauit in diuitias simplicitatis Macedonum, 2. Cor. 8. a

Paup factus est Christus, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis, 2. Cor. 8. b

Pauperum memores ut essemus Paulo commendarunt & Barnabæ Apostoli, Gal. 2. b

Pauper si introierit in conuentum sordido habitu, & ei dixeritis, Tu sta hic, aut sede sub scabello pedum meorum, diuite honorato, acceptio est personarum, Iaco. 2. a

Pauperes deus elegit in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni, Iaco. 2. a

Pauperes hæredes sunt regni, quod re, pmisit deus diligentibus se, Iaco. 2. a

Pauperem exhonorastis accipientes personas, Iacobi 2. b

¶ *Pax.*

Pax primum offerenda impugnandæ urbi & genti, Deut. 22. c

Pacem non facias cum Ammonitis & Moabitis, nec quæras eis bona cunctis diebus uitæ tuæ, Deut. 23. b

Pacifici quod fitis sic probabo, &c. ait Ioseph, Genesis 42. f

Pacifici sumus, nihil mali machinamur, Ge. 42. b

Pacificæ oblationes domino quomodo offerendæ, Leuit. 3. a

Pacificorum lex pro gratiarum actione, Leu. 7. b

Pacifica sacrificia pro uoto uel sponte oblatis, Leuitici 7. b

Pacificorum uictima fiat de bobus, ouibus, immaculatis, Leuit. 22. c

Pacificorum in hostiam obtulit quisq; principum in dedicatiõe altaris, boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos quinq;, Num. 7. a

Pacem facere Israel non potest cum gentibus in promissa illis terra habitantibus, Ios. 9. b

Pax Israelitis data à domino sub Iosue, Ios. 21. d

Pax Israelitis data subiectis in gyro nationibus, Ios. 23. a

Pax erat inter Iabin & Haber Cinæum, Iudic. 4. c

Pax tecum sit, salutatio, Iudic. 19. e

Pax non erit, sed terror undiq;, pugnante gente in gentem, ciuitate contra ciuitatem, domino conturbante desertores suos, 2. Par. 15. b

Pacificas hostias coxerunt in lebetibus, cacabis & ollis, distribuentes festinato plebi uniuersæ, 2. Para. 35. b

Pax fidelium in uerbo dei, cõflabunt gladios suos in uomeres, & lãceas suas in falces, &c. Isa. 2. b

Pacem pacem seruabis, quia in te sperauimus, Isaiæ 26. a

Pacem dabis nobis domine, Isa. 26. b

Pacẽ faciet mihi, pacem faciet mihi, Isa. 27. a

Pax ueniat, requiescat iustus in cubili suo, qui ambulauit in directione sua, Isa. 57. a

Pacem creaui fructum labiorum, pacẽ ei qui longe est, & qui prope, Isa. 57. d

Pax non est impijs, dicit dominus deus, Isa. 57. d 48. d

Pacis uiam nescierunt, non est iudicium in gressibus eorum, Isa. 59. b

Pax & ueritas fiat tãtum in diebus meis, Isa. 39. d

Pax pax dicebant prophetæ & sacerdotes filiæ populi mei, & non erat pax, Ierem. 6. d

Pax pax dicebãt prophetæ et sacerdotes, cum non esset pax, sanantes contritionem Ierusalem ad ignominiam, Ierem. 8. d

Pacem expectauimus & non erit bonum, tempus medelæ & ecce formido, Ierem. 8. e

Pacem expectauimus & non est bonum, tempus curationis & ecce turbatio, Ierem. 14. d

Pacem ciuitatis quærite, ad quã transmigrare uos feci, Ierem. 29. b

A pace repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum, Thr. 3. b

Pacem requirent superueniente angustia, & non erit, Ezech. 7. g

Pax dicunt falsi ꝓpheræ, & non est pax, Eze. 13. b

Pax in regno Christi futuro, Ose. 2. d

Pacem habebit tabernaculum tuum, Iob 5. d

Pacem habeto, & deo acquiesce, per hæc habebis fructus optimos, Iob 22. c

Pacem domino concedente quis est qui condemnet, Iob 34. c

Pacis qui ineunt consilia, sequitur eos gaudium, Prou. 12. d

In pace uersabitur qui timet præceptum, Prouerb. 13. c

Ad pacem cõuertet dominus etiam inimicos cum ipsi placuerint uiæ hominis, Prou. 16. a

In pace in idipsum dormiam & requiescam, Psalmo 4. 8.

Pacem inquire, & eam persequere, Psal. 34. 14.

Pacis abundantia & iustitia orietur in diebus eius, donec auferatur luna, Psal. 72. 7.

Pacem populo montes suscipiant, & colles iustitiam, Psal. 72. 3.

In pace factus est locus eius, habitatio eius in Siõ, Psal. 76. 2.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, Psal. 119. 165.

Cum pacem odientibus eram pacificus, cum loquebar illis impugnabãt me gratis, Psal. 120. 7.

Pacifico fuit uinea, in ea quæ habet populos, Cant. 8. d

Pacifici tibi multi sint, & consiliarius sit tibi unus de mille, Eccl'ci 6. a

Pax dei super faciem terræ, Eccl'ci 38. a

Pacifici filij dei uocabuntur, Matth. 5. a

Pax uobis, nolite timere, Tob. 12. d

Pacem quia uenerim mittere in terram nolite ar-

arbitrari, non ueni pacem mittere, sed gladium, Matth. 10. d
Pax hominibus in terra bonæ uoluntatis, Lu. 2. b
Pax uestra ueniet super domum dignam, Matthæi 10. b
Pax uestra reuertetur ad uos, si domus digna non fuerit, Matth. 10. b
Pacem putatis ueni mittere in terram, Luc. 12. g
Pax huic domui primum dicite, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra, sin autem, ad uos reuertetur, Luc. 10. a
Pax in cœlo, & gloria in excelsis, Luc. 19. f
Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, non quomodo mundus dat, ego do uobis, Ioannis 14. d
Pacem in me habeatis, in mundo pressuram habebitis, Ioan. 16. d
Pax uobis Iesus dicit discipulis, Ioan. 20. e
Pax uobis, sicut misit me pater, & ego mitto uos, Ioan. 20. e
Pacem cum omnibus hominibus habentes si fieri potest, quod in uobis est, Rom. 12. d
Pacis quæ sunt sectemini, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus, Rom. 14. d
Pax ecclesiæ optãda, & gratia à deo patre & Christo, 1. Cor. 1. a
In pace uocauit nos deus, 1. Cor. 7. c
Pacem habete, & deus pacis erit uobiscum, 2. Corinth. 13. d
Pax & misericordia super illos, qui hanc regulam fuerint secuti, & super Israel dei, Gal. 6. d
Pax nostra Christus, qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ soluens, &c. Ephes. 2. c
Pacem euangelizauit Christus uobis qui longe fuistis, & pacem ijs qui prope, Ephes. 2. c
Pacis uinculo solicite seruate unitatem spiritus, Ephes. 4. a
Pax fratribus & charitas cum fide, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo, Ephes. 6. d
Pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo, Philip. 4. b
Pacis deus erit uobiscum, Philip. 4. b
Pax Christi exultet in cordibus uestris, in quam & uocati estis in uno corpore, & grati estote, Colos. 3. c
Pax & securitas dum dixerint, repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient, 1. Thes. 5. a
Pacem habete cum his qui præsunt uobis, ut habeatis eos abundantius in charitate, 1. Thes. 5. c
Pacem sempiternam det uobis deus pacis in omni loco, 2. Thes. 3. d
Pacem sequimini in omnibus, & sanctimoniam, Hebr. 12. d

¶ *Peccatum.*

Peccando Eua solicitat Adam ad peccatum, Genesis 3. a
Peccatum nudos constituit primos hoies, Ge. 3. a
Peccatum aperuit oculos ad scientiã mali, Ge. 3. a
Peccatores præcingunt confusionem suam perizomatis excusationum, Gen. 3. a
Peccatum homicidij causa est terræ sterilitatis, Genesis 4. b
Peccatores primus deus ad pœnitentiam uocat, Gen. 4. b
Peccatum inuidorum in foribus accumbit, Ibid.
Peccatum ne fiat deus plaga sua impedit, Ge. 12. d
Peccatores coram dño sunt Sodomitæ, Gen. 13. c
Peccata Amorrhæorum complenda ante exitum Israelis de Aegypto, Gen. 15. d
Peccatum grande adulterium etiam si fiat ex ignorantia, Gen. 20. c
Peccare in deum quomodo possum, ait Ioseph, & opus malum agere? Gen. 39. b
Peccauit populus tuus quem eduxisti de Aegypto recesserunt de uia quam ostendi, uitulum fecerunt, adorauerunt, sacrificauerunt, Exod. 32. b
Peccatum maximum adoratio idolorũ, Exo. 32. g
Peccans sacerdos quibus sacrificijs emundandus, Leuit. 4. a
Peccatum totius populi quomodo expiatur sacrificio, Leuit. 4. c
Peccat homo non iudicando iurantem uel contestando quæ uidet & nouit mala, Leuit. 5. a
Peccatum propter sanctificata commissum, expiatur sacrificio arietis, qui emi potest duob⁹ siclis, Leuit. 5. c. d
Peccatum per ignorantiam contra legem dei expiatur sacrificio arietis & oratione sacerdotis, Leuit. 5. d
Peccans ex malitia & data opera in proximum & dominum contra dei legem, fraudata plene reddet, & insuper quintam, deo autẽ arietẽ, Le. 6. a
Pro peccato hostiæ qualis ritus, Leuit. 6. d
Pro peccato immolatur hostia ubi et holocaustum sanctum sanctorum est in loco sancto, edetur à sacrificante, Leuit. 6. d
Pro peccato hostiam tangens sacrificabitur, Ibid.
Peccatum super mortuum quale sit ex lege, Numeri 6. b
Peccata populi dimitte obsecro secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, Num. 14. d
Peccatum unius animæ per ignorantiam quomodo expietur, Num. 15. c
Peccatum hominis per superbiam & rebellionem sacrificio non expiatur, Num. 15. c
Peccatum uestrum arripui, id est uitulum & igne combussi in frusta comminuens, & omnino in puluerem redigens, proieci in torrentem qui de monte descendit, Deut. 9. c
Peccantes plagis afficiant & uerberent, Deu. 25. a
Peccata hominum non emendantur cum dominus illos occidere uoluerit, 1. Reg. 2. e
Peccanti in hominem placari ei deus potest, 1. Regum 2. e
Peccãti in dominum quis orabit p eo? 1. Re. 2. e

Pro

Pro peccato reddite quod debetis, & tunc curabimini, 1.Reg.6. a

Peccata confitentur Iſraelitæ,& aquam effundunt in domini conſpectu ieiunantes, 1.Reg.7.b

Peccatum illud abſit à me ut ceſſem orare pro uobis, 1.Reg.12.d

Peccatum ariolandi eſt & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere, 1.Reg.15. e

Peccata populi de templo domini remittuntur ſi agat pœnitentiam, ſi nomini domini confitean tur,ſi orauerint, 3.Reg.8.d 2.Par.6. d

Peccans in proximum ſuum & iuramento cõſtrictus,ſi falſum iurauerit in templo,dominus uindicabit,iuſtum iuſtificans, & impium condemnans, 3.Reg.8.d 2.Par.6.d

Peccata uetera non ſunt accumulanda nouis, 2. Para.28. b

Peccatrici genti uæ,populo graui iniquitate,ſemini nequam filijs ſceleratis, Iſa. 1. a

Peccati uulnus & liuor & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine neq; fota oleo, Iſa.1. b

Peccata ueſtra ſi fuerint ut coccinum,quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra ſicut uermiculus uelut lana alba erunt, Iſa.1.e

Peccatoribus uindicta pœna & iudicium durum promittitur à deo, Iſa.1. f

Peccatores & ſuperbi congregabuntur congregatione unius faſcis in lacum, claudentur in carcere,poſt dies multos uiſitabuntur, Iſa. 24.d

Peccata multorum portauit Chriſtus, & pro tranſgreſſoribus rogauit, Iſa.53. d

Peccatum addunt peccato qui conſilium domini non audientes, hominum nituntur prauorum conſilijs & auxilijs, Iſa.30. a

Peccata mea omnia proiecisti poſt tergum tuum, Iſa. 38. d

Peccatum tuum ſcito & fatere, quia in dominum deum tuum præuaricata es, & diſperſiſti uias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo uocem meam non audiſti, Ierem.3.d

Peccauimus domino,ideo potum dedit nobis deus aquam fellis, filere nos fecit, quare ſedemus? conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam, & fileamus ibi, Ierem.8.e

Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo, in ungue adamantino exaratum, &c̃. Iere.17. a

Propter peccata tua dura, & multitudinem iniquitatis inſanabilis eſt dolor tuus ô Iſrael, Iere.30.c

Peccauimus,iniquitatem fecimus, impie egimus, receſſimus,declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs, non obediuimus prophetis qui locuti ſunt in nomine tuo,&c̃. Dan.9. a

Peccare in conſpectu domini grauius eſt q̃ incidere ſine peccato in manus impiorum, Dan. 13. c

Peccatores populi mei omnes in gladio morientur qui dicunt, Non ueniet ſuper nos malum, Amos 9. c

Peccauerunt mihi ſacerdotes ſecundum multitudinem eorum, Oſee 4. b

Peccator tu comedes & non ſaturaberis, humiliatio tua in medio tui, Mich.6. d

Peccata mea utinam appenderentur quibus iram merui,et calamitas quã patior in ſtatera, Iob 6.a

Peccaui,quid faciam tibi ô cuſtos hoim? Iob 7. d

Peccatum non abſcondendum ut ſanctior appareat qui peccauit, Iob 31.d

Peccatum meum cur non tollis? quare non aufers iniquitatem meam? Iob 7.d

Peccanti mihi ad horam pepercisti, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe nõ pateris? Iob 10. c

Si peccaueris deo,quid ei nocebis? ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ,quid facies contra eum? Iob 35. a

Peccatores ſi te lactauerint fili ne acquieſcas, Prouerb.1.b

Peccatores perſequetur malum, iuſtis retribuẽtur bona, Prou.13.d

Peccata purgantur miſericordia & fide, Pro.15.d

Peccatores non æmulẽtur cor tuum,ſed in timore domini eſto tota die, Prou.23. b

Peccata ſua qui abſcondit nõ dirigetur, Pro.28.b

Peccatori dedit deus afflictionem & curam ſuperfluam,ut addat & congreget & tradat ei qui placuit deo, Eccl'es 2. d

Peccans in uno multa bona perdet, Eccl'es 9. d

Peccata maxima faciet ceſſare curatio, Eccl'es 10.b

Peccatores intẽderunt arcum,ſagittas ſuas in pharetra parauerunt ut ſagittent in obſcuro rectos corde, Pſal.11. 2.

Peccator laudatur in deſiderijs aĩæ ſuæ, Pſal.10.3

Super peccatores pluet deus laqueos, Pſal.11.6.

Peccata pijs proſunt ut ueluti ſpina configantur, Pſal. 32. 4.

Peccata domino confitenda, & iniuſtitia illi non abſcondenda, Pſal 32. 5.

Peccata confitentibus & iniuſtitiam,ſtatim dominus remittit, Pſal.32. 5.

Quadrigæ tuæ ſaluatio, aſcendes ſup equos tuos, Abac. 3. b

Quadrigæ quatuor egredientes de medio duorũ montium æreorum, cum equis rufis, nigris, albis, & uarijs ac fortibus, Zach. 6. a

Quadrigam diſperdam ex Ephraim, equum de Ieruſalẽ, diſſipabitur arcus belli, loquetur pacem gentibus, &c. Zach. 9. c

Quadrigæ Aminadab conturbant animã, Canticorum 6. d

Quadringentis annis ſeruituri filij Abraæ prædicuntur, Gen. 15. c

¶Quadriduanus eſt domine, iam fœtet, Ioã. 11. f

¶Quadrupedia terræ & beſtias, reptilia & uolatilia cœli uidi in linteo, &c. Act. 10. b 11. a

¶*Querela.*

Querela Eſau contra Iacob fratrem, Gen. 27. e

Querela Iacobi contra Laban ad uxores, Ge. 31. a

Querela Iacob contra Laban, ſcrutantem taberna cula, Gen. 31. e

Querela Laban contra Iacob de abactis filiabus, Gen. 31. d

Querela Rachel & Leæ contra Laban patrem, Gen. 31. b

Querelæ pro Mandragoris & marito, Gen. 30. b

Querelas quia in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi, Iob 33. b

Querimonias iuſtas non inueniet homo contra deum, Eccl'es 7. b

Querelam fili non des in bonis, Eccl'ci. 18. b

Sine querela incedunt in mandatis dei, Zacharias & Elizabet ante deum, Luc. 1. a

¶*Quies*

Quieuit deus die ſeptimo, Gen. 2. a

Quieuit arca in montibus Armeniæ, Gen. 8. a

Quieuit terra quadraginta annis poſt Gedeon, Iudic. 8. f

Quieuit terra per quadraginta annos, Iudic. 5.

Quieſcite agere peruerſe, Iſa. 1. e

Quieſcite ab homine cuius ſpiritus in naribus eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe, Iſa. 2. d

Quieti ut ſitis operã date, utq; ueſtrum negotium agatis, 1. Theſ. 4. b

¶*Quærere.*

Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt, Iſa. 55. b

Quæretis me & inuenietis, cum quæſieritis me in toto corde ueſtro, & inueniar à uobis, Iere. 29. c

Quærens dominum deum toto corde inuenies eum, Deut. 4. e

Quærite me ait dominus & uiuetis, Amos 5. a

Quærite dominum & uiuite, ne forte comburatur domus Ioſeph, ut ignis, & deuorabit, Am. 5. b

Quærite bonum & non malum, ut uiuatis, & erit dominus uobiſcum, Amos 5. d

Quærite dominum uirtutem eius, & faciem ſemper, 1. Par. 16. b

Quærentur omnia in tempore ſuo, Eccl'ci 39. c

Quærite primum regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis, Matth. 6. d

Quærite & inuenietis, Matth. 7. b

Quærebant omnes Ieſum, Marc. 1. d

Quærere nolite quid manducetis aut quid bibatis, Luc. 12. d

Quæritis me non propter ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, Ioan. 6. c

Quæretis me & non inuenietis, & ubi ego ſum uos non poteſtis uenire. Ioan. 7. e

Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, Quò ego uado uos non poteſtis uenire, Ioan. 13. d

Quærat nemo quod ſuum eſt, ſed quod alterius, 1. Cor. 10. e

Quæro non ueſtra, ſed uos, 2. Cor. 12. e

Quærit Paulus nõ datum, ſed fructum abundantem in rationem fidelium, Philip. 4. c

Quærite quæ ſurſum ſunt, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, Col. 3. a

Quærunt omnes quæ ſua ſunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti, Philip. 2. c

Quærendum nihil eſt à pythonibus & à diuinis, qui ſtrident incantationibus ſuis, Iſa. 8. d

Quærit Paulus non quod ſibi utile eſt, ſed quod multis ut ſalui fiant, 1. Cor. 10. g

¶*Quercus.*

Quercus fletus ubi ſepulta eſt nutrix Rebeccæ, Gen. 35. b

Quercus in ſanctuario domini ſubter quem po-

ſuit Ioſue lapidem grandem, Ioſ.24.f
Iuxta quercum rex conſtituitur Abimelech in Sichem, Iudic.9.a
Quercus Thabor, ubi ſignum Saul ſecundum inuenit, tres uiros aſcendentes ad Bethel, 1.Regum 10.a
Quercus omnes Baſan humiliabuntur in die domini, Iſa.2.c

¶*Quæſtio.*

Quæſtio de tempore præterito & futuro in hoc ſæculo, 4.Eſd.4.d
Quæſtiones quæ præſtant magis quàm ædificationem, quæ eſt in fide, non docendæ denunciantur, 1.Tim.1.b
E quæſtionibus et pugnis uerborum oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones, malæ conflictationes, hominum mente corruptorum, & qui ueritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem, 1.Tim.6.a
Quæſtiones ſtultas & ſine diſciplina deuita, ſciens quia generant lites, 2.Tim.2.d
Quæſtiones ſtultas & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita, Tit.3.c
Quæſtu priuati per Pythoniſſam Paulum & Silã trahunt ad magiſtratum, Act.16.d
Quæſtus ſeditionem mouet ueritati, Act.19.e
Quæſtum pietatem exiſtimant quæſtionarij theologi, 1.Tim.6.a
Quæſtus magnus eſt pietas cum ſufficientia, 1.Tim.6.b

¶*Quinque.*

Quinq; ſatrapæ Philiſthinorum relicti, Iudic.3.a
Quinq; diebus conſentiunt Bethulieñ. expectare auxilium domini, Iudith 7.d
Quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; lucratus ſum, Matth.25.b
Quinq; millia uirorum refecti quinq; panibus & duobus piſcibus in ſolitudine, Marc.6.f
Quinq; millia uiri diſcubuerunt ſatiãdi de quinq; panibus ordeaceis, Ioan.6.b
Quinquies quadragenas una minus Paulus à Iudæis accepit, 2.Cor.11.e
Quinq; millia factus eſt numerus uirorum credentium uerbo Petri & Ioannis, Act.4.a
Quintus Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, 2.Mach.11.g
Quintæ diei creaturæ animalia in aquis, Gen.1.c
Quinquaginta cubitorum latitudo arcæ, Ge.6.c
Quindecim cubitis altior aqua montibus, Geneſis 7.d
Quinquaginta iuſti ſeruabunt impiam ciuitatem, Gene.18.c.d
Quinta fructuum reſeruetur ad annos famis, Geneſis 41.e
Quinta fructuum terræ Aegypti regi tradita, de quatuor reliquis ſemina & cibum familijs ſumunt Aegyptij, Gen.47.f
Quingentis annis uixit Sem poſt diluuium, & duobus annis, Gen.11.b

Quintodecimo die mẽſis ſecundi ueniunt in Sin, Exod.16.a
Quinquageſimum annum ſanctificabis, remiſſionem proclamabis cunctis habitatoribus terræ ueſtræ, Leuit.25.b
Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahã uidiſti? Ioan.8.g
Quinquagenarij duo cum ſuis militibus igne cœleſti deuorantur, iubente Elia, 4.Reg.1.b.c
Quintodecimo anno Tiberij Cæſaris, Luc.3.a
Quinquagenos facite diſcumbere per conuiuia, Luc.9.b
Quindecim diebus manſi apud Petrum Hieroſolymis, Gal.1.d
Quingẽtis fratribus Chriſtus apparuit poſt reſurrectionem, 1.Cor.15.a
¶Quaſi Nemrod robuſtus uenator coram domino, Gen.10.b
¶Qui eſt miſit me ad uos, id eſt deus omnia in omnibus, Exod.3.e
Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? educet lapidem primarium & exæquabit gratiam gratiæ eius, Zach.4.c
¶Quem quæritis, dixerunt, Ieſum Nazarenum, Ioan.18.a
Si quæritis me ſinite hos abire, Ioan.18.a

¶*Raab.*

RAab meretricis domum intrant explo ratores, à Ioſue miſſi in Iericho, Ioſue 2.a
Raab prudentia, & mendacium cum conſilio, Ioſ.2.a
Raab abſcondit uiros in ſolario, opertos ſtipulalini, Ioſ.2.a
Raab fidem ſuam in dominum deum Iſrael confitetur exploratoribus, Ioſ.2.b
Raab miracula dei circa Iſrael credit & prædicat, Ioſ.2.b
Raab unum deum Iſrael confitetur, & per eum adiurat exploratores, ut ſaluetur cum familia, Ioſ.2.b
Raab fideli fœminæ miſericordiam & ueritatem promittunt exploratores, Ioſ.2.c
Raab funẽ de feneſtra demittit exploratores, monetq;, ut ad montana confugiant, Ioſ.2.c
Raab cum tota familia uiuere fecit Ioſue in medio Iſrael uſq; in præſentem diem, quia abſcondit exploratores Iſraelis in Iericho, Ioſ.6.d
Raab cum parentibus & fratribus & cuncta ſuppellectili ſeruatur in Iericho uaſtata, Ioſ.6.d
Raab & Babylonis memor ero, ſcientium me, Pſal.87.4.
Raab uxor Salmon patris Booz, Matth.1.a
Raab meretrix nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia uia eijciens? Iac.2.d

¶Raaia filij Nathinæi redeunt, Esd.2.c Ne.7.e
¶Raamias reuersus à captiuitate, Neem.7.b
¶Raanas alienigenam duxerat, 3.Esd.9. d
¶Rabba filiorũ Ammon obsidetur à Ioab, 2. Regum 11. a 1.Par.20.a

¶*Rabbath.*

Rabbath dabo in habitaculum camelorum, cubile pecorum, Ezech.25.a
Super Rabbath filiorum Ammon auditum faciã fremitum prælij, & erit in tumulum dissipata, filiæq; eius igne succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait dominus, Iere.49.a
Rabbath filiorum Ammon expugnatur à Ioab, urbs regia, 2.Reg.12. f
Rabbath in muro accendam ignem, & ædes eius deuorabit, &c. Amos 1.d
¶Rabboth ciuitas tribus Issachar, Ios.19. b

¶*Rabbi.*

Rabbi bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum, Marc.9. a
Rabbi interpretatum dicitur magister, Ioan. 1.e
Rabbi ubi habitas? Respondet, Venite & uidete, Ioan.1. e
Rabbi scimus quia à deo uenisti magister, Ioannis 3. a
Rabbi uocari ab hominibus amant, Matth. 23. a
Rabbi uos nolite uocari, Matth.23. a

¶*Rabsaces.*

Rabsaces ad desperationem salutis inducere uult ciues Ierusalem & ad defectionem, 4.Re. 18. f
Rabsacis uerba nunciantur à seruis Ezechiæ, sciss is uestibus, 4.Reg.18. g
Rabsaces uoce magna clamat Iudaice, rogatus ut loqueretur Syriace, Isa.36.c
Rabsacen mittit Assyrius rex de Lachis ad Ierusalem ad Ezechiam, in manu graui, & stetit in uia agri fullonis, iuxta piscinæ superioris aquæductum, Isa.36.a
Rabsaces Ezechiæ regi improperat sacrilegia arum euersarum, & impotentiã exercitus, uirium debilitatem, & dñi uoluntatem falso, Isa. 36. b
Rabsaces falso iactat præceptum dei ad Assyrium de uastanda Hierosolyma & Iudæa, Isa.36.b.c
Rabsaces iniuriat seruis Ezechiæ, uolens, Hebraice loquens, irritare subditos ad defectionem, Isa.36. c
Rabsacis uerba Ezechiæ regi nunciant sui serui sciss is uestibus, &c. Isa.36. d
Rabsacen misit rex Assyriorum ad blasphemandum dominum deum uiuentem, Isa.37.a
Rabsaces nuncius blasphemus Sennacherib ad Ezechiam, 4.Reg. 18. d
¶Rabsaris nuncius Sennacherib ad Ezechiam regem, 4.Reg.18. d
Rabsares princeps Babylonius, Ierem.39.a
¶Rachal uiris Dauid dona mittit, 1. Reg. 30. g

¶*Rachel.*

Rachel filia Laban greges adaquat, Gen.29. a
Rachel decora facie, & uenusto aspectu, Ge.29.b
Rachelem diligens Iacob pro ea seruit septem annis, Gen.29. b
Rachel festina nunciat hospitem Iacob, Ge.29.b
Rachel pascebat gregem patris, Gen.29.b
Rachel consobrina Iacob, Gen.29.b
Rachel ducta uxor, & nuptiæ exactæ sunt, Geneseis 29. c
Racheli assignata ancilla Bala, Gen.29.c
Rachel cupit filios per ancillam Bala, Gene.30.a
Rachel uult super genua sua generari filios sibi, id est quos ipsa gestet pro suis, Gen.30. a
Rachel impense filios petit à marito, Gene. 30.a
Rachel nomẽ imponit filio Bala Dan, Gen.30.a
Rachel infœcunda sorori fœcundæ inuidet, Geneseis 30. a
Rachel dimittit maritum ut habeat mandragora, Gen.30.b
Rachel orans pro filio, exauditur à domino, Geneseis 30. c
Rachel parit Ioseph ab additione dictum, Geneseis 30. c
Rachelis furtum ignoratum à Iacob, Gene. 31. d
Rachel & Lia consentiunt Iacobo contra patrem, Gen. 31. b
Rachel furatur idola patris Laban, Gen.31.c
Rachel suppositis idolis insidet & mentitur, Geneseis 31.c
Rachelis mendacium & uafricies, Gen.31.c
Rachel idola abscondit subter stramenta, Geneseis 31. c
Rachel cum Ioseph ponitur in fine, Gen.33. a
Rachel parturijt, peperit, & mortua est, Gen.35.c
Rachel difficultatem passa est pariendo, Ge. 35. c
Rachel moriens uocauit filium Benoni, Geneseis 35.c
Rachel mortua & sepulta in Ephrata, Gene.35.c
Rachelis sepulturæ statua, Gen.35. c
Rachelis filij Ioseph & Beniamin, Gen.35.d
Rachel duos filios genuit, unus ut dixistis à bestia deuoratus non comparet, illum nunc auferendum, si contigerit periclitari, cum mœrore moriar, &c. Gen.44. f
Rachele geniti animæ quatuordecim, Ge.46.c
Rachelis uxoris Iacob Ioseph & Beniamin filij, Gen.46. b
Rachel mortua in terra Chanaan, sepulta iuxta uiam Ephratæ & Bethleem, Gen.48. b
Rachel & Lia ædificauerunt domum Israel ad exemplum sanctis mulieribus, Ruth 4.c
Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt, Matth.2. c
Rachelis sepulchrum, ubi Saul signum accipit se regem reuera inunctum à Samuele, 1.Re. 10.a
¶Racha qui fratri dixerit, reus erit concilio, Matthæi 5.c
¶Raddai filius Isai quintus, 1.Par.2.b

¶Radin filij, 3.Esd.5.c

¶Radet dominus nouacula conducta rege Assyriorum caput pilos pedum & barbam uniuersam, Isa.7.d

¶*Radix.*

Radix germinans fel & amaritudinẽ, Deut. 29.c

Radix iustorum proficiet, Prou.12.b

Radix mea aperta est secus aquas, Iob 29. c

Radici arboris securis iam est apposita, Matth.3.c

Radix si sancta est, & rami, Rom.11.c

Ad radicem arboris securis est posita, Luc.3. b

Radix omnium malorũ est cupiditas, 1.Tim. 6.b

Radix amaritudinis sursum germinans, ne pacẽ impediat, & per illam inquinentur multi, Hebræorum 12.d

Radix & genus Dauid Christus, Apoc.22. c

¶Ad racemum usq; colligent quasi in uinea reliquias Israel, conuerte manum tuam quasi uindemiator ad cartallum, Ierem. 6.b

¶*Ragau.*

Ragau 16.in genealogia patrum, 1.Par.1. b

Ragau campus magnus circa Euphraten & Tigrin, Iudith 1.c

Ragau pater Sarug filius Phaleg, Luc.3.g

¶Rages ciuitas Medorum, Tob.1.c In monte Ecbatanis, Tob.5. b

¶*Raguel.*

Raguel Tobiã cum filia Sara dimittit, cum dimidia substantia, in pueris, puellis, pecudibus, camelis, uaccis, & pecunia, Tob.10.c.d

Raguelis fides in orationibus ꝑ filia sancta, Tobiæ 7.c

Raguel sacerdos Madian pater septem puellarũ, miratur de festino reditu filiarum, Exod.2. c

Raguel cum gaudio hospites suscipit ingratos, Tob.7. a

Raguel cum lachrymis osculatur Tobiam, Tobiæ 7.a

¶Raham filius Samma pater Iercaam, 1.Par. 2.f

¶Rahabias filius Eliezer, pater Isaiæ, 1.Par.26.d

¶Rahelia rediit è Babylonia, Esd.2.a

¶Rahotis filij, 3.Esd.5.d

¶*Rahuel.*

Rahuel filius Basemath, Gen.36. a

Rahuel filij Nahath, Zara, Samma, Meza, ex Basamath, Gene.36.b 1.Par.1. c

Rahuel filius Iebaniæ pater Saphatiæ, 1.Par.9.b

¶Raia filius Sobal, pater Iahath, 1.Par.4. a

¶Rhamnus ad regnum lignorũ uocata annuit, ut ignis egrediatur, & deuoret cedros Libani, Iudicum 9.b

¶*Ram.*

Ram filius Hesron, filij Phares, 1.Par.2.b

Ram filius Hesron genuit Aminadab, 1 Par.2.b

Ram filij Ierameel, filij fuerunt Moos, Iamin, Acar, 1.Par.2. d

Ram primogenitus Ierameel, filij Hesron, 1. Paralipom.2.d

¶*Rama.*

Rama nemus habet, ubi Saul queritur de seruis suis, 1.Reg.22.b

Rama ædificatur à Baasa rege Israel, claudẽs prouinciam regni Asa, 3.Reg.15.d

Rama ciuitas tribus Beniamin, Ios.18.d

Rama & Bethel in monte Ephraim, Iudic.4.a

In Rama tuba clangite, ululate in Bethauen, post tergum tuum Beniamin, Osee 5.c

Rama & Gabaa filij redeuntes 621. Esd.2.b Neemiæ 7. a

Rama habitatio Beniamin post reditum, Ne.11.d

In Rama uox audita est ploratus & ululatus multus, Matth.2. c

¶Ramathlechi, eleuatio maxillæ, nomen loci contigit, Iudic.15.d

¶Ramathaim Sophim de monte Ephraim, 1.Regum 1. a

¶*Ramatha.*

Ramatha erat domus Samuelis, ubi & Israelem iudicabat, & altare domino ibi ædificabat, 1. Reg.7.d

In Ramatha Israel queruntur de filijs Samuelis, & regem petunt, 1.Reg.8. a

Ramatha urbs Iudææ datur à Demetrio, 1. Machab.11.d

¶*Rameſſes.*

Rameſſes optimus terræ locus assignatus Iacobo & familiæ suæ in Aegypto, Gen.4.7.c

Rameſſes urbs Aegypti extruitur ab oppressis Israelitis, Exod.1.c

Rameſſe exeunt in Socoth sexcenta ferè millia peditum uirorum, absq; paruulis & mulieribus, Exod.12. f

Rameſſe exierunt Israelitæ, altera die paschæ uidentibus Aegyptijs, & sepelientibus primogenitos, & uenerunt in Socoth, Num.33. a

¶Rameth ciuitas tribus Issachar, Ios.19.b

¶*Ramoth.*

Ramoth in Galaad refugij ciuitas in tribu Gad, à Mose constituta, Deut.4.g

Ramoth in Galaad urbs refugij de tribu Gad, Ios.20.c 1.Par.6.g

Ramoth Galaad in tribu Gad pro Meraritis habitatio, Ios.21.d

Ramoth ciuibus Dauid munera mittit, 1.Re.30.g

Ramoth Galaad auferre deliberant regi Syriæ Achab & Iosaphath, 3.Reg.22.a

Ramoth Galaad aggrediunt Achab & Iosaphat, 3.Reg.22.d

Ramoth Galaad princeps Bengaber, 3.Reg.4.b

Ramoth urbs in Issachar refugij, 1.Par.6. g

Ramoth de filijs Bani duxit alienam, Esd. 10.d

¶*Ramus.*

Ramusculi procidẽtur falcibus, quæ derelicta fuerint abscindentur & excutientur, Isa.18.b

Ramum idololatræ applicant ad nares, ad irritandum dominum, Ezech.8. f

Ramis naturalibus si deus non pepercit, timeas ne forte nec tibi parcat, Rom.11.c
Rami aliqui fracti sunt,tu autem oleaster cum esses,insertus es in illis, Rom.11.c
Rami fracti sunt,ut ego inserar,si dixeris Gentilis conuersus,respondetur, Propter incredulitatem fracti sunt,tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, Rom.11.c

¶*Ranæ.*

Ranas minatur Pharaoni Moses nolenti obedire mandato dei, Exod.8.a
Ranas quoq; fecerunt malefici Pharaonis, Exodi 8.b
Ranæ mortuæ sunt de domibus, uillis & agris, congregatæq; in aggeres, Exod.8.c
Ranæ tantum in flumine permaneant, Exod.8.c
Ranas dedit terra eorum, in penetralibus regum ipsorum, Psal.105.30.

¶*Rapere.*

Rapaces regnum dei non possidebunt, 1.Co.6.b
Rapacibus Christianis non communicandum in cibo, 1.Cor.5.d
Rapere nihil per uim iustitiæ pars est, Ezech.18.b
Rapiet meas oues nemo de manu mea, nec peribunt in æternum, Ioan.10.e
Rapiemur nos residui in nubibus obuiã domino in aëra, & sic semper cum domino erimus, 1.Thes.4.d
Rapinæ filum de subtegmine recusat Abram, & corrigiam caligæ, Gen.14.d
Rapinę impiorum detrahent eos,quia noluerunt facere iudicium, Prou.21.a
Raptus Pauli in paradisum, ubi audiuit arcana uerba & ineffabilia, 2.Cor.12.a
Raptus Pauli in tertium cœlum, 2.Cor.12.a
Rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, Hebr.10.f
¶Raphaia princeps familiæ Issachar, 1.Par.7.a

¶*Rapha.*

Rapha filius quintus Beniamin, 1.Par.8.a
Rapha filius Beria,filij Ephraim, 1.Par.7.e
Rapha filius Banaa pater Elasa, 1.Par.8.d
¶Raphaia filius Hur, princeps uici Ierusalem, Neem 3.c
¶Raphaam uallis summitas contra Aquilonem, limes est tribus Iudæ, Ios.15.b

¶*Raphael.*

Raphael Semei filius, filij Obededom ianitor 17. 1.Par.26.a
Raphael angelus occurrit iuniori Tobiæ, ut iuuenis splendidus,stans præcinctus,& ad ambulandum paratus, Tob.5.a
Raphael angelus dicit se Azariam, Ananiæ magni filium, Tob.5.c
Raphael pergit in Rages Medorum, Tobiæ negotia peragens uniuersa, Tob.9.b
Raphael uir sanctus dicitur,dignus multa mercede,propter multa beneficia præstita, Tob.12.a

Raphaelis beneficiorum catalogus, Tob.12.a
Raphaeli offeruntur diuitiarum medietates, Tobiæ 12.b
Raphaelem me deus misit, ut te curarem, & uxorem filij tui à dæmonio liberarem, Tob.12.c
Raphael unus ex septem angelis, qui astant ante dominum, Tob.12.c
Raphaelem audientes angelum,trementes procidunt, super terram in faciem suam, Tob.12.d

¶*Raphaim.*

Raphaim in Astaroth percussi, Gen.14.a
Raphaim gens Chananaica, Gen.15.d
Raphaim terram pro spacio commodo succidere iubentur,filij Ioseph à Iosue, Ios.17.d
Raphaim uallis pars extrema,limes est Beniamin, Ios.18.c
Raphaim uallem Palæstini occupant, 2.Reg.5.c
Raphaim pater Gedeõ, filius Achitob, Iudith 8.a
¶Raphaias filius Ieseiæ pater Arnan, 1.Para.3.d

¶*Raphidim.*

Raphidim ,profecti sunt de Sin deserto, Exod.17.a
Raphidim deerat aqua ad bibendum, Exo.17.a
A Raphidim profecti ueniunt in Sinai desertum, Num.33.b
Raphidim loco Amalec pugnat contra Israel, Exodi 17.c
¶Raphon obsessa ciuitas à Timotheo, 1.Ma.5.d
¶Raphu pater Phalti exploratoris de Beniamin, Num.13.b

¶*Rasin.*

Rasin Ierusalem oppugnauit, sed non uincere potuit, 4.Reg.16.a
Rasin Ailam uendicauit sibi,eiectis Iudæis in qua Idumæi habitare cœperunt, 4.Reg.16.a
Rasin interficitur à rege Assyriorum, 4.Re.16.b
Rasin rex Syriæ ascendit cõtra Ierusalem, Isa.7.a
Rasin hostis Israelis ab oriente, Palæstini ab occidente, Isa.9.c
Rasin filij Nathinæi redeunt, Esd.2.c Nee.7.e

¶*Rationale.*

Rationali iudicij impones doctrinam & ueritatẽ quæ erunt in pectore Aaron, Exod.28.c
Rationale iudicij facies opere polimito cõtextum, quadrangulum,duplex,mensura palmi, Exodi 28.c
Rationali includentur duodecim gẽmæ, quatuor ordinibus:primo, Sardius, Topazius, Smaragdus:secundo, Carbunculus, Sapphirus, Iaspis: tertio, Ligyrius, Achates, Amethystus: quarto, Chrysolitus, Onychinus, Beryllus, omnes auro inclusæ, habentes nomina tribuum duodecim cælata, Exod.28.c
Rationale pendebit ligatum catenis aureis ex anulis & uncinis quatuor superius & infra ordinatis, ad constringendum rationale, cum superhumerali per uittam hyacinthinam, Exo.28.d
Rationale quomodo paratum ab artificibus, Exodi 39.b

¶*Ratio.*

Rationem in die iudicij homines reddent de omni uerbo otioso, Matth.12.c

Rationem positurus rex cum seruis, uult ut serui quoq; sibi mutuum debitores, debita remittant, Matth. 18. c

Rationē deo reddet unusquisq; nostrum pro se, Rom.14.c

¶Rathumis in Samaria seruus regis Persarum, 3.Esd.2.c

¶*Razias.*

Razias sese gladio petit, ad murum præcipitauit se uiriliter in turbas, quas cursu pertransiens, in petram stans præruptam, intestina proiecit in turbas, deum inuocans, & uita defunctus, 2. Mach.14. g

Razias senior amator ciuitatis, bene audiens, pater Iudæorum appellatus, 2.Mach.14.f

Razias cōtinentiæ proposito clarus in Iudaismo, 2. Mach.14. f

Raziam iubet Nicanor cōprehendi, 2.Mac. 14.f

¶Razon filius Eliada, qui fugerat ad Adezer regē Soba, dominum suum, princeps latronum, 3.Reg.11. d

Razon filius Eliada rex fit in Damasco, & aduersarius Israeli tēporibus Salomonis, 3.Reg.11.e

¶Rebe princeps Madian, Num.31.a

Rebe princeps Madian à Mose pcussus, Ios.13.c

¶Reblatha limes orientalis promissæ terræ, Numeri 34. b

Reblatha in terra Emath, 4.Re.25.e Iere.39.b

¶Rebla ciuitas in terra Emath, 4.Reg.23.g

¶*Rebecca.*

Rebecca contemplatur à seruo, & in eadem domini dei uoluntas & gratia, Gen.24.c

Rebecca hydriam portans scapula, decora nimis uirgo, offertur uxor Isaac à domino, Ge.24.c.e

Rebecca matri nunciat cito currens, Gene. 24.d

Rebeccæ pater Bathuel filius Nachor, Ge. 22.d

Rebecca potum dat seruo Abrahæ, prouidentia dei, ut fuerat præcogitatum, Gen.24.c.e

Rebeccæ comitas, uirtus & dexteritas, Ge.24.c.e

Rebecca magis tribuit quàm petatur, Ge.24. c.e

Rebeccæ frater Laban erat, Gen.24. d

Rebecca filia Bathuelis, Gen.24.c.e

Rebecca inquiritur de genere & domo, Genesis 24.c. e

Rebecca filia Bathuelis, filij Melchæ, filij Nachor, Gen.24.c. e

Rebecca promittitur fideli seruo de domini dei uoluntate, Gen.24. f

Rebeccæ munera data à seruo Abrahæ, Genesis 24. f

Rebecca cito se pallio opperuit, Gen.24.g

Rebecca ducitur ad Isaac, Gen.24.g

Rebecca conspecto Isaac descēdit de camelo, Genesis 24. g

Rebecca inquirit de homine occurrente, Genesis 24.g

Rebecca introducitur in tabernaculum Saræ matris Isaac, Gen.24. g

Rebeccam Isaac multum dilexit, Gen.24. g

Rebeccæ nutrix adiungitur discedenti, Ge.24.g

Rebecca à parentibus & fratre difficulter dimittitur, Gen.24. f

Rebecca uocata, abire consentit ad sponsum, Genesis 24.f.g

Rebecca cum puellis ascendit camelos, Ge.24.g

Rebecca filia Bathuelis Syri de Mesopotamia soror Laban, Gen.25.c

Rebecca prius sterilis orationibus Isaac concipit geminos, Gen.25. c

Rebeccæ filij nondum nati colliduntur in utero, Gen.25. c

Rebecca conceptum geminorum queritur, Genesis 25.c

Rebecca consulit dominum ꝑ geminis, Ge.25.c

Rebecca duos populos gestat utero, Gen.25.c

Rebecca geminos parturit, Gen.25.c

Rebecca diligit Iacobum, Gen.25. d

Rebecca primo ædit rufum & hispidum Esau, Gen.25.d

Rebecca dicitur soror suo marito Isaac, Ge. 26.a

Rebeccam qui tetigisset morte moriturus, Genesis 26. c

Rebeccæ pulchritudinis periculum marito Isaac, Gen.26. b

Rebecca subornat Iacob dilectum filium, ut benē dictionem à patre suffuretur, quæ illi debebatur, Gen.27. a

Rebecca optat maledictionem Iacob sibi contingere, Gen.27. b

Rebecca uestes filiorum secum habuit, Gen.27.b

Rebecca aptat omnia ad deceptionem Isaac, ut uoluntas domini impleatur, Gen.27.b

Rebecca industria sua transfert benedictionem diuinam ad Iacobum, credens futurum quod prædixerat deus, Gen.27. d

Rebecca prospicit saluti Iacob, ne occidatur ab Esau, Gen.27. g

Rebecca consulit ambobus filijs prouidentia dei, & astutia sua, Gen.27. g

Rebecca allegat causam dimissionis Iacob filias Heth, ne uxores ipse recipiat, Gen.27.g

Rebecca ex uno concubitu habēs, Isaac patris nostri, semen Abrahæ habuit, Rom.9.b

¶Rebellio seruorum contra reges, Gen.14.a

Rebelles semper fuistis deo cui nō credidistis, &c. Deut. 9. d

¶Rebmag princeps Babylonius, Ierem.39.a

¶Reccath ciuitas tribus Nephthali, Ios.19. c

¶*Recem.*

Recem princeps Madian, Num.31.a

Recem tribus Beniamin ciuitas, Ios.18.d

Recem princeps Madian à Mose pcussus, Ios.13.c

Recem filius Hebron pater Sammai, 1.Par.2. f

Recem filius Sares fratris Machir, 1.Par.7.d

¶*Rechab.*

Rechab filius Remmon Berothitæ de filijs Beniamin, 2.Reg.4.a

Rechab pater Ionadab, 4.Reg.10.d

Rechabitæ qui & Cinæi, 1.Par.2.g

Rechabitæ à Ieremia introducuntur in domum domini, in unam exedrarum, & uinum iubẽtur bibere, ꝓpoſitum in ſcyphis, qui renuentes producuntur in exemplum Iudæis inobedientibus deo, Ierem.35.a

Rechabitæ non bibunt uinum, domum nõ ædificant, ſementem non ſerunt, uineas non plantãt, in tabernaculis habitant, Ierem.35.b

Rechabitarum inſignis obedientia ad ſuos maiores, Ierem.35.b

Rechabitæ cõpulſi bellorum ſtrepitu ingreſſi ſunt Hieroſolymam, Ierem.35.b

Rechabitæ Ionadab ſermões prævaluerunt, quos præcepit filijs ſuis, ut non biberint uinum, & obedierunt præcepto patris ſui, ego autem locutus ſum ad uos, & nõ obediſtis mihi, Ier.35.c

Rechabitæ firmauerunt p̃ceptum patris ſui quod præceperat eis, populus autem iſte nõ obediuit mihi, Ierem.35.d

Rechabitarum domui dixit Ieremias, ꝓ eo quod obediſtis prçcepto Ionadab patris ueſtri, & c̃. propterea non deficiet uir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus, Ierem.35.d

¶Reclinatorium fecit aureum, Cant.3.d

¶*Recipere.*

Recipere bene acta, eſt etiam uenia donari, Geneſis 4.b

Recepti ſi non fueritis nec auditi, fores exeuntes, puluerem excutite de pedibus, Matth.10.b

Recipiens iuſtum in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet, Matth.10.d

Recipiens uos me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit, Matth.10.d

Recipiens prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, Matth.10.d

Recipiam uos fideles, ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, 2.Cor.6.d

¶*Reconciliari.*

Reconciliare prius fratri tuo, & tunc ueniens offer tuum munus, Matth.5.c

Reconciliari nolens aduerſario, iudici tradetur, q ipſum miniſtro tradet, & in carcerẽ, nõ exiturus donec nouiſſimum quadrantẽ reddat, Matt.5.d

Recõciliauit nos ſibi deus p Chriſtum, 2.Cor.5.d

Reconciliationis miniſterium dedit nobis, Ibidẽ.

Reconciliauit ſibi deus mundum in Chriſto, 2.Cor.5.d

Reconciliationis uerbum poſuit nobis deus in Chriſto, 2.Cor.5.d

Reconciliamini deo obſecro pro Chriſto, Ibidẽ.

Reconciliat ambos in uno corpore deo per crucẽ Chriſtus, Epheſ.2.c

Reconciliati ſunt in corpore carnis Chriſti p mortem, qui alienati erant aliquando & inimici ſenſu in operibus malis, Coloſ.1.c

Reconciliare per Chriſtum placuit oĩa, Col.1.c

¶*Recordari.*

Recordaĩ deus Noe & ſuorum cum animalibus, Gen.8.a

Recordatur deus Abrahæ cum Lot ſeruat à Sodomis, Gen.19.f

Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis, Iere.18.d

Recordare domine quid acciderit nobis, intuere et reſpice opprobrium noſtrum, Thr.5.a

Recordare ſeruorum tuorum Abraham, Iſaac & Iacob, Deut.9.d

¶Recupera proximum tuum ſecundum uirtutẽ tuam, & attende tibi ne incidas, Eccl'ci 29.d

¶*Rectus.*

Rectus eſt dominus deus noſter, nõ eſt iniquitas in eo, Pſal.92.15.

Recti uidebunt & lætabuntur, omnis iniquitas opilabit os ſuum, Pſal.107.42.

Rectas facite ſemitas eius, Marc.1.a

Recti qui ſunt habitabunt in terra, ſimplices in ea permanebunt, Prou.2.d

Rector ciuitatis qualis eſt tales et ciues, Eccl'ci 10.

Rectorem utilem dominus ſuſcitabit in tempus ſuper terram, Eccl'ci 10.a

Rector in medio fratrum in honore, & qui timẽt dominum erunt in oculis eius, Eccl'ci 10.c

¶*Reddere.*

Reddenda ſunt ablata uel moriendum, Ge.20.b

Reddens mala pro bonis non recedet malum de domo eius, Prou.17.b

Reddere malum ne ꝓponas, expecta dominum & liberabit te, Prou.20.d

Reddere noli unicuiq; ſecundum opus ſuum, ne dicas, Quomodo fecit mihi ſic faciã ei, Pro.24.d

Redde quodcunq; noueris, Eccl'es 5.a

Reddes tu deus unicuiq; iuxta opa ſua, Pſ.62.12.

Reddet deus hominibus ſecundum actus ſuos, & ſecundum opera Adæ, ſecundum præſumptionem illius, donec iudicet iudicium pioꝝ, & oblectabit iuſtos miſericordia ſua, Eccl'ci 35.d

Reddet filius hoĩs unicuiq; ſecundum opera ſua, cum uenerit cum angelis ſuis, Matth.16.

¶Reddus alienigenam abijcit, 3.Eſd.9.c

¶*Redire.*

Redit in arcam coruus & columba, Gene.8.b

Redeuntium de Babylone numerus ad Ieruſalẽ à duodecimo anno 30462. 3.Eſd.5.c

Redeuntium omnium numerus 40242. Ibidem.

¶*Redemptio.*

Redemptor meus uiuit, ſcio, & de terra ſurrecturus ſum in die nouiſſimo, Iob 19.d

Redemptionem miſit populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum, Pſal.11.9.

Redemi Iſrael & ipſi contra me locuti ſunt mendacia, Oſee 7.d

Redemptionem pro multis dare uenit filius hominis animam ſuam, Matth.20.d

Redemptio ueſtra appropinquat, his fieri incipientibus, Luc.21. f

Redemptionem per ſanguinem Chriſti habemus remiſſionẽ peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, Epheſ.1. b

Redempti à domino conuertentur & uenient in Sion cum laude, Iſa.35. d

Redimite tẽpus, quoniã dies mali ſunt, Eph.5.d

Redemptionem dedit Chriſtus ſemetipſum pro omnibus, 1.Tim.2. b

Redemptio æterna inuenta in ſanguine Chriſti, Hebr.9.c

Redempti eſtis nõ corruptibilibus auro & argento de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis, 1.Pet.1.c

¶Refugium pauperi factus eſt dñs,&c. Pſal.9.9

Refugium factus es nobis domine, à generatione in generationem, Pſal. 9. 1.

¶Reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, Romanorum 12. a

¶Remmon habitatio Iudæorum poſt reditum, Neem.11. d

¶Regio depopulata eſt,humus luxit,uaſtatum eſt triticum,confuſum eſt uinum, elanguit oleum, Ioel.1.b

¶Regma filiº Chus filij Cham, 1.Pa.1.a Ge.10.b

Regma filij ſunt Saba,Dadan, 1.Par.1.a

¶Regom filius Iahaddai, 1.Par.2. f

¶ *Regnare.*

Regnabit dñs in æternum & ultra, Exod.15.d

Regnare facit deus ſapientem regem,populo quẽ diligit, 2.Par.2. c

Regnantibus impijs ruinæ hominum, Pro.28.b

Regnabit dominus ſuper fideles in monte Sion, ex hoc nunc & uſq; in æternum, Mich.4.b

Regnabit in æternum dñs, & in ſæculum ſæculi,peribitis gentes de terra illius, Pſal.10. 16.

Regit me dominus,& nihil mihi deerit, Pſal.23.1

Regnabit deus ſuper gentes,deus ſedet ſuper ſedẽ ſanctam ſuam, Pſal. 47. 8.

Regnabit dominus in ſæcula,deus tuus Sion,&c. Pſal. 146. 10.

Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis, Luc.1. d

Regni Chriſti non erit finis, Luc.1.d

Regnare nolebant ciues nobilẽ ſuper ſe, Lu.19.c

Regno accepto rediens ſeruos reqrit de negotiatione facta per pecuniam depoſitam, Luc. 19. c

Regnabunt multi per unum Ieſum Chriſtum, accipientes abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ, Rom.5. d

¶Rex.

Rex nouus Aegypti ignorat Ioſeph, Exod. 1.b

Rex Aegypti mortuus, & Iſrael oppreſſus ingemiſcit ad dominum, Exod.2.d

Regem dum inſtituere uolueris tibi, gentium more,eum inſtitues,quem deus elegerit de numero fratrum tuorum, Deut.17. c

Regem alterius gentis tibi facere non poteris, qui non ſit frater tuus, Deut.17.c

Rex non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus,cum dominus præceperit ne amplius per eandem uiam reuertamini, Deut.17. d

Rex non habebit plurimas uxores, quæ alliciant animum eius, Deut.17.d

Rex non habebit argenti & auri immenſa pondera, Deut.17.d

Rex dum ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, Deut.17. d

Rex legem domini leget omnibus diebus uitæ ſuæ,ut diſcat timere dominum deum ſuum, & cuſtodire uerba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt, Deut.17. d

Regis cor nõ eleuetur in ſuperbiam ſuper fratres ſuos,non declinet à præcepto dei in partem dextram uel ſiniſtram, ut longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael, Deut.17. d

Reges in montanis, cãpeſtribus,maritimis,& Libano, congregantur contra Iſraelem uno animo, Ioſ.9. a

Rex impie inſtitutus Abimelech,fatalis ſit inſtituentibus,& ſibi, Iudic.9.c

Regẽ petunt Iſraelitæ in Ramatha à Samuele ſene, dum eius filij non ambulant in uijs illius, 1.Reg.8. a

Regẽ poſtulando dominum abiecerunt Iſraelitæ, & ,pphetam ne regnet ſuper eos dñs, 1.Re. 8.b

Rex in opere ſuo ponet ſeruos ueſtros,ancillas,iuuenes,& aſinos, 1.Reg.8. c

Rex ſibi tribunos conſtituet centuriones, 1.R.8.c

Regis ius,qui in Iſrael regnaturus eſt prædicitur à Samuele,iuſſu domini, 1.Reg.8.c

Rex tollet ſibi agros ueſtros,uineas,oliueta, & dabit ſeruis ſuis, 1.Reg.8. c

Pro regis ueſtri iniuria clamabitis ad me, & non tunc exaudiam, 1.Reg.8. d

Rex noſter erit ſuper nos, egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis, 1.Reg.8.d

Rex erit apud rectiſſimum deus, Deut.33.a

Rex erit cum cõgregatis principibus populi, cum tribubus Iſrael, Deut.33. a

Rex imperet nobis,aiunt Iſraelitæ,dum Naas rex Ammonitarum irruebat, 1.Reg.12.b

Regnauerat in uobis dñs deus ueſter, 1.Re.12.b

Rex & pplus ſalui erunt, ſi dñm deum ſequãtur, timeãt,ſeruierint,et eius uocẽ audierint, 1.R.12.c

Regem infeliciter poſtulaſſe Iſraelem, oſtendit Samuel per portentum, tonitruum, & pluuiam, 1.Reg.12.c

Rex uester & uos pariter peribitis, si in malitia ue
stra perseueraueritis, 1.Reg.12. d
Rex eligendus nō est respectu habito ad uultum
& staturæ altitudinem, 1.Reg.16.b
Regi Sauli qbus instructum Dauidem pater Isai
misert, nempe asino pleno panibus, lagena ui
ni, hœdo de capris, 1.Reg.16.d
Rex & thronus eius sit innocens, 2.Reg.14. b
Regis sententiæ contradicens, cogatur desistere,
2.Reg. 14. b
Rex recordetur dñi dei sui, ut non multiplicetur
sanguis proximi ad ulciscendum, 2.Reg.14.c
Regis domini mei uerbum fiat sicut sacrificium,
2.Reg.14. d
Rex dominus meus sicut angelus domini est, ut
non maledictiõe moueatur, nec benedictione,
ut & dominus deus tuus est tecum, 2.Re. 14.d
Rex inuocatur à muliere, ut morienti fame succur
rat, & non potest, 4.Reg.6.e
Rex Israel iurat Eliseum occidendum in obsidio
ne urbis Samariæ, 4.Reg.6. f
Rex Israel in angustia famis uestes scindit & ap
paret cilicium, 4.Reg.6. f
Rex Israel reddit mulieri omnia quæ sua fuerant,
4.Reg.8.b
Regem sapientem dat deus populo se diligenti et
à se dilecto, 2.Par.9. b
Regis est facere iudicia & iustitiam, ut populus &
regnum seruetur in æternum, 2.Par.9.c
Rex regnabit in iustitia, & principes in iudicio
præerunt, Isa.32. a
Regi iusto qui subest, ueluti homo qui absconditur
à uento, & se cælans à tempestate, sicut riui
aquarum in siti, & umbra petræ prominentis in
terra deserta, Isa.32.a
Regi & dominatrici dic, Humiliamini, sedete, quo
niam descendet de capite uestro corona gloriæ
uestræ, Ierem.13. c
Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iustitiam,
Ierem.22.a (Isa.33. c
Regem in decore suo uidebunt oculi piorum,
Regis domui prędicatur, Iudicate mane iudicium,
eruite ui oppressum de manu calumniantis, ne
forte egrediatur ut ignis indignatio mea, &c.
Ierem.21. d
Rex & omnes serui eius nō timuerunt, nec scide
runt uestimenta sua, cum audiebant sermones
Ieremiæ, Ierem. 36. f
Regem non est fas uobis principibus quicquam
negare, ideo Ieremias propheta conijcitur in car
cerem, Ierem.38. b
Regem & sacerdotem tradidit dominus in oppro
brium, & in indignationẽ furoris sui, Thr.2.b
Rex lugebit, princeps induetur mœrore, manus
terræ populi conturbabuntur, Ezech.7. g
Rex Tyri corde eleuatur, dicit, Deus sum, in cathe
dra dei sedeo, cum sit homo, dedit cor suum qua
si cor dei, Ezech.28. a
Rex Tyri sapientia sua fecit sibi fortitudinem, ac
quisiuit aurum & argentum in thesauris suis,
&c. Ezech.28. a
Regi tibi superbo, adducã alienos robustissimos
gentium, nudabunt gladios suos super pulchri
tudinem sapientię tuæ, polluent decorem tuum,
Ezech.28. b
Rex non dices, Deus ego sum, coram interficien
tibus te, cum sis homo & non deus, in manu oc
cidentium te, Ezech.28. b
Rex morte incircunciſorum morieris in manu a
lienorum, &c. Ezech.28. b
Rex Tyri signaculum similitudinis, plenus sapi
entia, pfectus decore, in delicijs paradisi dei fui
sti, Ezech. 28. c
Rex Tyri omnis lapis pretiosus operimentum tu
um, &c. Ezech.28. c
Regis opus auri decoris tui, foramina tua in die
qua conditus es præparata sunt, Ezech.28. c
Rex Tyri perfectus in uijs tuis, à die condictionis
tuæ, donec inuenta est iniquitas in te, Eze.28.d
Rex Tyri in multitudine negotiationis tuæ, reple
ta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, eieci
te de mõte dei, perdidi te ô Cherub, protegẽs de
medio lapidum ignitorum, Ezech.28.d
Rex Tyri, eleuatum est cor tuum, in decore tuo,
perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in ter
ram proieci te, ante faciem regum dedi te, ut cer
nerent te, Ezech.28. d
Rex Tyri, in multitudine iniquitatum tuarum &
negotiationis tuæ polluisti sanctificationẽ tuã,
Ezech.28. e
Rex Tyri, ignem producam de te, qui te comedet,
dabo te in cinerem super terram in conspectu
omnium uidentium te, Ezech.28. e
Rex Tyri, omnes qui nouerunt te in gentibus, ob
stupescent super te, nihil factus es, & non eris in
perpetuum, Ezech.28.e
Rex alius consurget post eos, potentior erit priori
bus, & tres reges humiliabit, Dan.7. g
Rex alius sermones loquetur cõtra excelsum, san
ctos altissimi conteret, putabit se posse mutare
tempora & dimidium temporis, Dan.7. g
Rex Aegypti draco magne cubans inter flumina,
dicẽs: Meus est fluuius, et ego feci memetipsum,
Ezech.29.a
Rex impudens facie, intelligens propositiones, ro
borabitur fortitudo eius, sed nõ in uiribus suis,
uastabit maxime, psperabitur & faciet, Dan.8.f
Rex impudens interficiet robustos, & populum
sanctorum secundum uoluntatem eius, dirigẽt
in dolo, superbiet copia rerum, plures occidet,
contra principem principum cõsurget, sine ma
nu conteretur, Dan.8.g
Rex fortis dominabitur potestate multa, cuius re
gnum conteretur & diuidetur in quatuor uen
tos cœli, & non in eius posteros, Dan.11. a
Rex Austri cõfortabitur, amicitiam faciet cum re

ge Aquilonis, nec ſtabit ſemen eius, Dan. 11.a
Rex Auſtri cum exercitu ingredietur prouinciam regis Aquilonis, Dan.11. b
Rex Auſtri deos ſculptilia aurum & argentum captiua ducet in Aegyptum, Dan.11.b
Rex Aquilonis ueniet contra regem Auſtri, & nō ſuſtinebit, nec erit fortitudo ad reſiſtendum, Danielis 11. c
Rex Aquilonis ſtabit in terra inclita, ambiet regnum Auſtri, filiam eiuſdē regi dans, Dan.11.c
Rex Aquilonis inſulas aggredietur, & imperium terræ, tunc impinget, corruet, & non inuenietur, Dan.11.d
Regis Aquilonis uilis ſucceſſor indignus decore regio, paucis diebus conteretur, Dan.11.d
Rex Aquilonis alius ſuccedet uilis, initio proficiens malitia contra urbes quas deprædabitur, & cōtra regem Auſtri auxilijs munitum, cum quo inibit conſilia in dolo utriuſq;, Dan.11.d.e
Rex Aquilonis ab Auſtro redibit onuſtus opibus, inuadetq; ſanctuarium, rediturus olim ad Auſtrum, Dan.11.e
Rex Aquilonis indignabitur contra teſtamentum ſanctuarij, quod & polluet, iuge ſacrificium auferendo, dando abominationem in deſolationem, Dan.11.e
Rex Aquilonis faciet ſecundum uoluntatem, eleuabitur & magnificabitur contra omnē deum, contra deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur ad ſuum tempus, Dan. 11. f
Rex Aquilonis deum patrum ſuorum non intelliget, erit in cōcupiſcentia fœminarum, Dan.11.f
Rex Aquilonis Aegyptum uincet, dominabitur theſaurorum auri & argenti, per Libyam & Aethiopiam tranſibit, Dan.11. g
Rex Aquilonis fama turbatus redibit in ira magna, ut plurimos interficiat, Dan.11.g
Rex Aquilonis uenerabitur deum Maozim, &c. Dan.11. f
Rex Auſtri præliabitur contra regem Aquilonis, ſed ſuccumbet multitudine, aliquæ tamen regiones uicinæ ſaluæ perſiſtent, Dan.11. g
Regem lætificauerunt in malitia ſua, & in mendacijs ſuis principes, Oſee 7.b
Rex extēdit manum ſuā cum illuſoribus, Oſ.7.b
Rex quid faciet nobis? non eſt rex nobis, dicit Iſrael, Oſee 10.a
Regem dabo tibi in furore meo, & auferā in indignatione mea, Oſee 13. c
Rex eorum tranſibit coram eis, & dominus in capite eorum, Mich.2. d
Rex nunquid non eſt tibi filia Sion? aut conſiliarius tuus perijt? quia comprehendit te dolor ſicut parturientem, Mich.4. c
Rex Iſrael dominus in medio tui Ieruſalem, non timebis malum ultra, Soph.3. c
Rex de Gaza perijt, Zach.9.a
Regi acceptus eſt miniſter intelligens, Prou. 14.d

Regis iracundiā inutilis ſuſtinebit miniſter, Prouerb.14. d
Regis dignitas in multitudine populi, Prou.14.d
Regi abominabiles qui agunt impie, quoniam iuſtitia firmabitur ſolium, Prou.16.b
Regis diuinatio eſt in labijs, in iudicio non errabit os eius, Prou. 16. b
Regis ira ut fremitus leonis, Prou. 19. b
Regis hilaritas ſicut ros ſuper herbam, Pro. 19.b
Regis terror ſicut rugitus leonis, q prouocat eum peccat in animam ſuam, Prou.20. a
Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo, Prou.20.b
Regem cuſtodiunt miſericordia & ueritas, roboratur clementia thronus eius, Prou.20. d
Rex ſapiens diſſipat impios, & incuruat ſup eos fornicem, Prou.20.d
Regis cor in manu dñi, ſicut diuiſiones aquarum, quocunq; uoluerit inclinabit illud, Prou.21.a
Regem amicum habebit propter gratiam labiorū, qui diligit cordis mundiciam, Prou.22. b
Regum cor inſcrutabile, Prou.25.a
Regis à uultu aufer impietatem, & firmabitur iuſtitia thronus eius, Prou.25. a
Coram rege ne glorioſus appareas, & in loco magnorum ne ſteteris, Prou.25.a
Rex iuſtus erigit terram, uir auarus deſtruet eam, Prou.29. a
Regi deus dicit apoſtata, duces quoq; uocat impios, Iob 34. b
Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur, Prou.29. b
Rex ego, Dauid & Chriſtus, cōſtitutus ſum à deo ſuper Sion montem ſanctum eius, Pſal.2. 6.
Regis ſui ſalutem magnificat dominus, & facit miſericordiā Chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius in ſæculum, Pſal.18.50.
Rex lætabitur in uirtute tua domine, & ſuper ſalutare tuum exultabit uehementer, Pſal.21.1.
Regis deſiderium tribuiſti ei, & uoluntate labiorū eius non fraudaſti eum, Pſal.21. 2.
Regis hoſtes dominus in ira ſua conturbabit, & deuorabit eos ignis, Pſal.21. 9.
Regis hoſtes declinauerunt in eum mala, cogitauerant conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire, Pſal.21. 11.
Regis hoſtes pones dorſum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum, Pſal.21. 12.
Regis magna gloria eſt in ſalutari dei, gloriam & magnum decorē imponit ſup eum de⁹, Pſ.21.6
Regem dabis in benedictionem in ſæculum ſæculi, lætificabis eum in gaudio cum uulto tuo, Pſal.21. 6.
Rex ſperat in domino, & in miſericordia altiſſimi non commouebitur, Pſal.21.6.
Regis manus inueniatur omnibus inimicis ſuis, dextera tua inueniat oēs q eum oderunt, Pſ.21.8
Regis hoſtes ponas ut clibanum ignis in tempo-

re uultus tui, Psal.21. 9.
Rex glorię dominus est, fortis et potens, dominus potens in prælio, Psal.24.8.
Rex meus tu ipse es, & deus meus, qui mandas salutes Iacob, Psal.44.4.
Regis filiæ omnis gloria ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus, Psal.45.13.
Regi uirgines post eam adducentur, in auri phrigiatis proxime eius afferentur tibi, Psal.45.14.
Regi afferentur uirgines, in lætitia & exultatione adducentur in templum regis, Psal.45. 15.
Rex concupiscet decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum, Psalmo 45. 11.
Rex excelsus terribilis dominus, magnus super omnem terram, Psal. 47. 2.
Rex omnis terræ deus, psallite sapienter, Psalmo 47. 7.
Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia, Psal. 68. 12.
Regi da tuum iudicium deus, & iustitiam tuam filio regis, Psal.72. 1.
Rex Israel intende, qui deducis uelut ouē Ioseph, Psal. 80. 1.
Rex meus & deus meus, exaltabo te, & benedicā nomini tuo in sæculum, &c. Psal. 145. 1.
Regis honor iudicium diligit, Psal.99. 4.
Rex Israel ego ecclesiastes fui in Ierusalem, Ecclesiastes 1.c
Rex ego proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole, Eccl'es 1. c
Rege sene & stulto melior est puer pauper & sapiens, Eccl'es 4.c
Ad regnum quis de carcere & catenis interdum egreditur, cum alius natus in regno inopia consummatur, Eccl'es 4. c
Rex omne quod uoluerit faciet, et sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis? Eccl'es 8. a
Regis os ego obserno, & præcepta iuramenti dei, Eccl'es 8. a
Regi ne detrahas in cogitatione, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia aues cœli portabunt uocem, & habens pennam annunciabit sententiam, Eccl'es 10. d
Rex introduxit me in cellaria sua, exultabimus & lætabimur in te, Cant.1.a
Rex cum esset in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, Cant.1. d
Penes regem noli uelle uideri sapiens, Eccl'ci 7.a
Rex insipiens perdet populum suum, Eccl'ci 10.a
Rex hodie est, & cras morietur, Eccl'ci 10. b
Regem uel rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera, omni cura tua explicita recumbe, ut læteris propter illos, &c. Ecclesiastici 32.a
Regiam coronam ornamentum gratiæ accipias, & dignationem corrogationis, Eccl'ci 32. a
Reges & potentes potenter tormenta patientur, Sap. 6. b
In regem redundat crudelitas officialium, Esth. 7. b
Regis læsiones uidere nephas ducunt Samariæ officiales, Esd.4.c
Regis edictum mutās, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, & domus eius publicetur, Esd.6. c
Regis in cor dedit deus affectum iustitiæ & pietatis, & ut glorificetur nomen dei, & domus eius, Esd.7. d
Reges præcellunt, qui terram & mare obtinent, qui bellatores mittunt, demoliuntur montes, muros, turres, quibus afferuntur quæ in bello prædantur, 3.Esd.4. a
Regi tributa afferuntur ab agricolis & militibus, cui omnes obediunt pro uoto, 3.Esd.4. a
Rex recumbit, bibit, dormit, custoditur à militibus, & seruis, qui per omnia eidem obediunt, 3.Esd.4.b
Regis auxilia petere Esdras erubuit, Esd.8.d
Rex fortior est, nimirum uino, ait secundus, 3. Esd.3.c
Rex magnus est in potestate sua, quoniā omnes regiones uerentur tangere eum, 3.Esd.4. c
Reges multi euersi propter Israelem, 4. Esd. 1.b
Regem suum & principes non curabunt homines, uiæ gestorum suorum in potentia sua, 4. Esd.15. a
Rex Iudæorum ubi est qui natus est? Matth.2.a
Rex ecce tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis, Matt. 21.a
Regi nuptias facienti filio simile est dei regnum, Matth.22.a
Rex missis exercitibus, homicidas occidit, & ciuitatem succendit, Matth.22.a
Rex Israel si est, descendat nunc de cruce, & credemus ei, Matth.27.e
Regem Iudæorum uultis uobis dimittam? Marci 15. a
Regi Iudæorum quid uultis ut faciam? Mar.15.b
Rex Iudæorum titulus causæ eius, Marc.15.c
Rex Israel Christus descendat nunc de cruce ut uideamus & credamus, Marc.15.c
Rex qui uenit in nomine domini benedictus, pax in cœlo & gloria in excelsis, Luc.19.f
Rex si tu es Iudæorum? Pilato quærenti respondit Christus, Tu dicis, Luc.23.a
Rex Israel tu es Rabbi, dicit Christo Nathanael, Ioan.1.g
Regem facere Iesum uolebant populi, Ioan. 6.b
Rex tuus filia Sion uenit, sedens super pullum asinæ, Ioan.12. c
Rex Israel benedictus qui uenit in nomine domini, Ioan.12.b

Rex ergo es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, Ioannis 18. g
Rex sum ego, ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, Ioan. 18. g
Regem qui se facit contradicit Cæsari, Ioan. 19. c
Rex ecce uester Pilatus dicit, Ioan. 19. c
Regem uestrum crucifigam? Ioan. 19. c
Regem non habemus nisi Cæsarem, Ioan. 19. c
Rex Iudæorũ noli scribere, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum, Ioan. 19. d
Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen, 1. Tim. 1. d
Regem honorificate, 1. Pet. 2. c
Regi subiecti estote, quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad uindictam malorum, laudem uero bonorum, 1. Pet. 2. c
Rex regum & dominus dominantium, scriptum in fœmore Christi, Apoc. 19. c
Regum bella contra Sodomitas, Gen. 14. a
Regibus rebellant serui, Gen. 14. a
Reges quatuor pugnant contra quinq;, Ge. 14. b
Regis uallis dicitur uallis Saue, Gen. 14. c
Reges in terra Edom enumerantur, Gen. 36. c
Reges in mõtanis Amorrhæorum, Ieruſalem, Hebron, Ierimoth, Lachis, Eglon, Ios. 10. b
Reges Amorrhæi quinq; absconderunt se in spelunca Maceda, Ios. 10. d
Reges quinq; in spelunca custodiuntur, donec hostes occidantur fugientes, Ios. 10. d
Reges in spelunca latitantes producuntur ad Iosue, & pedibus colla ipsorũ calcãtur, Ios. 10. d. e
Reges quinq; à Iosue suspensi in quinque stipites, usq; ad uesperum, Ios. 10. e
Reges proiecti in speluncam in quam confugerant, quæ & lapidibus occlusa est magnis, Iosue 10. e
Regum percussorum à filijs Israel trans Iordanẽ à torrente Arnon, usque ad montem Hermon, Ios. 12. a
Regum à Iosue occisorum catalogus, Ios. 12. c
Reges triginta unus numerantur quos Iosue percussit, Ios. 12. c. d
Regum iniqua imperia & fastus nimij, 2. Regum 20. a. b
Reges de exercitu separantur, & principes loco eorum reponuntur cum militibus à Syris, 3. Reg. 20. d
Regibus impingitur seruorum impietas, blasphemia & exprobratio, 4. Reg. 19. d
Regum habitaculum, egressum, introitum, uiam, deus præsciuit, 4. Reg. 19. f
Reges à deo increpati propter Israel, & calumniã illis facientes, 1. Par. 16. b
Reges erunt nutrcij tui, Hierosolymæ & ecclesiæ & reginæ nutrices tuæ, uultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent, Isa. 49. f
Reges uidebunt & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te, Isa. 49. b
Reges ingredientur per portas domus huius de genere Dauid, sedentes sup thronum eius, ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum, si uerbo dei auscultauerint, Iere. 22. b
Reges bibite, inebriamini, uomite, cadite, non surgatis à facie gladij, quem mittam, Iere. 25. e
Regibus occidentis qui habitant in deserto calix dei bibendus porrigitur, Iere. 25. e
Regum olim corpora comburebantur, etiam Iudæorum, Ierem. 34. a
Reges constituerunt sibi Israelitæ, & non ex me, Osee 8. a
Regnum peccans cõteram, à facie terræ, Am. 9. c
Reges & cõsules ædificãt sibi solitudines, Iob. 3. c
Regum baltheum dissoluit deus, præcingit funes renes eorum, Iob 12. c
Reges deus in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur, Iob 36. b
Reges iudicabit deus propter opera eorum, & scelera, quia uiolenti fuerunt, Iob 36. b
Regum aurem dominus reuelabit, ut corripiat, & loquetur ut reuertantur ab iniquitate, Iob 36. b
Reges si audierint & obseruauerint complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria, Iob 36. b
Reges si non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultia, Iob 36. b
Reges per sapientiam regnant, & legum conditores iusta decernunt, Prou. 8. b
Regum uoluntas labia iusta, qui recta loquitur diligetur, Prou. 16. b
Regis indignatio nuncij mortis, uir sapiens placabit eam, Prou. 16. b
Regis uultus in hilaritate uita, clemẽtia eius quasi imber serotinus, Prou. 16. b
Reges si uinum biberint forte obliuiscentur iudiciorum, & mutabunt causam filiorum pauperum, Prou. 31. a
Reges gentes in uirga ferrea, tanquam uas figuli confringes eos, Psal. 2. 9.
Reges nunc intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Psal. 2. 10.
Reges seruite domino in timore, exultate ei cum tremore, Psal. 2. 11.
Reges apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta cum exarserit in breui ira eius, Psal. 2. 12.
Reges terræ astiterunt, & principes in unum conuenerunt aduersum dñm & aduersus Christum eius, Psal. 2. 2.
Reges magnos percussit dominus & fortes, Og regem Basan, & dedit terram eorum hæreditatem Israel seruo suo, Psal. 136. 21. 22.
Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, Psal. 72. 10.

Reges terræ omnes adorabunt eum Christum, omnes gentes seruient ei, Psa.72.11.

Reges ecce cõgregati sunt, cõuenerunt in unum, Psa.48.4.

In regum conspectu loquebar in testimonijs tuis, &c̃. Psa.119.46.

Reges omnes terræ confiteantur tibi domine, qa audierunt uerba oris tui, Psa.138.4.

Regibus dans salutem redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno, &c̃. Psa.144.10.

Reges terræ & omnes populi, principes & oñes iudices terræ laudate deum, Psa.148.11.

Reges alligandi in compedibus, nobiles eorum in manicis ferreis, Psa.149.8.

Reges Iuda, Dauid, Ezechia, & Iosia exceptis, omnes peccatum commiserunt, nam reliquerunt legem altissimi, & contempserunt timorem dei, Eccl'ci 49.b

Reges Iuda dederunt regnum suum alijs, gloriã suam alienigenæ genti, Eccl'ci 49.b

Reges Iudæ incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, et desertas fecerunt uias ipsius in manu Ieremiæ, Eccl'ci 49.b

Reges Iuda male tractauerunt Ieremiã, qui à uentre matris propheta cõsecratus est, euertere, eruere, perdere, & iterum ædificare, & renouare, Eccl'ci 49.b

Reges audite & intelligite, discite iudices finium terræ, Sap.6.a

Reges & principes cum ministri essetis regni dei, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundum uoluntatem dei ambulastis, Sap.6.a

Regibus horrende & cito apparebit dominus, quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet, Sap. 6.a

Reges ad uos sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis, Sap.6.b

Reges concupiscite sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam, Sap.6.b

O reges populi si delectamini sedibus & sceptris, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis, diligite lumen sapientiæ, omnes qui præestis populis, Sap. 6.d

Rex sapiens stabilimentum est populi, Sap. 6.d

Reges accipite disciplinam per sermones meos, et proderit uobis, Sap. 6.d

Regum uoluntas in manu domini, 3. Esd.8.c

Reges omnes terrę conuocabo ad me uerendum, 4.Esd.15.b

Reges terræ à quibus accipiunt tributum? à filijs an ab alienis? Mat.17.d

Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici dicuntur, uos autem non sic, Luc.22.c

Reges astiterunt, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum & Christum eius, Acto.4.f

Pro regibus & principatibus orandum, ut quietam & tranquilam uitam agamus in omni pietate & castitate, 1.Tim.2.a

Reges & principes domini & serui abscondunt se in speluncis & petris montium præ timore sedentis super thronum & ab ira agni, Apo.6.d

Reges cum agno pugnabunt, & uincentur, Apo.17.d

Regibus in cor dabit deus, ut faciant quod placitum est illi, Apo.17.d

Reges dabunt regnum suum bestiæ, donec consumẽtur uerba dei, Apo.17.d

¶*Regina.*

Reginæ cœli ut placentas faciant, filij colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres cõspergunt adipem, ut libent dijs alienis, ut me ad iracundiam prouocent, Ier.7.d

Reginæ cœli sacrificabimus, aiunt fœminæ Iudæorũ in Aegypto, libabimusq; ei libamina sicut patres nostri, Ier.44.d

Reginæ cœli postquam sacrificare destitimus, indiguimus omnibus, gladio & fame consumpti sumus, aiunt fœminæ Iudæorũ in Aegypto contra Ieremiam prophetam, Ier.44.d

Reginę cœli nunquid sine uiris nostris facimus ei placentas, ad colendum eam, & libandum ei libamina? Ier.44.d

Reginæ sexaginta, concubinæ octoginta, &c̃. Can.6.b

Reginæ & concubinæ laudauerunt eam, Cantico. 6.c

Regina soror Machir dicta Molepheth, genuit uirum decorum Iscod, 1.Par.7.d

Regina Austri surget in iudicio cum uiris generationis huius, & condemnabit illos, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, Luc æ 11.d. Mat. 12.d

¶*Regnum.*

Regnorũ principium & regum Babylon & Nemrod, Gen.10.b

Regni grande malum adulterij impunitas, Gene.20.b

Regni legem Samuel scripsit in libro, legit ad populum, & reposuit coram domino, 1.Re.10.d

Regnum Israel scidit dominus à Saul, & tradidit illud proximo ipsius meliori, 1.Reg.15.f

Regnum Dauidis à Dan usq; Bersabee, 2.Re.3.b

Regni diuisio sub Roboam à domino facta est, 3.Reg.12.f

Regnum Salomonis est regnum domini dei sup Israel, 1.Par.28.b

Regnum Christi corroboratur in iudicio & iustitia amodo & usq; in sempiternum, Isa.9.b

Regnis omnibus terrę calix iræ dei ebibẽdus præ dicitur, Ier.25.e

Regna ut ligna aquarum non eleuabuntur in altitudine sua, sublimitatem suam nõ ponent inter frondosa, non stabunt in sublimitate, omnes

traditi sunt in mortem, &c. Eze. 31.e

Regnum minus Babylonico, & tertium æreum, & quartum ferreum, domans omnia, Dan. 2.f

Regnum cœli suscitabit deus cœli, quod in æternum non dissipabitur, nec alteri populo tradetur, comminuet tamen & consumet uniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum, Dan. 2.g

Regnis hominum dominatur excelsus, cui uult dat illud, humilimum hominum constituit in regnum, Dan. 4.b

Regnum, potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum regnum sempiternum est, & omnes reges seruiēt ei, & obediēt, Dā. 7.g

Regnum domini est, ipse dominabitur gentium, Psa. 22.28.

Regna terræ cantate deo, psallite domino, Psalmo. 68.32.

Regnum dei omnibus dominabitur, Psa. 103.18.

Regni tui gloriā dicent, potentiam tuam loquentur, Psa. 145.11.

Regnum tuum regnum omnium sæculorum, dominatio tua in omni generatione & generatione, Psa. 145.13.

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, iniurias, & contumelias, & dolos diuersos, Eccli 10.a

Regnum inferorum non est in terra, Sap. 1.d

Regna omnia dissipet deus, & populum qui extenderit manum suā, ut repugnet & dissipet domum dei illam, quæ est in Ierusalem, Esd. 6.c

Regna & populos partitus es Israeli in sortes, Neemiæ 9.d

Regnum dei paratum est gentibus, uigilate, contriui malum, creaui bonum, quia uiuo ego dicit dominus, 4. Esd. 2.b

Ad regni dei præmia parati estote, quia lux perpetua lucebit uobis per æternitatem temporis, 4. Esd. 2.c

Regnum cœlorum appropinquauit, agite pœnitentiam, Ioannes prædicauit, Mat. 3.a

Regna mundi diabolus Christo ostendit, & promittit, in monte excelso, Mat. 4.b

Regnum cœlorū est pauperum spiritu, Mat. 5.a

Quia tuum est regnum & potentia in sæcula sæculorum, Amen, orationi dominicæ adiectum, Mat. 6.b

Regnum dei primum quærite, & eius iustitiam, & hæc omnia adijcientur uobis, Mat. 6.d

Regnum cœlorum non intrabit omnis qui dicit, Domine domine, sed qui uoluntatem facit patris mei, qui in cœlis est, Mat. 7.c

Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, Mat. 11.b

Regnum diuisum contra se desolabitur, Mat. 12.b

Regnum consurget contra regnum, Mat. 24.a

Regnum uobis paratum possidete à constitutione mundi, Mat. 25.c

Regnum cœlorum simile seminanti super seminatis zizanijs, sinapis grano, fermēto, Mat. 25.a. b.c.d.e. thesauro in agro.g

Regnum cœlorum comparatur thesauro abscondito in agro, negotiatori quærenti bonas margaritas, sagenæ missæ in mare, Mat. 13.f.g

Regnum dei prope esse scitote, cum uideritis hæc fieri, Luc. 21.f

Regnum si diuidatur, nō potest regnum istud stare, Mar. 3.c

Regnum dei cui assimilabimus? aut cui parabolæ comparabimus illud? Mar. 4.d

A regno dei non es longe, Mar. 12.d

Regnum dei ueniens in uirtute uidebunt quidā ex hic stantibus antequam moriantur, Marci 9.a

Regnum dei auferetur à uobis, et dabitur genti facienti fructus eius, Mat. 21.d

Regna mundi mihi tradita sunt, & cui uolo do illa, ait diabolus Christo, Luc. 4.b

Regna omnia orbis terræ ostendit Christo diabolus in momento temporis, Luc. 4.b

Regnum dei oportet me euāgelizare ciuitatibus, Luc. 4.g

Regni dei mysterium uobis datum est nosse, cæteris in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant, Luc. 8.b

Regnum dei tu uade & annuncia, Luc. 9.g

Regnum dei appropinquauit, hoc scitote, Lucæ 10.b

Regno dei aptus nemo est, mittens manum suam ad aratrum, & retrospiciens, Luc. 9.g

Regnum dei appropinquauit in uos, Luc. 10.b

Regnum dei profecto peruenit in uos, si in digito dei eijcio dæmonia, Luc. 11.c

Regnum omne in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet, Luc. 11.c

Regnum dei primum quærite, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis, Luc. 12.d

Regnum uobis dare patri uestro complacuit grex pusille, Luc. 12.d

Regnum dei simile dicitur grano sinapis, fermento, Luc. 13.d

Regno dei accumbent uenientes ab oriente, occidente, aquilone, & austro, Iudæis expulsis, Lucæ 13.f

Regnum dei non uenit cum obseruatione, Lucæ 17.e

Regnum dei intra uos est: non enim dicent, Ecce hic aut ecce illic, Luc. 17.e

Regnum dei qui non receperit ficut puer, nō intrabit in illud, Luc. 18.d

Regnum dei existimabant confestim manifestandum, Luc. 19.b

Regnum ego dispono uobis sicut dispositit mihi pater meus, ut edatis & bibatis, &c. Luc. 22.c

In regno meo edatis & bibatis sup mensam meā, Luc. 22.c

Regnum dei expectabat Ioseph ab Arimathęaci uitate Iudææ, Luc.23.g

Regnum dei Romæ Paulus prædicat cum omni fiducia sine prohibitione, Act.28.g

Regnum dei non intrabit nisi renatus ex aqua & spiritu sancto, Ioan. 3.a

Regnum dei uidere non potest nisi quis fuerit renatus denuo, Ioan.3.a

Regnum meum non est de hoc mundo, Ioã.18.f

Regnum meum si esset ex hoc mundo, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc, Ioan. 18.f

Regnum Israel si in tempore hoc restitues domine? Act.1.a

Regnum dei intrare oportet p multas tribulationes Paulus docet facto & uerbis, Act. 14.d

Regnum dei prædicaui per uos transiens, quos amplius uisurus non sum, Act.20.e

Regnum dei iustitia est & pax, & gaudium in spiritu sancto, Rom.14.c

Regnum cum tradiderit Christus deo & patri, tunc euacuabitur omnis principatus, potestas, & uirtus, 1.Cor.15.d

Regnabit Christus donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius deus, 1. Cor. 15.d

Regnum dei caro & sanguis possidere non possunt, 1.Cor.15.g

Regnum dei non possidebunt iniqui, 1.Cor.6.b

Regnum dei non consequentur qui agunt opera carnis, Gal.5.d

Regnum Christi & dei non hæreditabit auarus, immundus, & omnis fornicator, Eph. 5.b

Regnum immobile suscipientes habemus gratiam, Heb.12.g

Regni æterni introitus ministrabitur per fidem, uirtutes, & bona opera, 2. Pet.1.b

Regni dei hæredes sunt pauperes reb⁹, diuites autem fide, & deum diligentes, Iac. 2.a

Regnum fecit Christus, & sacerdotes deo & patri suo, Apo.1.b

Regnum huius mundi factum domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum, Apo.11. d

¶Regula aurea 50. siclorum furto accepta ab Achan de anathemate Iericho, Ios. 7.d

¶Regulus egredietur de radice colubri, et semen eius absorbens uolucrem, Isa. 14.g

¶Regulam hanc qui sequuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel dei, Galat.6. d

Regula fidelium communis à Petro scripta, Omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hæreditatis possideatis, 1. Pet.3.b

¶Reguli filius infirmabatur Capernaum, Ioannis 4. f

Regulus audiens Iesum uenisse, abijt ad eum, rogans ut descenderet, & sanaret filium, qui mori incipiebat, Ioan. 4.f.g

¶Rhegium à Syracusis circumlegẽtes uenimus, Act.28.c

¶*Rehum.*

Rehum sacerdos rediens cum Zorobabel, Neemiæ 12.a

Rehum caput populi signator fœderis initi, Neemiæ 10.a

Rehum filius Benni Leuita, ædificat prope sepulchrum Dauid, Nee. 3.d

Rehum redijt de Babylone, Esd.2.a. Naum, Neemiæ 7. b

¶Reia filius Micha, pater Baal, 1.Par.5.a

¶*Religio.*

Religiosi omnes benedicite domino deo deor⁊, Dan. 3.f

Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atq; gaudium dabit, Eccl'ci 1. c

Religiosum si quis se esse putat non refrenans suã linguam, sed seducens cor suum, huius uana est religio, Iac. 1.d

Religiosi uiri Iudæi ex omni natione quæ sub cœlo est erant Hierosolymis habitantes, Act.2.a

Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, Visitare pupillos et uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum custodire se ab hoc sæculo, Iac.1.d

¶*Relinquere.*

Relinquendi pater & mater ut uxori adhæreatur, Gen.2.d

Relinquere chara in hoc mundo docemur, Gene.12.a

Reliquiæ paucæ datæ sunt Israeli, Esd. 9.b

Reliquiæ tuæ in bonum, occurri tibi in tempore afflictionis aduersus inimicum, Ier. 15.c

Relictis omnibus continuo secuti sunt Christum Petrus & Andreas, Mat.4.d

Reliquimus ecce omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Mat. 19.d. Mar.10.d

Relinquens domum, fratres, sorores, & patrem, & matrem, uxorem, filios, & agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit, Mat. 19.d

Relictis retibus secuti sunt eum, Mar. 1.b

Reliquias fragmentorum sustulerunt duodecim cophinos plenos, & de piscibus, Mar. 6.f

Relinquens domum, fratres, sorores, patrem, matrem, filios, agros propter me & propter Euangelium, accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in sæculo futuro uitam æternam, Mar. 10.d

Relinquens domum, parentes, fratres, uxorem, & filios propter dei regnum, multo plura recipiet

in hoc tempore, & in sæculo futuro uitam æternam, Luc. 18.f

¶Remeia de filijs Pharos duxit alienã, Esd.10.c

¶Remetietur uobis in qua mensura mensi fueritis, Mat. 7.a

¶*Remittere.*

Remittit clementer dominus debita humiliter orantibus, & cõfratribus remittentibus in se commissa, Mat. 18.d

Remittere debet unusquisque fratri suo de corde suo offensam, Mat. 18.d

Remitte proximo tuo peccanti in te, et tunc deprecanti tibi, peccata soluentur, Eccl'ci 28.a

Remissio peccatorum non fit sine effusione sanguinis, Heb. 9.f

Remissio peccatorum ubi est, iam non est oblatio pro peccato, Heb. 10.c

Remissionis fiduciam habeamus in introitu sanctorum in sanguine Christi, Heb. 10.d

¶Remiges Tyriorum habitatores sunt Sidonis & Aradij, Eze.27.b

¶*Remmon.*

De Remmon Phares ueniunt in Lebna, Nu.33.c

Remmon ciuitas de tribu Zabulon, Ios.19.b

Remmon ciuitas tribus Simeon, Ios.19.a

Remmon ciuitas Iuda ad meridiem, Ios. 15.e

Remmon petra refugium Beniamitæ, Iud.20.g

Remmon deus Damasci, 4.Reg.5.e

Remmon ciuitas Simeonis, 1. Par.4.e

¶Remmono urbs pro Merari in tribu Zabulon, 1.Par.6. g

¶Reema & Saba negotiatores in gemmis & auro adsunt Tyrijs. Eze.27.e

¶Remos Tyrij sumunt querc⁹ de Basan, Ez.27.a

¶Remias alienam duxit, 3. Esd. 9.c

¶Rempham & Moloch figuras fecerunt Israel adorare eas, Act.7.f

¶Romẽthiezer filius Hemã in musicis, 1.Pa.25.b

¶Renatus nisi quis fuerit denuo, non potest uidere regnum dei, Ioan. 3.a

Renatus nisi quis fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei, Ioan. 3.a

¶Renouamini spiritu mentis uestræ, Eph. 4.e

¶*Renes.*

Renib⁹ meis immisit filias pharetræ meę, Thr.3.b

Renes mei erudierunt me usq; ad noctẽ, Psa.16.7.

Renes meos tu possedisti, suscepisti me de utero matris meæ, Psa. 139.13.

Renum testis est deus, Sap.1.b

¶*Repromittere.*

Repromissorem fugit peccator et immundus, Ecclesiastici 29.c

Repromissoris bona sibi adscribit peccator, & ingratus sensu derelinquet liberantẽ se, Eccl'ci 29.c

Repromittit uir de proximo suo, & cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo, Eccl'ci 29.c

Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & commouit illos quasi fructus maris, Ecclesiastici 29.c

Repromissio uiros potentes gyrans migrare fecit, & uagati sunt in gentibus alienis, Ecclesiastici 29.c

Repromissionem nequam incidet peccator, transgrediens mandatum domini, Eccl'ci 29.c

Repromissio uobis est & filijs uestris, et omnibus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit dominus deus noster, Act.2.f

¶Reprobus inueniri optat Paulus, ut Corinthij nihil mali fecisse inueniantur, 2.Cor.13.c

Reprobos nos non esse cognoscetis spero, 2.Corin.13. b

¶Repleti estis in Christo, qui est caput oñis principatus & potestatis, Col. 2.b

¶Reposita non percipiẽt qui angusta non subintrant, 4. Esd.7.a

¶*Reptile.*

Reptans super terram abominabile non edendum, Leuit.11.g

Reptilia producuntur ab aquis, Gen.1.c

Reptilia iuxta genus inducta in arcam, Gen.6.d

Reptilium dominus est homo, Gen.1.d

Reptilia producuntur è terra, Gen.1.c

¶*Repudium.*

Repudij libellum uir scribet uxori ingratæ ob fœditatem, & dimittet, Deut.24.a

Repudiata alterum maritum ducens, & iterum repudiata ab eodẽ, non poterit recipi à priori marito, quia polluta & abominabilis facta est, Deutero.24.a

Repudij libellum det qui uxorem dimiserit, Matthæi 5.e

Repudij libellum permisit Moyses scribere, & dimittere uxorem uiro, Mar. 10.a

Repudij præceptum scripsit Moyses ad duritiam cordis uestri, ab initio creaturæ masculum & fœminam fecit eos deus, Mar.10.a

¶*Requies.*

Requiem omnẽ negat Israelitis Pharao, Exo.5.a

Requiescetis à cunctis hostibus uestris per circuitum, et absq; ullo timore habitabitis in loco quẽ elegerit dominus, ut sit nomen eius in eo, Deutero. 12.b

Requiem & possessionem uestram nondum usq; ad præsens assecuti estis, Deut.12.b

Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, Isa.58.d

Requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum uestrum, Aba.3.d

Requiesces, & nõ erit qui te exterreat, si iustus fueris, &c. Iob 11.d

Requies æterna melior est quàm languor perseuerans, Eccl'ci 30.c

Requies quasi nulla hominibus, &c. Eccl'ci 40.a

Requiem quærens immundus spiritus, & non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam unde exiui,

exiui, Luc. 11.c

Requiem animabus uestris inuenietis, si didiceritis à me, quia mitis sum & humilis corde, Matthæi 11.d

Requies uobis qui tribulamini dabit nobiscum in reuelatione domini Iesu de cœlo, 2. The. 1.c

Requiem ingredimur, qui credimus uerbo dei, Heb. 4.a

Requies dei intelligitur ab operibus ab institutione mundi perfectis, Heb. 4.a

Requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis, Heb. 4.b

Requiē Israelitis Iesus non præstitit, alioqui nunquam de alia loqueretur posthac die, Heb. 4.b

Requiescit à suis operibus qui ingressus est in requiem Israeliticam, Heb. 4.c

Requiem fidelium festinemus ingredi, ne per incredulitatem incidamus in iram dei, Heb. 4.c

¶Resen ædificauit Assur, Gen. 10.b

Resen inter Niniuen & Chale, Gen. 10. b

¶*Respha.*

Respha filia Aia concubina Saul, 2. Reg. 3.a

Resphæ filiæ Aia concubinæ Saul pietas ad filios Saul, 2. Reg. 21.b

Resphæ filiæ Aia natos ex Saul Dauid crucifigi permisit Gabaonitis, 2. Reg. 21.b

¶Reseph regio uastata ab Assyrijs, 4. Reg. 19.c Isa. 37.c

Reseph filius Beria filij Ephraim, 1. Par. 7.c

¶Resia filius Olla de Aser, 1. Par. 7.g

¶Resina portatur è Galaad, Gen. 37.c

Resina nunquid non est in Galaad, aut medicus non est ibi, quare igitur nō est obducta cicatrix filiæ populi mei, Ier. 8.g

¶De Ressa profecti ueniunt in Ceelatha, Nu. 33.c

¶*Respondere.*

Respondimus ex ordine ad interrogata, Ge. 43.b

Responsio mollis frangit iram, Pro. 15. a

Respondens priusquam audiat stultum se esse demonstrat, & confusione dignum, Pro. 18.b

Responsum uerum profer cum sapientia, Ecclesiastici 5.d

Responde de proximo, si est tibi intellectus, Ecclesiastici 5. d

Respondete obsecro absq; contētione, & loquentes id quod iustum est iudicate, Iob 6. d

Responsuri coram regibus & præsidibus ponite in cordibus uestris non præmeditari: ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij uestri, Lu. 2.c

Respondenda semper ratio fidei & spei uestræ, cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt uobis, confundantur, qui calumniantur uestram in Christo conuersationem, 1. Pet. 3.c

¶*Respicere.*

Respicit deus afflictionem & laborem Iacob, Gen. 31.f

Respexit dominus ad Abel et ad munera eius, Gene. 4.a

Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus, &c. Ag. 1.b

Respiciendum non est retro exeunti Sodomam, Gen. 19. d

Respice in seruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum, Psa. 90. 16.

¶Restituet mihi dominus secundum iustitiā meā, 2. Reg. 22.c

¶*Retribuere.*

Retribuit dominus secundum iustitiā pij, 2. Regum 22.b

Retribuet mihi dominus secundum iustitiā meā, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, Psa. 18. 20.

Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Psa. 116. 12.

Retribuet dominus pro me, domine misericordia tua in sæculum, Psa. 138. 8.

Retribuere unicuiq; secundum uias suas in die obitus tui facile est coram deo, Eccli 11.c

¶Retrorsum incedunt filij Noë ad operiendum patris sui nudata uerenda, Gen. 9.d

Retro abierunt multi ex Christi discipulis, Ioā. 6.g

¶Reu filius Phaleg pater Sarug, Gen. 11.c

Reu uixit 32. & 207. annis, Gen. 11.c

¶Reum Beelteem consiliarius, Esd. 4.b

¶Residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eius, Ier. 15.b

Residuum erucæ comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus, residuum bruchi comedit rubigo, Ioel. 1.a

¶*Resurrectio.*

Resurrectio impijs ad uitam non erit, 2. Mac. 7.c

Resurrecturi neq; nubent neq; nubentur, Matthæi 22. c

Resurrecturi ex mortuis qui digni habebunt neq; nubent neq; uxores ducent, Luc. 20.f

Resurrectionem uitæ qui bona fecerunt, qui uero mala egerunt procedent in resurrectionem iudicij, Ioan. 5.e

Resurrectio & uita ego sum, qui credit in me etiā si mortuus fuerit uiuet, Ioan. 11.c

Resurget frater tuus, Ioan. 11.c

Resurget scio frater meus in resurrectione mea in nouissimo die, Ioan. 11.c

De resurrectione Christi Dauid loquutus est, dicens, Quia neq; derelictus est in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem, Act. 2. e

Resuscitauit hunc Iesum deus, cuius nos testes sumus, Act. 2. e

Resurrectionis Christi testimonium apostoli reddebant magna uirtute, Act. 4.g

Resurrectionis Christi testes extant usq; nunc, Acto. 13. e

Resurrexit Christus à mortuis, non iam reuersurus in corruptionem sicut dixit, Non dabis san-

ctum tuum uidere corruptionem, Act. 13.e

Reſurrectionem ex mortuis Ieſu diſcipulos prædicare Sadducæi dolebant, Act. 4.a

Reſurrectionem mortuorum quidam irridebant, quidam dicunt, Audiemus de te hoc iterum, Acto. 17.g

Reſurrectio futura Paulo credita iuſtorum & iniquorum, Act. 24.d

Reſurrectionis mortuorũ ob ſpem Paulus accuſatur à Iudæis, Act. 26.b

Reſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriã patris, ut & nos in nouitate uitæ ambulemus, Roma. 6.a

Reſurgens Chriſtus ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, Rom. 6.b

Reſurrectio mortuorum ſi non eſt, ergo nec Chriſtus reſurrexit, 1. Cor. 15.b

Reſurget unuſquiſq; in ſuo ordine, primitiæ autem Chriſtus, 1. Cor. 15.c

Reſurgemus quidem omnes, ſed non omnes immutabimur, 1. Cor. 15. g

Reſurgens Chriſtus aparuit Cephæ & 11. deinde plus quàm 500. fratribus ſimul, deinde Iacobo, deinde apoſtolis omnibus, nouiſſime omnium mihi tanquam abortiuo, 1. Cor. 15.a

Reſurrexiſtis in Chriſto per fidẽ operationis dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis, Col. 2.c

¶De Rethma profecti ueniunt in Remmonphares, Num. 33.c

¶*Rete.*

Rete expandit pedibus meis, conuertit me retrorſum, poſuit deſolatam, &c̃. Thr. 1.e

Rete expãſum ſup Thabor facti eſtis ſpeculatiõi, ſacerdotes & domus regis, Oſee 5.a

Rete meum expandam ſuper Ephraim, cum profecti fuerint ad Aegyptios, quaſi uolucrem cœli detraham eos, &c̃. Oſee 7. c

Rete fruſtra iacitur ante oculos pennatorum, Prouer. 1.b

Rete laxabo in uerbo tuo, Luc. 5.a

Rete mittite in dexteram nauigij, & inuenietis, Ioan. 21.a

Rete traxit plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus, Ioan. 21.b

Rete ſciſſum non eſt, cum tanti eſſent piſces, Ioan. 21. b

¶*Reuelare.*

Reuela domino uiam tuam, ſpera in eo, & ipſe faciet, Pſa. 37. 5.

Reuelabitur filius me⁹ Ieſus cum his qui cum eo ſunt, & iucundabuntur qui relicti ſunt in annis quadringentis, & erit poſt annos hos, morietur filius meus Chriſtus, & omnes qui ſpiramentum habent homines, &c̃. 4. Eſd. 7.b

Reuelatio Chriſti expectanda, qui fideles confirmabit, 1. Cor. 1.b

Reuelauit deus nobis per ſpiritum ſuum quæ fidelibus præparauerit, 1. Cor. 2.c

Reuelabitur dominus Ieſus de cœlo cum angelis uirtutis eius in flamma ignis, 2. Theſſ. 1.c

Reuelabitur ſuo tempore filius perditionis, 2. Theſſ. 2.a

Reuelatum ſi quid ſedenti fuerit prior taceat, 2. Cor. 14.f

¶Reuertimini ad me, & reuertar ad uos, &c̃. Malac. 3. c

¶Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo, nec retineas uerbum in tempore ſalutis, Eccl'ci 4.c

Pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia, Eccl'ci 32. b

¶Ribai pater Idhai de Gabaath Beniamin, 2. Regum 23.d. 1. Par. 11. f

¶*Ridere.*

Ridet Abraham de promiſſione filij ex Sara, Gene. 17. c

Riſit Sara poſt oſtium tabernaculi, Gen. 18.b

Riſus etiam honeſtus reprehenditur, Gen. 18.b

Ridendum non eſt quicquid deus loquitur, Gene. 18. b

Riſus pro gaudio, Gen. 21.a

Riſum dominus fecit Saræ, ut corrideatur illi, Gene. 21. a

Riſus factus ſum omni populo, canticum eorum tota die, Thr. 3.b

Riſus dolore miſcebitur, Pro. 14.b

Ridebis in uaſtitate & fame, beſtias terræ non formidabis, Iob 5.d

Si ridebam ad eos non credebant, Iob 29.d

Riſum reputaui errorem, Eccl's 2.a

Riſus ſtulti ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, Eccl's 7.a

In riſu faciunt panem & uinum, ut epulentur uiuentes, Eccl's 10.d

In riſu fatuus exaltat uocem ſuam, uir autem ſapiens uix tacite ridebit, Eccl'ci 21.c

Ridentibus nunc uobis uæ, quia lugebitis & flebitis, Luc. 6.d

Riſus peccantium in delictis peccati, Eccl'ci 27.b

Ridentes quidam, dicebant: Muſto pleni ſunt iſti, Actorum 2.b

Riſus ueſter in luctum conuertatur, Iac. 4.b

¶Rigabatur regio Sodomę & Gomorrhę ut hortus domini, Gen. 13.c

¶*Rhinoceros.*

Rhinocerotis fortitudini ſimilis eſt Iſrael, Numeri 23.d

Rhinoceros nunquid uolet ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? Iob 39.b

Rhinocerota nunquid alligabis ad arandum loro tuo, aut confringet glebas uallium poſt te? Iob 39. b

In Rhinocerotis fortitudine num habebis fiduciam, ut derelinquas ei labores tuos? Iob 39. b

Rhinoceroti num credes ſementem tuum, ut reddat tibi, & aream tuam congreget? Iob 39.b

¶Riphat filius Gomor nepos Iaphet, Gen. 10.a 1. Par. 1. a

¶Riuos fluminis non uideat impius, torrẽtes mellis & butyri, Iob 20.c

Riuos deus excidit in petris, omne pretioſum uidit oculus eius, Iob 28.b

¶*Rixæ.*

Rixas dirimit Abraham ceſſione, Gen.13.b

Rixas abominantur ſancti, Gen. 13.b

Rixa oritur ex diuitijs, Gen.13.b

¶Roaga filius Somer filij Heber de tribu Aſer, 1. Par.7. g

¶*Roboam.*

Roboam congregat totam domum Iuda & Beniamin 180000. electorum, ut reducat ad ſe regnum, 3.Reg.12.e

Roboam conſilio ſenum monetur acquieſcere populo precanti, & reſpondere lenia, 3.Re.12.b

Roboam conſilio adoleſcẽtum iubetur dicere populo, Digitus minimus meus groſſior eſt dorſo patris mei, ego addã ſuper iugum patris mei, cædamq; uos ſcorpionibus, 3.Reg.12.b.c

Roboam filius Salomonis regnauit pro eodem, 3.Reg.11.g

Roboam in Sichem congregat populum, ut rex conſtituatur ſuper Iſrael, 3.Reg. 12.a

Roboam adoleſcentum conſilio perditus eſt, 3. Reg.12.b

Roboã non acquieuit populo, quoniã auerſatus fuerat eum dominꝰ, ut ſuſcitaret uerbum ſuum quod loquutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, 3.Reg.12.d

Roboã ſepultus in ciuitate Dauid, pro quo regnauit Abia, 2.Par.12.d

Roboam regnauit ſuper filios Iſrael, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, 3.Reg.12.d

Roboam miſit Adurã, qui ſuper tributa erat, pro reuocando Iſraele ad obedientiam Roboam, 3. Reg.12. d

Roboam currum feſtinans aſcendit, & redijt in Ieruſalem, 3. Reg.12.d

Roboã regnum ab eo diuiditur domino deo authore, 3.Reg.12.f

Roboam dum regnat ſtatuuntur aræ, ſtatuæ, luci, excelſa, efœminati ſunt in terra gẽtilium more, 3.Reg. 14.f

Roboam regni 5. anno Seſac rex Aegypti tulit de Ieruſalem theſauros domus domini regios, aurea ſcuta, 3.Reg.14.g

Roboam facit ſcuta ærea pro aureis, tradit in manus ſcutariorum domus regis, unde producebãtur dum eſſet uſus, 3.Reg.14.g

Roboam regis mater Naama Ammonitis, 3.Regum 14. f

Roboam regnauit in Iuda 17. annis, cœpit anno ætatis 41. 3.Reg.14.f

Roboam & Ieroboam ſemper bella habuerunt mutuum, 3.Reg.14.g

Roboam mortuus & in ciuitate Dauid ſepultus, pro quo regnauit Abiam filius eius, 3.Re.14.g

Roboã in Sichem rex conſtituitur Iuda, deficiunt autẽ ob durum reſponſum 10. tribus, 2.Pa.10.a

Roboam dura reſpondens iuxta iuuenum conſilium alienauit à ſe regnum ex iudicio prouidentiæ dei, 2.Par.10.d

Roboam fuga lapſus ſaluatur, & redit Hieroſolymam, 2.Par. 10.d

Roboam regnauit ſuper filios Iſrael, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, 2.Par.10.d

Roboam 80000. electorum militum conuocans ut dimicet contra Iſrael, ſermone domini reuocatur ad pacem habendam, 2. Par.11. a

Roboam amauit Maacha uxorem filiam Abſalom prę cæteris uxoribus, quas habuit 18. et concubinas 60. genuitq; 28. filios, & 60. filias, 2. Par.11.d

Roboam conſilium audit ſeniorum & ſpernit ſalutem, iuniorum autem conſilium infauſtum ſequitur, 2.Par.10.a

Roboam in Ieruſalẽ habitãs ædificat urbes Iuda, Bethleem, Etam, Thecue, Bethſur, &c. 2.Pa.11.b

Roboam habuit filios Ieus, Somoriam, Zoom ex Abihail filia Eliab fratris Dauid, 2.Par.11.d

Roboam urbes muris clauſit, principes pręfecit ciborum, horrea olei & uini, 2.Par.11.b

Roboam armamentaria fecit ſcutorum haſtarumq; in urbibus, quas firmauit ſumma diligentia, 2. Par.11.b

Roboam imperauit ſuper Iudam & Beniamin, 2. Par.11.b

Roboam ſuſcepit Leuitas & ſacerdotes totius Iſraelis de ſuis ſedibus profligatos per Ieroboã, 2.Par.11.b

Roboam filios ſuſcepit ex Maacha filia Abſalom Abia, Ethai, Ziza, Salomith, 2.Par.11.d

Roboam confirmatus in regno per Leuitas & alios Iſraelitas, dominum deum Iſrael colere cupientes de 10. tribubus, 2.Par.11.c

Roboam regnum confirmatum annis tantum 3. quibus ambulauerunt in uijs Dauid, 2. Pa.11.c

Roboam duxit uxorem Mahalat, filiam Ierimoth filij Dauid, 2. Par. 11.d

Roboam regno confortato legem domini dereliquit rex, & omnis cum eo Iſrael, 2.Par.12. a

Roboam anno 5. Seſac rex Aegypti cepit ciuitates Iuda munitas, & uenit uſq; in Ieruſalem, 2. Par.12.a

Roboam geſta ſcripta ſunt à prophetis Semeia & Addo, 2.Par.12.d

Roboam aduerſum Ieroboam ſemper pugnauit & contra, 2.Par.12.d

Roboam poſt pœnitentiam iterum confortatus regnauit in Ieruſalẽ 17. annis, cum in principio regni fuerit annorum 40. & unius, 2.Pa.12.c

Roboam mater Naama Ammonitis non præparauit cor ſuum, ut quęreret dominum, 2.Pa.12.d

Roboam erat rudis et corde pauido, nec potuit reſiſtere, 2.Par.13.b

Roboam prudentia imminutum, ſtultitiam gentis dereliquit Salomõ de ſemine ſuo, Eccl'ci 47.d
Roboam filius Salomonis pater Abiæ, Mat.1.a

¶*Robuſtus.*

Robuſti quomodo ceciderunt & perierunt arma bellica, 2.Reg.1.d
Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet, Am.2.d
Robur panis & robur aquæ auferet à Ieruſalem dominus, Iſa.3.a
¶Rhodę puella Petrum liberatum carcere agnouit ex uoce, Act. 12.c
¶Rhodotus prodit myſteria hoſtibus, 2.Ma.13.f
¶Rhodum ſcribunt Romani pro Iudæis, 1.Macha.15.d
Rhodum à Mileto uenimus, Act. 21. a

¶*Rogare.*

Rogationem contribulati ne abijcias, & nõ auertas faciem tuam ab egeno, Eccl'ci 4.a
Rogo nõ tantum pro diſcipulis meis, ſed pro eis, qui credituri ſunt p uerbum eorũ in me, Ioã.17.c
Rogo pro fidelibus, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut et ipſi in nobis unum ſint, Ioan. 17.c

¶*Rogel.*

Rogel fons limes tribus Iudæ, Ioſ. 15.b
Rogel fons limes eſt Beniamin, Ioſ.18.c
Ad Rogel fontem conſilium reuelatur per ancillam filijs ſacerdotum ad ſalutem Dauidis, 2. Reg.17.d
Rogelim unde Berzellai Galaadites, 2.Reg.17.g
Rogel fons uicinus lapidi Zoheleth, 3. Reg.1.b
¶Rogom Melech miſſus ad prophetam, Zacha.7.a

¶*Rohob.*

Rohob ciuitas tribus Aſer, Ioſ. 19.c
Rohob in finibus tribus Aſer, Ioſ.19.c
Rohob ciuitas Aſer pro Gerſonitis habitatio, Ioſue 21.c
Rohob non deleta à tribu Aſer, Iud.1.f
Rohob regio in qua ſita eſt Lais, quę & Dan, Iudicum 18.g
Rohob pater Adarezer regis Soba, 2.Reg.8.a
Rohob urbs refugij in Aſer, 1. Par.6.g
Rohob ſignator literarum fœderis, Nee. 10.a
¶Rohobia filius Eliezer, nepos Moyſis, habuit multos filios nimis, 1.Par.23.c
¶Rohoboth urbs unde Saul rex Edom, Ge.36.d
Rohoboth iuxta amnem ſita eſt, 1.Par.1.d
¶Romemthiezer cantorum 24. cum filijs & fratribus 12. 1.Par.25.d
¶Roma concubina Nachor, Gen.22.d
Roma filios 4. à Nachor genuit, Gen.22.d

¶*Romani.*

Romani ſamantur de potentia, manſuetudine, fideli amicitia, bello & pace, 1.Mach.8.a
Romani Galatiam tributariã fecerunt, 1.Mac.8.a
Romani Hiſpaniam ſubiugarunt, 1. Mach.8.a
Romani uicerunt Philippum & Perſen Cethæorum regem, 1. Mach.8.a
Romani Antiochum magnum regem Aſiæ contriuerunt, 1.Mach.8.b
Romani regionẽ Indorum Medos & Lydos obtinuerunt, Ibidem.
Romani epiſtolas mittunt regibus pro Iudæorũ protectione, 1.Mach.15.c
Romani Demetrio ſcribunt, ut pacẽ habeat cum Iudæis, 1.Mach.8.d
Romani fortes et duri contra perfidos, pro amicis fideles, 1.Mach.8.b
Romanorum nomen propinquis et remotis gentibus terrori erat, 1.Mach.8.b
Romani ſtatuerunt & deiecerunt reges & regna pro uoto, 1.Mach.8.b
Romanorũ nemo portat diadema, nec induitur purpura, 1.Mach.8.c
Romani curiam habent trecentorum uiginti conſulum, 1. Mach.8.c
Romani magiſtratum ſuum committunt uni per ſingulos annos, cui omnes obediunt ſine inuidia & zelo, 1.Mach.8.c
Romanorũ reſcriptum de fœdere cum Iuda Machabæo & Iudæis, 1.Mach.8.d
Romam Numenius mittitur à Simone cum aureo clypeo, 1. Mach.14.d
Romanis tributum dandum duum millium talentorum, 2. Mach.8.c
Romanorum epiſtola ad Iudæos, 2. Mach. 11.g
Romani uenient & tollẽt noſtrum locum & gentem, Ioan. 11.f
Romæ dilectis dei uocatis ſanctis gratia & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto, Rom.1.a
Romanis etiã euangelizare in me promptum eſt, Rom.1.b
Romã uenire propoſui, ut aliquẽ fructum habeã in uobis, ſicut & in cæteris gentibus, Rom.1.b
Romanorum fides annunciat in uniuerſo mundo, Rom.1.b
Romani pleni dilectione & omni ſcięntia, Ro.15.c
Romani per dilectionem & ſcientiam poſſunt alterutrum monere, Rom. 15.c
Romanis audacius Paulus ſcripſit propter gratiã datam à deo, ut ſit miniſter Chriſti Ieſu in gentibus, Rom.15. d
Romanos uidendi cupiditatem habet Paulus à iam præcedentibus annis, Rom. 15.e
Romam Paulus optat uenire in gaudio per uoluntatem dei, ut refrigeretur cum eis, Romano.15. g
Romam ueniens ad uos in abundantia benedictionis Euangelij Chriſti ueniam, Rom. 15.g
Romanorum obedientia in omni loco diuulgata eſt, Rom. 16.c
Romani aduenæ Hieroſolymis erant, Act. 2.b
Romani cum ſimus, non licet fieri Chriſtianos, Acto.16.d
Romanos non licebat indemnatos caſtigare, Acto.

Actorum 16.g
Romam uidere me oportet postquam Hierosolymis fuero, Act. 19.d
Roma discedere Iudæos omnes Claudius iussit, Act.18. a
Romanum hominem et indemnatum licet uobis flagellare? Act.22.f
Romanus ciuis Paulus declaratur, Act.22.f
Romanã ciuilitatem tribunus consecutus est multa summa, Act.22.g
Romanam ciuilitatem Paulus ex natiuitate consecutus, Act. 22.g
Romanis nõ est consuetudo damnare hominem prius quàm is qui accusatur prẽsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad ablu enda crimina quæ ei obijciuntur, Act. 25.e
Romanorum in manus traditus sum, nihil faciẽs aduersus plebẽ aut morem paternum, uinctus, Act. 28.d
Romæ prædicat Paulus regnum dei, docens quæ sunt de domino Iesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione, Act.28.g
Romam Paulus uenit à Puteolis, Act. 28.d

¶Ros.

Rore cœli datur abundantia frumenti & uini, Gene. 27. d
Ros filius Beniamin, Gen.46.c
Ros fit in omni terra, siccitas in solo uellere, Iudicum 6.g
Ros in solo uellere optatur, in omni terra siccitas, Iud. 6.g
Ros & pluuia nõ ueniant super montes Gelboe, 2.Reg.1.d
Ros lucis ros tuus, Isa.26.d
Rores & pruina dominum benedicunt, Dan.3.e
Ros morabitur in messione mea, Iob 29.c
Ros nónne refrigerabit ardorem, sic & uerbum melius quàm datum, Eccli 18.b
Ros obuians ab ardore uenienti humilem efficiet Aquilonem uentum, Eccli 43.c
Ros mane iacuit in circuitu castrorum, Exo.16.c
¶Rosis nos coronemus antequam marcescant, dicunt impij, Sap.2.b

¶Rota.

Rota una apparuit super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, Eze. 1.d
Rotarum aspectus & opus quasi uisio maris, una similitudo ipsarum quatuor, Eze.1.d
Rotarum aspectus & opera quasi sit rota in medio rotæ, Eze. 1.d
Rotæ per quatuor earum euntes ibant, non reuertebantur cum ambularent, Eze.1.d
Rotis erat statura, & altitudo, & horribilis aspectus, totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor, Eze.1.d
Rotq; pariter eleuabantur, & ibant quocunq; ibat spiritus, Eze. 1.e
In rotis erat spiritus uitæ, Eze.1.e
Rotarum species erat quasi uisio lapidis chrysolithi, & aspectus earum similitudo una quatuor, quasi sit rota in medio rotæ, Eze.10.b
Rotæ cum ambularent in quatuor partes gradiebantur, nõ reuertebantur ambulantes ad locum ad quem ire declinabat, quæ prima erat sequebantur & cæteræ, nec reuertebantur, Eze.10.c
Rotarum corpus, colla, manus, pennæ, circuli, plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum, Eze.10. c
Rotas istas uocauit uolubiles audiente me, Ezechiel. 10.c
Rotæ stabãt stantibus Cherubim, cum eleuatis eleuabantur: spiritus enim uitæ erat in eis, Eze.10.d

¶Ruben.

Ruben dormiuit cum Bala concubina patris, Gene. 35.c
Rubẽ primogenitus Liæ à uisione dei dictus, Gene. 29. d
Ruben mandragoras affert ab agro matri, Gene.30. b
Ruben nititur liberare Ioseph & reddere patri, Gene.37.c
Ruben redit ad cisternam, non inuenit fratrẽ, scindit uestes, conqueritur absentem, Gen. 37.f
Ruben offert morte duos filios suos patri, nisi restituat Beniamin patri, Gen. 42.g
Ruben ait, Nunquid nõ dixi uobis, Nolite peccare in puerum? & non audistis me, en sanguis eius exquiritur, Gen. 42.d
Ruben primogenitus meus, fortitudo, principium doloris, prior in donis, maior imperio, Gene. 49.a
Ruben effusus es ut aqua, non creſces, maculasti stratum patris tui, Gen.49.a
Ruben primogenitus Iacob ingressus est Aegyptum cum filijs Henoc, Phallu, Hesron, Charmi, Gen.46.a. Exo. 6.c
Ruben tribus princeps Elizur filius Sedeur, Numeri 1.a
Rubenitarũ summa per capita, &c. 46500. Nu.1.c
Rubenitarũ castris ad meridiẽ annumerati sunt numero 151450, Nu.2.b secundo loco pficiscunt.
Ruben castra ad meridiem pugnatorum 46500. Num.2.b
Ruben filius Henoch, à quo familia Henochitarum, Num. 26.a
Rubenitarũ summa sub Eleazar 43730. Nu.26.a
Rubenitis et Gadditis improperatur factum duodecim exploratorum, qui corda Israelitarũ subuerterunt, Num.32.b.c
Rubenitæ & Gadditæ promittunt ducturos fratres suos in terram promissam, sed iumẽris suis & paruulis circumspicere & prouidere prius conabuntur, Num 32.c.d
Rubenitis promittit Moyses postulata, si dicta factis compensaturi sint, Num. 32.d
Rubenitarum fides ostenditur in ipsorũ promissis

de non redeundo ad propria, nisi possessa terra Chananæa, Num. 32.d
Rubenitæ & Gadditæ corripiunt à Moyse quasi subuertentes mentes filiorum Israel, Num.32.b
Rubenitæ contenti sunt de terra cis Iordanem, cum Moyse adhuc uiuente, Num.32.d
Rubenitæ obedientiam pollicentur per omnia & exhibent, Num.32.e
Rubenitæ possessionem se iam suscepisse cõfitentur trans Iordanem, Num. 32.f
Ruben, Gad, & media Manasse partem acceperunt trans Iordanem contra Iericho ad ortum, Num. 34.d
Rubenitæ & socij obedientiam parant duci Iosue sub pœna mortis, Ios. 1.d
Rubenitis & socijs iniungitur, ut promissa implean, ante fratres suos militaturi & pro eis, Iosue 1. c
Rubenitæ & socij requiem assequuti, etiam fratribus quietem pugnando fortiter obtinere iubentur, Ios. 1.d
Rubenitæ & socij operam & obedientiam spondent Iosue duci quocunq; mittẽdi sint, Ios. 1.d
Ruben & Gad terram possedit ab Aroer usq; ad mediam partem montis Galaad, Deut. 3. b
Rubenitis & Gadditis p̃cipitur à Moyse, ut armati deducant fratres in terram Chanaan, Deu.3.c
Rubenitæ cum socijs armati fratres præcedebant filios Israel 40000. pugnatorum per turmas & cuneos, Ios.4.c
Ruben contra se diuiduntur, ne propugnarẽt fratres, Iud. 5. b
Rubenitarum & sociorum obedientia commendatur à Iosue, Ios. 22.a
Rubenitæ remittuntur ad proprias possessiones, Ios.22. a
Rubenitis cõmittitur religio uera, & legis dei obseruantia, Ios.22.a
Rubenitæ ualedicti redeunt, Ios.22.a
Rubenitæ redeunt cum multa substantia et diuitijs, prædamq; iubentur diuidere cum fratribus, Ios. 22.b
Rubenitæ nolunt separari à filijs Israel cæteris, Iosue 22. e (Ios.22.e
Rubenitæ timorem domini dei dimittere nolunt,
Ruben uiuat & non moriatur, & sit paruus in numero, Deut. 33.a
Rubenitarum familiæ ab Enoch, Phallu, Esron, & Charmi, 1.Par.5.a
Ruben primogenitus Israel fuit, sed perdidit uiolando thorum patris sui, 1. Par.5.a
Ruben habitauit in Aroer usq; ad Nebo, & Beelmeon usq; ad eremum, & flumẽ Euphraten ad ortum, 1.Par.5.b
Rubenitæ iumẽta multa possederunt in terra Galaad, 1. Par. 5.b
Rubenitæ pugnauerunt contra Agarenos in diebus Saul, & loco eorum habitauerunt, 1.Pa.5.b
Rubenitæ cum socijs pugnauerunt contra Agarenos auxilio Iturææ, Naphis et Nadab, 1.Pa.5.c
Ruben Gad & dimidiæ Manassis uiri bellatores tempore Ioatham & Ieroboam 44760. 1.Pa.5.c
De Ruben Gad et Manasse Dauidem accesserunt armati 120000. 1.Par.21.g
Ruben pars una ab ortu ad mare, Eze.48.a
Ruben porta Ierusalẽ una ad Aquilonẽ, Eze.48.d
Ruben pater Simeon, à quo Iudith trandẽ descendit, Iudith 8.a
¶Rubus ardet, et non comburitur, in cuius flãma dominus apparet Moysi pascenti oues, Exo.3.a
Rubi in flamma ignis angelus Moysi apparuit, Act. 7. d
¶Rubrum quare est indumentum tuum, & uestimenta tua sicut calcantium in torculari? Isa.63.a
¶Rufus primo generatur ex Rebecca & hispidus, Gen.25.d
¶Rufum electum in domino & matrem salutat Paulus, Rom. 16.b
¶Rugę meę testimonium dicunt contra me, Iob 16. b
¶Rugiet dominus de excelso, de habitaculo sancto suo dabit uocem suam, Ier.25.f
Rugiens rugiet super decorem suum, id est templum, Ier.25.f

¶*Ruina.*

In ruinas dabo populum istum, ruẽt in eis patres & filij simul, uicinus & proximus, & peribunt, Ier.6. f
Ruina erit equi, muli, cameli, & asini, & omnium iumentorum quę fuerint in castris illis contra Ierusalem, sicut ruina hæc, Zach.14.c
Ruina proximat malo propter peccata labiorũ, et fugiet autem iustus de angustia, Pro. 12.b
Ruina est homini deuorare sanctos, & post uota retractare, Pro.20.d
Ruina magna erit domus ædificatæ in arenam, si flauerint uenti, & pluuia ingruerit cum fluminibus, Mat.7.d
¶Rugitus eius ut leonis, rugiet ut catuli leonum & frendet, &c̃. Isa.5.g
¶Ruma ciuitas Iuda in montanis, Ios. 15.g
Ruma patria ciuisdã Phadia, de quo, 4.Re.23.g
¶Ruminant & ungulã nõ findunt animalia hęc, camelus, lepus, chœrogyllius, Deut. 14. a
Ruminantia animalia & ungulam diuidentia in duo, munda sunt, & comedi possunt, Deu.14.a
¶Rusticationem creatam ab altissimo & laborio sa opera ne oderis, Eccl'ci 7.b

¶*Ruth.*

Ruth uxor Mahalon soror Orphæ, Ruth 1.a
Ruth adhæret Noemi socrui, Ruth 1.c (Ru.1.c
Ruth eligit per oĩa statum fidelium fœminarum,
Ruth nurum se exhibet fidelissimam, Ruth 1. c
Ruth cum Noemi socru Bethleem uenit, Rut.1.d
Ruth laborare in agro eligit pro uictu obtinẽdo, Ruth 2. a

Ruth colligit ſpicas quæ fugiunt manus metentium, Ruth 2.a
Ruth Moabitis ſpicas colligit ſequens meſſorum ueſtigia, & de mane uſq; nunc ſtat in agro, ne ad momentum quidē domum reuertit, Rut. 2.b
Ruth à Booz benigne tractatur, Ruth 2. b
Ruth gratitudo ad beneficum Booz, Ruth 2.b
Ruth Moabitis optima fama & uulgata, Rut. 2.b
Ruth à Booz benedicitur, Ruth 2.c
Ruth humilitas & gratitudo, Ruth 2.c
Ruth aſſiduitas in opere poſt refectionē, Ruth 2.c
Ruth colligit in agro ſpicas uſque ad ueſperam, Ruth 2.c
Ruth iuncta puellis Booz, Ruth 2.d
Ruth collectas ſpicas excutit & defert ad ſocrum cum cibis alijs, Ruth 2.d
Ruth iubet ambire honeſtum cōnubium, Ru. 3.a
Ruth iacet ad pedes Booz, Ruth 3.b
Ruth obſequitur per oīa ſocrui Noemi, Ru. 3.b
Ruth benedicta filia dicitur, quia priorem miſericordiam ſuperauerit poſteriore, Ruth 3.b
Ruth eſſe mulierem uirtutis ſcit omnis ciuitas, Ruth 3.c
Ruth accipitur uxor à Booz recuſante eam accipere propinquo uiri ſui defuncti, Ruth 4.a
Ruth Moabitis uxor Mahalon fit uxor Booz, Ruth 4.c
Ruth exemplum uirtutis in Ephratha & celebre nomen habet in Bethleem, Ruth 4.c
Ruth uxor Booz mater Obed, Mat. 1.a
Ruth genuit filium de Booz, Ruth 4.d

¶*Saal.*

SAal de filijs Bani duxit alienam, Eſdræ 10.d
¶Saananim fratres tribus Nephthali, Ioſ. 19.c
¶Saaph filius Caleb, pater Madmena, 1.Pa. 2.f
Saaph filius Iahaddai, 1.Par. 2.f
¶Saarim habitatio Simeonis, 1. Par. 4.e

¶*Saba.*

Saba filius Regma, Gen. 10.b. 1.Par. 1.a
Saba filius Chus, Gen. 10.b
Saba filius Iectan, Gen. 10.d. 1.Par. 1.b
Saba filius Iecſan, filij Cetur, Gen. 25.a. 1.Par. 1.c
Saba filius Chus filij Cham, 1.Par. 1.a
Saba et Reema negotiatores cum aromatibus, gēmis, & auro adſunt Tyrijs, Eze. 27.e
Saba locuta eſt Salomoni omnia quæ habebat in corde ſuo, 3. Reg. 10.a
Saba regina cum multis diuitijs Ieruſalem ingreditur, camelis portantibus aromata, aurum ſine numero, gemmas, 3. Reg. 10.a
Saba contemplatur Salomonis domum, cibos, habitacula, ſeruorum ordines, miniſtrantium ueſtes, pincernas, holocauſta uſq; ad ſpiritus defectum, 3. Reg. 10.a
Saba confirmat famam Salomonis de ſapientia, ut minor ſit q̄ experimento didicerit, 3. Re. 10.a
Saba regina ad Salomonis famam uenit eum tentare in ænigmatibus, 3. Reg. 10.a. 2. Par. 9.a
Saba dedit Salomoni 120. talenta auri, & aromata multa nimis, gemmas non prius uiſas & maximo numero, 3. Reg. 10.b
Saba regina uidit Salomonis ſapiētiam, domum ædificatā, cibaria, habitacula, ſeruoꝝ officia, miniſtroꝝ ueſtes, pincernas, uictimas, ſtupefacta eſt, ut non eſſet ſpiritus in ea, 2. Par. 9.a
Saba regina longe plura uidit quàm audierat de Salomonis maieſtate, 2. Par. 9.a
Sabæ reginæ fides & confeſſio de deo uero, 2. Paral. 9.b
Saba regina dedit Salomoni 120. talenta auri, aromata, gemmas, 2. Par. 9.c

¶*Sabama.*

Sabama urbs ædificata à tribu Ruben, Nu. 32.g
Sabama tribus Ruben ciuitas, Ioſ. 13.c
Sabama uineam plorabo in fletu Iazer, inebriabo te lachryma mea, Iſa. 16. c. Heſebon, Iſaiæ 16. c
Sabama uineam domini gentium exciderunt, flagella eius uſq; ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deſerto, Iſa. 16.c
Sabama ſuper meſſem tuā & uindemiam prædo irruit, ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab uinum de torcularibus ſuſtuli, &c̄. Ier. 48.e
Sabama uinea de planctu Iazer plorabo tibi propagines tuæ tranſierunt mare, uſq; ad Iazer peruenerunt, Ier. 48.e
¶Sabania Leuita, Nee. 9.a
¶Sabadus filius Nobei, 3. Eſd. 9.d
¶Sabarim locus prope Hai, quò fugerunt Iſraelitæ primum percuſſi, Ioſ. 7.a
Sabarim inter terminum Damaſci & confinium Emath, Eze. 47.c
¶Sabam regio apta alendis animalibus, Nu. 32.a
¶Sabadhai Leuites, Nee. 11.c
¶Sabellius in Samaria ſcriba regis Perſarum, 3. Eſd. 2.c
¶Saber filius Caleb ex Machaa concubina, 1.Paral. 2.f
¶Sabus ad ſiniſtram Eſdræ, 3. Eſd. 9.f
¶Sabæi omnes uenient Ieruſalem, aurum & thus deferētes, & laudē dño annunciantes, Iſa. 60.a
¶Sabee ciuitas tribus Simeon, Ioſ. 19.a

¶*Sabbatum.*

Sabbato ſecundo primo cum trāſiret per ſata, uellebant diſcipuli ſpicas, & manducabant, confricantes manibus, Luc. 6.a
Sabbato Paulus & Barnabas in ſynagoga poſtulationem legis & prophetarum poſtulati, uerbum exhortatiōis Paul⁹ ſurgēs docuit, Act. 13.c
Sabbatis licet benefacere, animam ſaluare, Marci 3.a

Sabbatum à deo benedicitur, Gen. 2. a
Sabbati requies sanctificata domino cras, Exodi 16. e
Sabbato nihil operandum, nec etiã coquendum, Exo. 16. e
Septimo die sabbatum est, sex diebus colligite mãna, Exo. 16. e
Sabbato inobediẽs Israel exit ad manna colligendum, & non inuenit, Exo. 16. e
Sabbatum dominus Israeli dedit, ideo sexto die tribuit cibos duplices, Exo. 16. f
Sabbato maneat unusquisq; apud semetipsum, non egrediatur de loco suo, Exo. 16. f
Sabbatizauit populus die septimo, Exo. 16. f
Sabbati diem memento ut sanctifices, Exo. 20. b
Sabbatum domini dei tui est die septimo, &c̃. Exodi 20. b
Sabbati diei benedixit dominus, & sanctificauit eum, Exo. 20. b
Sabbatum diligenter custodiendum mandatur Israeli, Exo. 31. c
Sanguinis effuſoris ſanguis effundetur, Ge.9.b

Sanguini hœdi intingitur Ioſeph tunica, Ge.37.g

In ſanguinem uertuntur aquæ fluuiorum, riuorum,paludum,lacuum,& uaſorum, Exo.7.c

Sanguis fuit in tota terra Aegypti, Exo.7.d

Sanguinẽ ego uidens in ſignum in ædibus tranſibo,ne ſit plaga in Iſrael, Exo. 12.b

Sanguis agni uel hœdi ponetur ſuper utrunq; poſtem, & in ſuperliminaribus domorum ubi comedetur, Exo. 12.b

Sanguini agni intingite hyſſopi faſciculum, & aſpergite oſtij poſtes & ſuperliminare, Exodi 12. d

Sanguinem ſumptum Moyſes reſperſit in populum,dicens, Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit dominus uobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his, Exo.24.b

Sanguinis mediam partem Moyſes tulit in crateras,reſiduum fudit ſuper altare, Exo.24.b

Sanguinem uictimæ meæ non immolabis ſuper fermentum, Exodi 23. d

Sanguinem hoſtiæ meæ non immolabis ſuper fermento, Exo.34.c

Sanguis animalium circum altare fundendus,Leuit.1.a.c.d

Sanguinem & adipem omnino non comedetis, Leuit.3.d

Sanguis digito ſepties aſpergatur pro peccato ſacerdoti, Leuit.4.b

Sanguine hoſtiæ pro peccato aſperſa ueſtis lauabitur in loco ſancto, Leuit. 6.d

Sanguinem omnis animalis non ſumetis in cibo, Leuit.7.c

Sanguinem edens anima peribit de populis ſuis, Leuit.7. c

Sanguinis fluxum iugiter patiens mulier quomodo immunda uel mundanda, Leuit. 15. d

Sanguinem dedi uobis, ut ſuper altare meum expietis pro animabus ueſtris, Leuit. 17.c

Sanguis pro animæ piaculo eſt, Leuit. 17. c

Sanguinem non comedat omnis anima ex uobis, Leuit.17.c

Sanguis in uenatione effuſus uel aucupio mundi animalis operiatur terra, Leuit.17.c

Sanguinem uniuerſæ carnis non comedetis,quicunq; comederit illum, interibit, Leuit. 17. d

Sanguinem fudiſſe putabitur, qui bouem uel ouem occidens non inde obtulerit oblationem domino, Leuit.17.a

Sanguis non comedendus, quia anima carnis in ſanguine eſt, Leuit. 17. c

Contra ſanguinẽ proximi tui ne ſteteris, Le.19.d

Sanguis eius ſuper eum ſit,qui patri aut matri maledixerit, Leuit.20.b

Sanguine inſontium ne terram ueſtram polluatis, Num. 35. d

Sanguine inſontium maculata terra expiari non poteſt, niſi per eius ſanguinem qui alterius ſanguinem fuderit, Num.35.d

Sanguinis reum pro nullo pretio recepto dimittetis, Num.35.d

Sanguinis reus ſtatim & ipſe morietur, Nu.35.d

Sanguinem non comedas, ſed ſuper terram quaſi aquam effundes, Deut.12.c.d

Sanguis animalium pro anima eſt minime comedendus, Deut. 12.d

Sanguinem omnem animalis tam mundi quàm immundi non comedes,ſed effundas ſuper terram quaſi aquam, Deut.15.d

Sanguinis innoxij effuſio ſuꝫopere præcauenda de domini uoluntate & lege, Deut. 19. c

Sanguinis innoxij effuſio quanti reatus ſit,et quo modo diluenda, Deut. 21.a.b

Sanguinem uuæ bibit Iſrael meraciſſimum, Deutero.32.c

Sanguinis effuſor per ignorantiam quo fugiat,& quid agat, Ioſ. 20.a

Sanguinis effuſor innocentiam ſuam declarabit ſenio-

Sa

seniorib⁹, & sic tandē admittetur ad urbem fugitiuorum, Ios.20.a

Sanguinis effusor stabit ad iudicium, & causam reddet facti sui & innocentiæ, Ios.20.b

Sanguinis effusor habitabit in urbe refugij, donec moriatur summus sacerdos, Ios.20.b

Cum sanguine commedit populus oues, boues mactatos in terra præ nimia fame & fatigatione, 1.Reg.14.e

A sanguine interfectorum ab adipe fortium, &c. 2.Reg.1.d

Sanguis tuus super caput tuum, 2.Reg.1.c

Sanguine impiorum de⁹ inebriabit sagittas suas, & gladius dei deuorabit carnes, Deut.32.f

Sanguine plenæ sunt manus uestræ, ideo ad orationem extentas non respiciam, Isa.1.d

Sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, &c. Isa.1.c

Sanguine mixtum uestimentum & prædatio cum tumultu erit in combustionem, & cibus ignis, Isa.9.b

Sanguine inebriabitur terra Edom, & humus eorum adipe pinguium, quia dies ultionis domini annus retributionis iudicij Sion, Isa.34.b

Sanguine pollutæ sunt manus uestræ, & digiti uestri iniquitate, Isa.59.a

Sanguis torcular calcantium aspersus est super uestimenta mea, omnia indumenta mea inquinaui, Isa.63.a

Sanguis animarum pauperum inuentus est in alis tuis & innocentium, Ier.2.g

Sanguinem innocentem si non effuderitis, in loco hoc habitabo uobiscum, Ier.7.b

Sanguinem iustorum effuderunt prophetæ & sacerdotes intra Ierusalem, Thr.4.c

Sanguinem impij requiram de manu pastoris, si dicente me ad impium, Morte morieris, tu eidē hoc non annunciaueris, & ille non fuerit conuersus, Eze.3.d

Sanguis effusus in Ierusalem à suis principibus, Eze.22.b

A sanguine huius mundus ego sum, ait Daniel, Dan.13.e

Sanguinem eorum mundabo, quos non mundaueram, Ioel.3.d

Sanguis eorum qui domino peccauerunt effundetur sicut humus, & corpora eorum sicut sterco ra, Soph.1.d

Sanguini omnes insidiantur in Israel, Mich.7.a

Sanguinem occisorum bibet Israel, & prædā deuorabit, Num.23.d

Sanguini suo insidiantur impij, fraudes moliuntur contra animas suas, Pro.1.b

Sanguini insidiemur, abscōdamus tendiculas contra insontem frustra, dicunt peccatores, Prouer.1.b

Sanguinem elicit qui uehementer emungit, Prouer.30.d

Sanguinem requirens est dominus, non est oblitus clamorem pauperum, Psa.9.11.

Sanguinarium & dolosum abominabitur dominus, Psa.5.6.

De sanguinibus non congregabo conuenticula eorum, Psa.16.4.

Sanguinariorum in manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta muneribus, Psa.26.10.

De sanguinibus libera me deus deus salutis meæ, exultabit lingua mea iustitiam tuam, Psalmo.51.14.

Sanguinum uiri & dolosi non dimidiabunt dies suos, Psa.54.23.

Sanguinem sanctorum effuderunt tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret, Psa.79.3.

Sanguinem innocentem effuderunt, sanguinem filiorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan, Psa.106.38.

Sapientiæ curiosæ occupationem dedit deus filijs hominum, ut occuparentur in ea, Eccl'es 1.c

Sanguinem humanum dedisti in potum iniustis Aegyptijs, qui infanticidio peccauerant, Sapien.11.a

Sanguis augetur ab uno doloso, Eccl'ci 11.d

Sanguini insidiatur homo peccator, Eccl'ci 11.d

Sanguinis effusio in rixa superborum, & maledictio illorum auditus grauis, Eccl'ci 27.b

Sanguinem effundens & fraudem faciens mercenario fratres sunt, Eccl'ci 34.d

Sanguine maculastis manus uestras, pedes uestri impigri sunt ad homicidia committenda, 4.Esdræ 1.c

Sanguis innoxius & tristis clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter, 4.Esdræ 15.a

Sanguis erit à gladio usque ad uentrem, 4.Esdræ 15.b

Sanguis omnis iustus qui effusus est super terram ueniet super hanc generationem, Mat.23.d

Sanguis omnis ab Abel iusto usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare, Mat.23.d

Sanguis eius super nos & sup filios nostros, Matthæi 27.c

Sanguinis fons confestim siccatus est, & sensit corpore, quia sanata est à plaga, Mar.5.c

Sanguis hic est meus noui testamēti, qui pro multis effundetur, Mar.14.c

Sanguis omnium prophetarum inquiretur de generatione ista, qui effusus est à cōstitutione mundi à generatiōe ista à sanguine Abel, &c. Lu.11.g

In sanguine meo nouum testamētum est, qui pro uobis fundetur, Luc.22.b

Sanguinis instar guttæ decurrentis in terram factus est sudor eius, Luc.22.c

Sanguis & aqua exiuit continuo, dum latus aperuit lancea militum unus, Ioan.19.f

Sanguinem hominis istius (Christi domini) uultis inducere super nos, Act.5.c
A sanguine abstineant conuersi ad dominum, Acto.15.d
Sanguis uester super caput uestrum, mundus ego, ex hoc ad gentes uadam, Act.18.b
A sanguine omnium mundus esse uult Paulus, quibus prædicauit, Act.20.e
Sanguine suo propitiatur Christus in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, Rom.3.d
Sanguinis Christi cõmunicatio est calix cui bene dicimus, 1.Cor.10.d
Sanguis Christi bibẽdus in commemorationem, 1.Cor.11.f
Sanguine Christi habemus redemptionem & remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ suæ, Eph.1.b
Sanguine crucis placauit deus siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, Col.1.c
Sanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, Heb.9.d
Quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit imaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti, Heb.9.d
Sanguis hic testamenti q̃d mandauit ad uos deus, Heb.9.e
Sanguine similiter aspersit Moyses tabernaculum & omnia uasa ministerij, Heb.9.f
Sanguine secundum legem mundantur pene omnia, Heb.9.f
Sine sanguinis effusione non fit remissio, Heb.9.f
Sanguis animalium qui infertur in sancta p̃ pontificem, horum corpora cremantur extra castra, Heb.13.b
Sanguine testamenti ꝯterni mortuus est Christus, & eduxit eum de mortuis pastorem ouium mãgnum, Heb.13.d
Sanguinis Christi aspersio melius loquitur quàm Abel, Heb.12.f
Sanguine pretioso quasi agni immaculati Christi & incontaminati redempti estis, 1.Pet.1.c
Sanguis Iesu Christi filij dei emundat nos ab omni peccato, 1.Ioan.1.c
Sanguis mortui in mare factus, ut omnis anima moreretur in mari phiala secunda, Apo.16.a
Sanguis in flumina & fontes effusus ex phiala tertia, Apo.16.a
Sanguinẽ sanctorum & prophetarũ effuderunt, ideo iuste iudicas deus qui iustus es, Ap.16.a
Sanguine agni lauantes stolas suas beati, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, Apo.22.c
¶Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer, affer, Pro.30.b
¶Sanan ciuitas Iudæ in campestribus, Ios.15.e

¶*Sanir.*

Sanir Amorrhæis dictus mons Hermon & Sarion, Deutero.3.b
Sanir & Hermon mons dimidiæ Manassis habitatio, 1.Par.5.d
Sanir de uertice & Hermon, Can.4.b

¶*Sapiens.*

Sapientes corde à deo replentur scientia conficiendi uestes sacras in ministerium sacerdotale, Exodi 28.a
Sapientia uestra hæc est, & intellectus coram populis, obseruantia præceptorum & iustitiarum dei, Deut.4.a
Sapiens populus et intelligens gens magna Israel, Deut.4.a
Sapientiam & intelligentiã petit à deo Salomon, & accipit, ut digne regat Populum, 2.Pa.1.c
Sapientes qui estis in oculis uestris, uæ uobis, & coram uobismetipsis prudentes, Isa.5.e
Sapientes tui ubi nunc sunt, annuncient tibi quid dominus super Aegyptum cogitarit, Isa.19.b
Sapientia peribit à sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur, Isa.29.e
Sapiens dominus adducit malum perfidis, & uerba sua non destituit ueritate, Isa.31.a
Sapientes conuertens retrorsum dominus, scientiam eorum stultam faciens, Isa.44.d
Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te, Is.47.c
Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt, Ier.4.e
Sapientes sumus, dicunt Iudæi, & lex domini nobiscum est, Ier.8.c
Sapientes confusi sunt, perterriti & capti sunt, uerbum domini proiecerunt, sapientia nulla est in eis, Ier.8.c
Sapiens uir quis est, qui intelligat hoc, & ad quem uerbum oris dñi fiat, ut annuncier illud, quare perierit terra, exusta sit quasi desertum, &c̃. Ieremiæ 9.d
Sapiens non glorietur in sapientia sua, non fortis in fortitudine, non diues in diuitijs suis, &c̃. Ieremiæ 9.f
Sapientia nunquid non ultra est in Theman, periit consilium à filijs, inutilis facta est sapientia eorum, Ier.49.b
Sapientia Israeli commendatur, ob cuius neglectum grauia sæpe sunt passi, Bar.3.b
Sapientiæ fontem Israel dereliquit, Bar.3.b
Sapientiam & uiam disciplinæ adinuenit dominus, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, Bar.3.d
Sapientiæ dator & inuentor solus est deus, Ba.3.d
Sapientiam deus nouit qua præparauit terram in æterno tempore, repleuit eam bipedibus, quadrupedibus, &c̃. Bar.3.d
Sapientes Tyri facti sunt gubernatores eius, Eze.27.b
Sapientes Babylonis iubentur interfici, Dan.2.b
Sapiẽtes Babylonis ne perdas, ait Arioch, Dã.2.d

Sapientia & fortitudo à domino sunt, cuius nomen sit benedictum semper, Dan.2.d

Sapiens quis est, & intelliget ista, intelligẽs, & sciet hæc, Osee 14. d

Sapientiam sibi assumpserunt ualde Tyrus & Sidon, Zach.9. a

Sapientes deus apprehendit in astutia sua, consilium prauorum dissipat, Iob 5.b

Sapiens corde est dominus & fortis robore, quis restitit ei & pacem habuit? Iob 9. a

Sapientiæ suæ secreta utinam tibi ostendat deus, intelligeres sane, quod multo minora exigaris à deo, quam meretur tua iniquitas, Iob 11.a

Sapientia in antiquis est, & in multo tempore prudentia, Iob 12.b

Sapiẽtes putare memini utiq;, si taceretis, Iob 13.a

Sapiens nõ respondebit quasi in uẽtum loquens, nec implebit ardore stomachum suum, Iob 15.a

Sapientibus solis data est terra, non transiuit alienus per eos, Iob 15. c

Sapientem ullum non inueniã in uobis, Iob 17.c

Sapientiam deus uidit in mundi constitutione, & enarrauit, præparauit, & inuestigauit, Iob 28.d

Sapientia ipsa est timor domini, & recedere à malo intelligentia, Iob 28.d

Pro sapientia non dabitur aurum obrizum, nec appendetur argentum in commutatione eius, Iob 28.c

Sapientia non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonico pretiosissimo, uel Saphyro, Iob 28.c

Sapientiæ non adæquabitur aurum uel uitrum, nec commouebuntur pro ea uasa auri, Iob 28.c

Sapientiæ comparatione nõ memorabuntur excelsa & eminentia, Iob 28.c

Sapientia trahitur de occultis, non ei adæquabitur Topazius de Aethiopia, nec tinctura mundissimæ componetur, Iob 28.c

Sapientia ergo unde uenit? quis est locus intelligentiæ? Iob 28. c

Sapientia abscondita est ab oculis omnium uiuentium, uolucres quoq; cœli latet, Iob 28.d

De sapientia dixerunt pditio & mors, auribus nostris audiuimus famam eius, Iob 28.d

Sapientiæ uiam deus intelligit, ipse nouit locum illius, Iob 28.d

Sapientia ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Iob 28. b

Sapientiæ pretium nescit homo, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium, Iob 28.b

De sapientia dicit abyssus, Non est in me, & mare loquitur, Non est mecum, Iob 28.b

Sapientiam non semper docet multitudo annorum, Iob 32. b

Sapientes non sunt longæui, nec senes intelligunt iudicium, Iob 32.c

Sapientiã quis posuit in uisceribus hoïs? Iob 38.c

Sapiens uir fortis est, uir doctus, robustus & ualidus, Prouerb. 24. a

Sapientiam loquetur os meum, meditatio cordis mei prudentiam, Psal.49. 3.

In sapientia omnia fecisti, impleta est terra possessione tua, Psal.104. 24.

Sapientiæ initium timor domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum, Psal.111.10.

Sapientiæ dei non est numerus, Psal.147.5.

Sapiens audiendo sapientior erit, Prou.1.a

Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt, Prouerb.1.a

Sapientiæ principium est timor domini, Pro.1.a

Sapiens & intelligens animaduertat parabolam, & interpretationem, uerba sapientum & ænigmata eorum, Prou.1. a

Sapientiam qui audierit, absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorũ sublato, Prou.1.d

Sapientia foris prædicat, in plateis dat uocẽ suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portæ urbis profert uerba sua, Prou.1. c

Ad sapientiæ correptionem conuertimini, Prouerb.1. c

Sapientia uocat, spiritum suum profert, uerba sua ostendit, sed stulti renuunt, Prou.1. c

Sapientiæ consilium despiciunt stulti, increpationes eius negligunt, ideo in istorum interitu ridet, subsannat cum illis id quod timebant aduenerit, Prou.1. d

Sapientia ego non exaudiam, dum inuocabunt me stulti, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinã, &c. Prou.1. d

Sapientiam audiat auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendum prudentiam, Prou.2.d

Sapientiam si inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, si quæsieris eam quasi pecuniã, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini, Prou.2. a

Sapientiam dat dominus, & ex ore eius prudentia & scientia, Prou.2.a

Sapientia custodiet rectorum salutem, proteget gradientes simpliciter, Prou.2.b

Sapientia seruat semitas iustitiæ, uias sanctorum custodiens, Prou.2.b

Per sapientiam intelliges iustitiam & iudicium, æquitatem, & omnem semitam bonam, Prouerb.2.b

Sapiẽtia si intrauerit cor tuum, et si scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, prudentia seruabit te, Prou.2. b

Per sapientiam erueris à uia mala, ab homine quĩ peruersa loquitur, Prou.2.b

Sapiens ne sis apud temetipsum, Prou.3. a

Sapientiam inueniens beatus homo, & qui affluit prudentia, Prou.3. b

Sapientiæ acquisitio melior est negotiatione argenti, & auro primo fructus eius, Prou.3.b

Sapientia pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari, Prou. 3. b

In ſapientiæ dextera longitudo dierum, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria, Prou. 3. b

Sapientiæ uiæ, uiæ pulchræ, omnes ſemitæ illius pacificæ, Prou. 3. b

Sapientia lignum eſt uitæ his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati, Prou. 3. c

Sapientiam cuſtodiens ambulabis fiducialiter in uia tua, & pes tuus non impinget, ſi dormieris, non timebis, quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus, &c̃. Prou. 3. c

Sapientiam cuſtodiens non pauebis, repentino terrore, & irruentes tibi ruinas impiorum, Prouerb. 3. c

Sapientia dominus fundauit terram, ſtabiliuit cœlos prudentia, Prou. 3. c

Sapientia dei eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt, Prou. 3. c

Sapientes gloriam poſſidebunt, ſtultorum exaltatio ignominia eſt, Prou. 3. d

Sapientiam poſſide, poſſide prudentiam, ne obliuiſcaris, neque declines à uerbis oris mei, Prouerb. 4. a

Sapientiam ne dimittas, cuſtodiet te, dilige eam, & conſeruabit te, Prou. 4. a

Sapientiæ uiam monſtraui tibi, & duxi te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum, Prou. 4. b

Sapientiam acquire, in omni poſſeſſione tua arripe illam, exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te, Prouerb. 4. b

Sapientiæ uerba cuſtodi in medio cordis tui, uita enim ſunt inuenientibus eam, & uniuerſæ carni ſanitas, Prou. 4. c

Ad ſapientiam meam attende, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſeruent, Prou. 5. a

Sapientiæ dic, Soror mea es, prudẽtiam uoca amicam tuam, Prou. 7. a

Sapiẽtia te cuſtodiat à muliere extranea, & ab aliena, quæ uerba ſua dulcia facit, Prou. 7. b

Sapientiæ diſciplinam accipite, & non pecuniam, doctrinam magis quàm aurum eligite, Pro. 8. a

Sapientia melior eſt cunctis pretioſiſſimis, omne deſiderabile ei non poteſt comparari, Prou. 8. b

Sapientia ego, in conſilio habito, & eruditis interſum cogitationibus, Prou. 8. b

Sapientia clamitat, prudentia dat uocem ſuam, Prou. 8. a

Sapientia iuxta portas ciuitatis, in ipſis foribus loquitur, Prou. 8. a

Sapienti da occaſionem, & addetur ei ſapientia, Prou. 9. b

Sapientiæ eſt conſilium, æquitas, prudentia, fortitudo, Prou. 8. b

Sapientia reges regnant, legum conditores iuſta decernunt, Prou. 8. b

Sapientia principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, Prou. 8. b

Sapientia ego, diligentes me diligo, qui mane uigilauerint ad me, inuenient me, mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſupernæ & iuſtitia, Prouerb. 8. b

Sapientiæ fructus melior eſt auro & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo, Prouerb. 8. c

Sapientia in uijs iuſtitiæ ambulat, in medio ſemitarum iudicij, ut ditem diligentes me, theſauros eorum repleam, Prou. 8. c

Sapientiam poſſedit dominus in initio uiarũ ſuarum, antequã quicquã faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret, Prou. 8. c

Sapientia ego, iam concepta eram, cum nondum erant abyſſi, necdum fontes aquarum eruperãt, necdum montes graui mole conſtiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat & flumina, & cardines orbis terræ, Pro. 8. c

Sapientia aderã quando præparabat cœlos, quando certa lege & gyro uallabat abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, &c̃. Prou. 8. d

Sapientia dei ludens in orbe terrarum, & deliciæ eius eſſe cum filijs hominum, Prou. 8. d

Sapientiam qui inuenerit, inueniet uitam, & hauriet ſalutem à domino, Prou. 8. d

In ſapientiam qui peccauerit, lędet animam ſuam, Prou. 8. d

Sapiẽtiam omnes qui oderunt, diligunt mortem, Prou. 8. d

Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit uictimas ſuas, miſcuit uinum, propoſuit menſam, &c̃. Prou. 9. a

Sapientia ancillas ſuas miſit, ut uocarẽt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, Prou. 9. a

Ad ſapientiam ueniat ſi quis eſt paruulus, Prouerb. 9. a

Sapientia inſipientibus loquuta eſt, Venite, comedite panem meum, bibite uinum, quod miſcui uobis, Prou. 9. a

Sapientiæ principium timor domini, & ſcientia ſanctorum prudentia, Prou. 9. c

Sapientia multiplicantur dies tui, & addentur tibi anni uitæ, Prou. 9. c

Sapiens ſi fueris tibimetipſi eris, ſi autem illuſor, ſolus portabis malum, Prou. 9. c

Sapientia inuenitur in labijs ſapientis, Prou. 10. b

Sapientes abſcondunt ſcientiam, Prou. 10. b

Sapiens corde præcepta ſuſcipiet, ſtultus cæditur labijs, Prou. 10. b

Sapientiam parturiet os iuſti, lingua prauorum peribit, Prou. 10. d

Sapientia est uiro prudentia, Prou.10. c
Sapiens est qui susçipit animas, Prou.11.d
Sapientiã quærit derisor,& nõ inuenit, Pro.14.a
Sapientia callidi,est intelligere uiam suam, Prouerb.14.a
Sapiens timet & declinat à malo, stultus transilit & confidit, Prou.14.b
Sapientia requiescit in corde prudentis, & indoctos quosq; erudiet, Prou.14. d
Sapientiam meditabitur mens iusti, Prou.15. d
Sapiens erit qui graditur cum sapientibus,amicus stultorum similis efficietur, Prou.13. d
Sapiẽtiam possîde, quia auro melior est, Pro.16.c
Sapiens corde appellabitur prudens, Prou. 16.c
Sapientia lucet in facie prudentis, Prou.17. d
Sapientiæ fons torrens redundans, Prou.18. a
Sapientem si corripueris, intelliget sapientiam, Prou.19. d
Sapientum uerba audi, appone cor tuum ad doctrinam meam, Prou.22.c
Sapientia pulchra erit tibi, cum eam seruaueris in uentre tuo,et redundabit in labijs tuis, Pro.22.c
Sapiens esto fili mi, dirige in uia animum tuum, Prou.23. b
Sapiens si fuerit animus tuus fili mi, gaudebit tecum cor meum,exultabunt renes mei,cum locuta fuerint rectum labia tua, Prou.23. b
Sapientia ædificabitur domus,prudentia corroborabitur, Prou.24.a
Sapientia stulto excelsa,in porta non aperiet os suum, Prou.24. a
Sapientiæ doctrinæ ut fauus mellis, quã cum inuenis habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit, Prou.24.b
Sapientem qui arguit,& aurem obedientem,uelut inauris aurea,& margaritum fulgens, Pro.25.b
Sapientem si uidisti hominem uideri sibi, magis illo spem habebit insipiens, Prou.26. b
Sapientiæ stude,fili mi,lætifica cor meum, ut possim exprobranti respondere sermonem, Prouerb.27.b
Propter sapientiam hominis, & horum scientiam quæ dicuntur,uita ducis longior erit, Pro. 28. a
Sapientiam amans lætificat patrem suum, Prouerb.29. a
Sapiens si cum stulto contenderit,siue irascatur siue rideat,non inueniet requiem, Pro.29.b
Sapienter gradiens ipse saluabitur, Prou.28.d
Sapientiam tribuit uirga & correctio, Prou.29.c
Sapientiam non didici,& non noui scientiam sanctorum, Prou.30. a
In sapientia multa, multa est indignatio, Ecclesiastes 1. d
Sapientiam quæsiui, donec uiderem quid esset utile filijs hominum,quod facto opus est, sub sole numero dierum uitæ meæ, Eccl'es 2. a
Sapientiam errores & stultitiam contemplari studui, Ecclesiastes 2. b
Sapientia perseuerauit mecum, Eccl'es 2.b
Sapientiã uidi, quod tantum præcederet stultitiã, quantum differt lux à tenebris, Eccl'es 2.c
Sapientis & stulti, didici quod esset unus interitus, Eccl'es 2. c
Sapientis oculi in capite eius, Eccl'es 2.c
Sapientia cum diuitijs utilior est, & magis prodest uidentibus solem, Eccl'es 7.b
Sapientia sicut protegit, sic protegit pecunia, Ecclesiastes 7.b
Sapientia & eruditio uitam tribuunt possessori suo, Eccl'es 7. b
Sapientia confortauit sapientem,super decẽ principes ciuitatis, Eccl'es 7. c
Sapias non plus quàm necesse est,ne obstupescas, Eccl'es 7.c
Sapientiæ alta profunditas, quis inueniet eam? Eccl'es 7.c
Sapientia hominis lucet in uultu eius, potentissimus faciem illius commutabit, Eccl'es 8.a
Sapientiæ apposui cor meum,ut scirem & intelligerem distentionem quæ uersatur in terra, Ecclesiastes 8. d
Sapiens etiam si dixerit se nosse dei opera, non poterit reperire, Eccl'es 8. d
Sapiens uir & pauper liberauit urbem obsessam à rege magno,& proximam captioni, nullus autem deinceps ciuium recordatus est hominis illius pauperis, Eccl'es 9. d
Sapientia melior est fortitudine, Eccl'es 9.d
Sapientia pauperis quomodo contempta est? & uerba eius non sunt audita, Eccl'es 9.d
Sapiẽtum uerba audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos, Eccl'es 9. d
Sapientia melior est q̃ arma bellica, Eccl'es 9.d
Sapientis cor in dextera eius, cor stulti in sinistra eius, Eccl'es 10. a
Sapientia & gloria pretiosior est parua & ad tempus stultia, Eccl'es 10.a
Sapientia sequetur post industriam, Eccl'es 10. c
Sapientiã suam deus effudit super oĩa opera sua, & super omnem carnẽ secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se, Eccl'ci 1.a
Sapiẽtia omnis à domino deo est, & cum illo fuit semper,& est ante æuum, Eccl'ci 1. a
Sapientiam dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Eccl'ci 1.a
Sapientia prior omnium creata est, & intellectus prudentiæ ab æuo, Eccl'ci 1.a
Sapientiæ fons uerbum dei in excelsis, ingressus illius mandata æterna, Eccl'ci 1. a
Sapientiæ radix cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit? Eccl'ci 1.a
Sapiẽtiæ disciplina cui reuelata est & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Eccl'ci 1. a
Sapientia dei quibus apparuerit in uisu, diligunt eam in uisione, & in agnitione magnalium

ſuorum, Eccl'ci 1.b
Sapientiæ initium timor domini, et cum fidelibus in uulua concreatus eſt, cum electis fœminis gra ditur, cum iuſtis & fidelib⁹ agnoſcit, Eccl'ci 1. b
Sapientiæ radix eſt timere dominum, & rami illius longæui, Eccl'ci 1.c
Sapientia in theſauris intellectus, & ſcientiæ religioſitas, execratio autem peccatoribus ſapientia, Eccl'ci 1. c
Sapientiæ plenitudo eſt timor domini, & plenitudo à fructibus illius, Eccl'ci 1.c
Sapientia omnẽ domum implebit à generationibus, & receptacula à theſauris illius, Eccl'ci 1. c
Sapientiæ corona timor domini, replens pacem & ſalutis fructum, et uidit & dinumerauit eam, utraq; autem ſunt dona dei, Eccl'ci 1.c
Sapientiam concupiſcens cõſerua iuſtitiã, & deus præbebit eam tibi, Eccl'ci 1. d
Sapientia & diſciplina timor domini, Eccl'ci 1. d
In ſapientiæ theſauris ſignificatio diſciplinæ, Ecclesiaſtici 1. d
Sapientiæ filij eccleſia ſanctorum ſunt, natio illorum obedientia & dilectio, Eccl'ci 3.a
Sapientia filijs ſuis uitam inſpirat, & ſuſcipit exquirẽtes ſe, & præibit in uia iuſtitiæ, Eccl'ci 4.b
Sapientiam qui diligit, diligit uitam, & qui uigilauerit ad illam, complectentur placorem eius, Eccl'ci 4.b
Sapientiam qui tenuerint uitam hæreditabunt, & quo introibit, benedicet deus, Eccl'ci 4.b
Sapientiam qui audit iudicabit gentes, qui intuetur illam permanebit confidens, Eccl'ci 4.b
Sapientiæ qui ſeruiunt obſequẽtes erunt ſancto, & eos qui diligunt illam diligit deus, Eccleſiaſtici 4.b
Sapientiæ ſi quis crediderit, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum, Eccleſiaſtici 4. b
Sapientia ambulat in tentatione cum eo, & in primis eligit eum, Eccl'ci 4.b
Sapientia inducet ſuper eum timorẽ & metum & probationem, cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec eum tentet in cogitationibus ſuis, & credat animæ illius, Eccl'ci 4.c
Sapiẽtia firmabit uirum, & iter adducet directum ad illum, lætificabit illum, denudabit abſcõdita ſua illi, &c. Eccl'ci 4. c
Sapientia theſaurizabit ſuper uirum ſcientiam, & intellectum iuſtitiæ, Eccl'ci 4.c
A ſapientia ſi quis oberrauerit derelinquet eum, et tradet in manus inimici ſui, Eccl'ci 4. c
Sapientiam non abſcondas tuam in decore ſuo, Eccl'ci 4. d
Sapientia cognoſcitur in lingua, Eccl'ci 4.d
Sapientiæ in compedes iniice pedem tuum, & in torques illius collum tuum, ſubiice humerum tuum, porta illam, & ne acedieris uinculis eius, Eccl'ci 6. c
Sapientiam accede in omni animo tuo, in omni uirtute tua conſerua uias eius, Eccl'ci 6.c
Sapientiam inueſtiga, & manifeſtabitur tibi, continens factus ne derelinquas eam, in nouiſſimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectamentum, Eccl'ci 6.c
Sapientiæ compedes erunt tibi in protectionẽ fortitudinis, & baſes uirtutis, torques illius in ſtolã gloriæ, Eccl'ci 6.d
In ſapientia eſt decor uitæ, & uincula illius alligatura ſalutaris, Eccl'ci 6.d
Sapientiam indues ut ſtolam gloriæ, & coronam gratulationis ſuperpones tibi, Eccl'ci 6. d
Ad ſapientiam accede, quaſi is qui arat, & qui ſeminat, & ſuſtine bonos fructus illius, in opere enim ipſius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius, Eccl'ci 6. b
Sapientia quàm aſpera nimis eſt indoctis hominibus, non permanebit in illa excors, Eccl'ci 6.c
Sapientia quaſi lapidis uirtus erit in ſtultis, & non demorabitur proiicere illam, Eccl'ci 6.c
Sapientia doctrinæ ſecundum nomen eſt eius, & non eſt multis manifeſta, quibus autem cognita eſt, permanet uſq; ad conſpectum dei, Ibidem.
Sapiens efficiar, dixi, & ipſa longius receſſit à me, multo magis quàm erat, Eccl'es 7.c
Cum ſapientibus & prudẽtibus tracta ſecundum uirtutẽ tuam, caue te à proximo tuo, Eccl'ci 9. d
Sapientia humiliati exaltabit caput eius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet, Eccleſiaſtici 11. a
Sapiẽtia diſciplina ſcientia legis apud deum ſunt, Eccl'ci 11. b
In ſapientia qui morabitur beatus, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu ſuo cogitabit circumſpectionem dei, Eccl'ci 14.d
Sapientiæ uias qui excogitat in corde ſuo, & in abſconſis ſuis intelligens, uadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in uijs ſuis conſiſtens, beatus eſt, Eccl'ci 14.d
Sapientiæ feneſtras perſpiciens & in ianuis illius audiens, requieſcẽs iuxta domum illius, & ẽ. beatus, Eccl'ci 14. d
In ſapientiæ caſulis requieſcent ſemper bona, Eccleſiaſtici 14. d
Sub ſapientiæ tegmine ſtatuet filios ſuos, ſub ramis eius morabitur uir beatus, protegetur ſub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requieſcet, Eccl'ci 14. d
Sapientiam ueraces inuenient, & ſucceſſum habebunt uſq; ad inſpectionem dei, Eccl'ci 15.b
Sapientia à deo profecta eſt, Eccl'ci 15. b
Sapientiæ dei aſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi, Eccl'ci 15. b
Sapientia dei multa eſt et fortis in potentia, uidens omnes ſine intermiſſione, Eccl'ci 15.d
Sapientiam agnoſcit omnis aſtutus, & inuenienti eam dabit confeſſionem, Eccl'ci 18. d

Sapiens homo in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia, Eccl'ci 18.d

Sapientia non est disciplina nequitiæ, Eccl'ci 19.c

Sapientia omnis est timor domini, Eccl'ci 19.c

Sapiens in uerbis producet seipsum, Eccl'ci 20. d

Sapiens in uerbis seipsum amabilem facit, Ecclesiastici 20. b

Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisq; Eccl'ci 20.d

Sapiens qui non est in bono, non erudietur, Ecclesiastici 21.b

Sapiẽtia fatuo tanquam domus exterminata, Ecclesiastici 21. c

Sapientis scientia tanquam inundatio abundabit, Eccl'ci 21. b

Sapiens quodcunq; uerbum audierit scius laudabit, & ad se adijciet, audit luxuriosus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum, Ecclesiastici 21. c

Sapientia in omni tempore flagella & doctrina, Eccl'ci 22. a

Sapientiam stulto narrans, quasi cum dormiente loquitur, &c̃. Eccl'ci 22. a

Sapientia laudabit animam suam, & in deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur, Ecclesiastici 24.a

Sapientia in ecclesijs altissimi aperiet os suum, & in conspectu uirtutis illius gloriabitur, in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur, Eccl'ci 24.a

Sapientia laudem habebit in multitudine electorum, & inter benedictos bñdicetur dicens, &c̃. Eccl'ci 24.a

Sapientia ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam, Eccl'ci 24.a

Sapientia in cœlis fecit ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram, Ecclesiastici 24.a

Sapientia ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis, Eccl'ci 24.a

Sapientia cœli gyrum circuiui sola, profundum abyssi penetraui, in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti, Eccl'ci 24. a

Sapientia ego in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellẽtium & humilium corda uirtute propria calcaui, & in his omnibus requiem quæsiui, et in hæreditate eius morabor, Eccl'ci 24.a

Sapientiæ mihi prȩcepit, et dixit creator omnium, et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, &c̃. Eccl'ci 24.a

Sapientia ab initio & ante sæcula creata sum, & usq; ad futurum sæculum nõ desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui, Ecclesiastici 24. b

Sapientia ego, in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalẽ potestas mea, Eccl'ci 24.b

Sapientia ego radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea, Eccl'ci 24.b

Sapientia ego quasi cedrus exaltata sum in Libano, quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho, Eccl'ci 24.b

Sapiẽtiæ quasi oliua speciosa in campis, quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis, sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorẽ dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris, Eccl'ci 24. b

Sapientia ego quasi storax, galbanus, ungula, gutta, et quasi Libanus non incisus, uaporaui habitationem meã, & quasi balsamum non mixtum odor meus, Eccl'ci 24.b

Sapientia ego quasi terebinthus, extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ, Ibidem.

Sapiẽtia ego quasi uitis fructificaui suauitatẽ odoris, & flores mei honoris & gratiæ, Eccl'ci 24.b

Sapientia ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & sanctę spei, in me gratia omnis uitæ & ueritatis, in me omnis spes uitæ & uirtutis, Eccl'ci 24.c

Sapientia ait, Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini, spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum, Eccl'ci 24.c

Sapientiã qui audit non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt, qui elucidant me, uitam æternam habebunt, Eccl'ci 24.c

Sapientiæ memoria in generationes sæculorum, qui me edunt adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient, Eccl'ci 24. c

Sapientia hæc liber uitæ, testamentum altissimi, & agnitio ueritatis, Eccl'ci 24.c

Sapientia deus implet filium Dauid, quasi Phison & sicut Tigris in die nouorum, Eccl'ci 24.c

Sapientia deus implet sensum quasi Euphrates, qui multiplicat, quasi Iordanis in tempore messis, Eccl'ci 24.c

Sapientiam mittit sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die uindemiæ, Eccl'ci 24.c

Sapientiam perficit primus scire, infirmior eam non inuestigabit, Eccl'ci 24. c

Sapientiæ cogitatio à mari abundabit, & consilium illius in abyssо magna, Eccl'ci 24.c

Sapientia ego effudi flumina: ego quasi trames aquę immẽsę de fluuio: ego quasi fluui⁹ Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso, Eccl'ci 24.d

Sapientiæ trames abundans, & fluuius appropinquans ad mare, Eccl'ci 24.d

Sapientia ego doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam usq; ad longinquum, Eccl'ci 24. d

Sapientia ego penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, Ecclesiastici 24.d

Sapientia ego illuminabo omnes ſperantes in domino, Eccl'ci 24.d
Sapientia ego doctrinã quaſi prophetiã effundã, & relinquã illam quærentibus ſapientiã, & non deſinam in progenies illoꝝ uſq; ad æuum ſanctum, Eccl'ci 24. d
In ſapiẽtia tua noli importune extolli, Eccl'ci 32.a
Sapiens non odit mandata & iuſtitias, non illidetur quaſi in procella nauis, Eccl'ci 33.a
Sapientia in ore fidelis cõplanabitur, Eccl'ci 34.a
Sapiens in populo hæreditabit honorẽ, & nomen illius erit uiuens in æternum, Eccl'ci 37.d
Sapiens eſt animæ ſuæ ſapiens, & fructus ſenſus eius laudabilis, Eccl'ci 37.d
Sapiens uir plebem ſuam erudit, fructus ſenſus illius fideles ſunt, Eccl'ci 37. d
Sapiens uir implebitur benedictionibus, & uidentes illum laudabunt, Eccl'ci 37. d
Sapientiã ſcribe tempore uacuitatis, Eccl'ci 38. c
Sapientiam percipiet qui minoratur actu, quia ſapientia replebitur, Eccl'ci 38.c
Sapiens exquiret ſapientiam omnium antiquoꝝ, & in prophetis uacabit, Eccl'ci 39.a
Sapiens conſeruabit narrationem nominatorum uirorum, Eccl'ci 39.a
Sapiens miniſtrabit in medio magnatorum, & in conſpectu præſidis apparebit, Eccl'ci 39. a
Sapiens in terram alienigenarum pertranſiet, bona enim & mala in omnibus tentabit, Eccleſiaſtici 39. a
Sapiens cor ſuum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur, Eccl'ci 39.a
Sapiens aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur, Eccl'ci 39.a
Sapientem dominus magnus replebit ſpiritu intelligentiæ, & tanquã imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur domino, Eccl'ci 39. a
Sapientis deus diriget conſilium & diſciplinã, & uſq; in ſæculum non delebitur, Eccl'ci 39.b
Sapientis memoria non recedet, nomẽ eius requiretur à generatione in generationẽ, Eccl'ci 39.b
Sapientiam ſapientis enarrabunt gentes, & laudẽ eius enunciabit eccleſia, Eccl'ci 39.b
Sapientis nomen ſi permanſerit derelinquet, plus quàm mille, & ſi requieuerit, proderit illi, Eccleſiaſtici 39.b
Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quç utilitas in utriſq; Eccl'ci 41. c
Sapientiæ ſuæ magnalia decorauit deus, qui eſt ante ſæculum, nec adiectum eſt, nec minuitur, nec eget alicuius conſilio, Eccl'ci 42.d
Sapientiam patrum narrent populi, & laudem eorum nunciet eccleſia, Eccl'ci 48.c
Sapientiam quæſiui palàm in oratione mea, cum adhuc iunior eſſem priuſq; aberrarẽ, Eccl'ci 51.c
Sapientiam poſtulaui ante tempus, & uſq; ad nouiſſima inquiram eam, & florebit tanquàm uua præcox, Eccl'ci 51. c
Ad ſapientiam inclinaui modice aurem meam, & excepi illam, Eccl'ci 51.c
Sapientiam multam inueni in meipſo, & multum profeci in ea, Eccl'ci 51. c
Sapientiam mihi danti dabo gloriam, Eccl'ci 51.c
Sapientia dei luxit aĩa mea, & ignorantias meas illuminauit, Eccl'ci 51. c
Ad ſapientiam direxi animam meam, & in agnitione eam inueni, Eccl'ci 51.c
In ſapientia poſſedi cor meum ab initio, propter hoc non derelinquar, Eccl'ci. 51.c
Sapientiã quærendo uenter meus cõturbatus eſt, propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem, Ibi.
Sapientiæ opus operamini ante tempus, & dabit uobis mercedem ueſtram in tempore ſuo, Eccleſiaſtici 51.d
Sapientiã faciendo confirmatus ſum, Eccl'ci 51. c
Sapientiæ appropiate indocti, & congregate uos in domum diſciplinæ, quid adhuc retardatis? Eccl'ci 51.d
Sapientiam comparate uobis ſine argento, & collum ueſtrum ſubijcite iugo, ſuſcipiat anima ueſtra diſciplinam, in proximo eſt enim inuenire eam, Eccl'ci 51.d
In ſapientiæ miſericordia lætetur aĩa ueſtra, & nõ confundemini in laude ipſius, Eccl'ci 51.d
Sapientia nõ introibit in maliuolã aĩam, Sap.1.a
Sapientia non habitabit in corpore ſubdito peccatis, Sap.1. a
Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, infelix eſt, Sap.3. c
Sapientia melior eſt quàm uires, Sap.6. a
Sapiẽtia clara eſt, & quæ nunq; marceſcit, Sap.6.b
Sapientia facile uidetur ab his qui diligunt eam, et inuenitur ab his qui quærunt illam, Sap.6.b
Sapientia præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat, Sap.6.b
Ad ſapientiam qui de luce uigilauerit, non laborabit, aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet, Sap.6.c
De Sapiẽtia cogitare ſenſus eſt cõſummatus, & q uigilauerit ꝓpter illam, cito ſecurus erit, Ibidẽ.
Sapientia dignos ſe ipſa quærens circuit, & in uijs ſe oſtendet hilariter illis, & in omni prouidentia occurret illis, Sap.6.c
Sapientiæ initium ueriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia, Sap.6. c
Sapientiæ concupiſcentia deducit ad regnum perpetuum, Sap.6.c
Sapientium multitudo ſanitas eſt orbis terrarum, Sap.6.d
Sapientiæ lumen diligite omnes, qui præeſtis populis, Sap.6.d
Sapientia quid ſit, & quemadmodum facta ſit referam, & non abſcondam à uobis ſacramenta dei, Sap.6.d

Sapientiam dei ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponã in lucẽ, nec præteribo ueritatẽ, Sap.6.d

Sapientiæ non comparaui lapidẽ pretioſum, omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius, Sap.7.a

Sapientiam ſuper ſalutem dilexi, & ſpeciem, propoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius, Sap.7.b

Cum ſapientia uenerunt mihi oĩa bona, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum, q̃niã antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabam quoniã hor̃ omnium mater eſt, Sap.7.b

Sapientiã ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo, Sap.7.b

Sapientia infinitus eſt theſaurus hoĩbus, q̃niã qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei, propter diſciplinæ dona commendati, Sap.7.b

Sapiẽtiæ deus dedit mihi dicere ex ſentẽtia, & præſumere digna hor̃ quę mihi dantur, q̃niã ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator, Ibidem.

Sapientiam optaui, & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & uenit in me ſpiritus ſapientiæ, Sap.7.a

Sapientiã præpoſui regnis & ſedibus, diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, Sap.7.a

Sapiens ſum quidem, ſed homo mortalis, ſimilis omnibus, ex genere terreno, illius qui prior factus eſt, Sap.7.a

Per ſapientiam dei noui permutationes uiciſſitudinum, mutationem omnium morum & temporum, anni curſus, ſtellarum diſpoſitiones, animalium naturas, iras beſtiarum, uim uentorum, cogitationes hominum, differentias uirgultor̃, uirtutes radicum, &c̃. Sap.7.c

Sapientia docuit me, omnium artifex, Sap.7.c

In ſapientia eſt ſpiritus intelligentiæ ſanctus, multiplex, unicus, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habẽs uirtutem, omnia proſpiciens, &c̃. Sap.7.c

Sapientia oĩbus mobilibus mobilior eſt, Sap.7.d

Sapientia attingit ubiq; , propter ſuam mundiciã, Sap.7.d

Sapientia uapor eſt uirtutis dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei ſyncera, ideo nihil inquinatum in eam incurrit, Sap.7.d

Sapientia candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, Sap.7.d

Sapientia cum ſit una omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos dei & prophetas conſtituit, Sap.7.d

Sapientiæ qui cohabitat, illum ſolum deus diligit, Sap.7.d

Sapientia ſpecioſior eſt ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior, Sap.7.d

Sapientiam non uincit malitia, luci autem ſolari ſuccedit nox, Sap.7.d

Sapientia attingit à fine uſq; ad finem fortiter, diſponit omnia ſuauiter, Sap.8.a

Sapientiam amaui, & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui in ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius, Sap.8.a

Sapientiæ generoſitatem glorificat cõuiuium habens dei, ſed & omnium dominus dilexit illam, Sap.8.a

Sapientia doctrix eſt diſciplinæ dei, & electrix operum illius, Sap.8.a

Sapientiam propoſui mihi adducere ad conuiuendum, ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei, Sap.8.b

Ob ſapientiam habebo claritatem ad turbas, honorem apud ſeniores, iuuenis, & acutus inueniar in iudicio, in conſpectu potentium admirabilis ero, facies principum mirabuntur me, tacentem me ſuſtinebunt, loquentem me reſpicient, &c̃. Sap.8.c

Propter ſapientiam habebo immortalitatẽ, & memoriam æternam his qui poſt me futuri ſunt relinquam, Sap.8.c

Per ſapientiam diſponam populos, nationes mihi erunt ſubditæ, Sap.8.c

Sapientia ſumma eſt, ſcire cuius eſt cõtinentiæ donum, Sap.8.d

Sapientia quid locupletius? quæ operatur omnia, Sap.8.a

Sapientia ipſa, omnium eorum quæ ſunt, magis eſt artifex, Sap.8.a

Sapientiæ labores magnas habent uirtutes, ſobrietatem enim & ſapientiam, iuſtitiam & uirtutem docet, quibus in uita hominibus nihil eſt utilius, Sap.8.b

Sapientia ſcit præterita, de futuris æſtimat, ſcit uerſutias ſermonum, ſigna & monſtra ſcit antequã fiant, euentus quoq; temporum & ſæculorum, Sap.8.b

Sapientem timebunt audientes reges horrẽdi, ob ſapientiam in multitudine uidebor bonus, & in bello fortis, Sap.8.c

Cum ſapientia intrans in domum conquieſcã, nõ enĩ habet amaritudinẽ conuerſatio illius, nec tædium cõuictus eius, ſed lætitiã & gaudium, Ibi.

In ſapientiæ cogitatione immortalitas eſt, amicitia eius delectatio bona, honeſtas ſine defectione, p̃claritas in communicatione ſermonum ipſius, Sap.8.d

Sapientiam quærens circuibam ut mihi illam aſſumerem, Sap.8.d

Sapientiã ſedium tuar̃ aſſiſtricẽ da mihi, Sap.9.a

Sapientia tua ſi abfuerit à conſummato aliquo inter filios hoĩm, in nihilum cõputabitur, Sap.9.b

Sapientia tecum est, quæ nouit opera tua, deus, quæ et affuit, tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, et quid directum in oculis tuis, Sap.9.b

Sapiẽtia cœlitus mittatur ut mecum sit, & mecum laborer, ut sciam quid acceptum sit apud te, Sapientiæ 9.c

Sapientia scit oĩa illa, & intelligit, deducet me in operibus meis, ut disponam populum tuum iuste, & ero dignus sedium patris mei, Sap.9.c

Sapientia sanati sunt quicunq; placuerunt tibi domine à principio, Sap.9.d

Sapientia iustum Lot à pereuntibus impijs liberauit, fugientem, Sap.10.a

Sapientia sciuit iustum Abraham, cum se natiões extulissent in consensu superbiæ, Sap.10.a

Sapientia sanauit terrã, cum aqua eam deleret, per contemptibile lignum iustum gubernans, Ibi.

Sapientia carentes non tantum in hoc lapsi sunt ut bona ignorarent, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his quæ peccauerunt nec latere potuissent, Sap.10.b

Sapientia hos qui se obseruant à doloribus liberauit, Sap.10.b

Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas, Sap.10.d

Sapientia direxit opera Israel in manibus prophetæ sancti, Sap.11.a

Sapientiæ gloria correptio cum contumelia, Sapientiæ 17.b

Sapientia deduxit, custodiuit, honestauit, tutauit, et uincere fecit Iacobum, Sap.10.c

Sapientia potentior est hominum, Sap.10.c

Sapientia uenditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditq; cum Ioseph in foueam, & in uinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, &c. Sapientiæ 10.c

Sapientia liberauit populum iustum, & semẽ sine querela à nationibus, quæ illum opprimebant, Sap.10.c

Sapientia intrauit in animam serui dei Mosis, & stetit contra reges horrendos, in portentis & signis, Sap.10.d

Sapientia reddidit iustis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in uia mirabili, et fuit illis in uelamento diei, et in luce stellarum per noctem, Sap.10.d

Sapientia transtulit Israelẽ per mare rubrum, transuexit illos per aquam nimiam, inimicos demersit in mare rubrum, & ab altitudine inferorum eduxit illos, Sap.10.d

Sapientiam deus dedit pie agentibus, Sap.43.d

Sapiens ubi? ubi scriba? ubi inquisitor huius sæculi? 1.Cor.1.c Isa.29.e

Sapiens ædificat domum suã sup petrã, Matt.7.d

Sapientia iustificata à filijs suis, Matth.11.c

Sapientibus & prudentibus abscondisti, & reuelasti paruulis, Matth.11.d

Sapiens quæ hominum sunt non quæ dei, scandalum mihi es, Matth.16.d

Sapientes & scribas occidetis, crucifigetis, &c. Matth.23.d

Sapientiam et uirtutem Christi admirantur, qui in patria Christi, & contemnunt, Marc.6.a

Sapientia plenus erat puer, & crescebat & confortabatur, Luc.2.f

Sapientia ætate & gratia proficiebat Iesus, apud deum & homines, Luc.2.g

Sapientiam & responsa Iesu stupebant, & audiebant omnes & admirati sunt, Luc.2.g

Sapientiam Salomonis audire uenit regina austri, Luc.11.d

Sapientes se quidem dicunt gẽtes, stulti facti sunt, Rom.1.c

Sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei nõ est subiecta, nec enim potest, Rom.8.b

Sapere ad sobrietatem, nõ plus sapere quàm oportet sapere, Rom.12.a

Sapiendum est, ut unicuiq; deus diuisit secundum mensuram fidei, Rom.12.a

Sapientes uos esse uolo in bono, & simplices in malo, Rom.16.c

Sapere secundum Christum est, ut unanimes uno ore honorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi, Rom.15.a

Sapientia sapientum perditur, 1.Cor.1.c Isa.29.e Abd.1.c

(Cor.1.c

Sapientiam huius mundi deus stultam fecit, 1.

Sapientius est hominibus quod stultum est dei, 1.Cor.1.d

Sapientes ut confundat deus, stulta mundi elegit, 1.Cor.1.d

Sapientia, iustificatio, sanctificatio & redemptio nostra Christus factus est, 1.Cor.1.d

Sapientiam Græci quærunt, Iudæi signa, nos crucifixum Christum prædicamus, 1.Cor.1.d

Sapientes secundum carnem non multi uocantur ad Christum, 1.Cor.1.d

Sapientia uerbi euangelizando euacuatur crux Christi, 1.Cor.1.c

Sapientiam loquimur inter perfectos, non quæ huius sæculi nec principum qui destruuntur, 1.Cor.2.b

Sapientiã dei loquimur in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit deus ante sæcula, in gloriam nostram, 1.Cor.2.b

Sapientiã absconditã prędestinauit deus ante sæcula, in gloriam electorũ & apostolorũ, 1.Cor.2.b

Sapientiam mysticam nemo principum huius sæculi cognouit, 1.Cor.2.b

Sapientiam mysticam nobis deus reuelauit p spiritum suum, 1.Cor.2.c

Sapientiam Christi oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum, 1.Cor.2.c

Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum, 1.Corinth.3.d

Sapiens ſibi uiſus in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens, 1.Cor.3. d

Sapientes comprehendam in aſtutia ſua, 1.Corinth.3.d Iob 5. c

Sapientium cogitationes dominus nouit, quoniã uanæ ſunt, 1.Cor.3.d

Sapientiæ & ſermonis ſublimitate uſus non eſt Paulus, annuncians teſtimonium Chriſti, 1.Corinth.2. a

Sapientes libẽter ſufferant inſipientes, 2.Cor.11.d

Sapiamus idem, in eadem permaneamus regula, Philip.3. c

Sapientium terrena gloria eſt cum cõfuſione ipſorum, Philip.3. d (Col.3.a

Sapite quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram,

Sapienter ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes, Coloſ.4.a

Sapientia ſi quis ueſtrum indiget, poſtuletà deo, qui dat omnibus affluenter, Iaco.1.a

Sapiens & diſciplinatus, ex bona conuerſatione oſtendat operationem ſuam, in manſuetudine ſapientiæ, Iacob.3.c.d

Sapientia contradicens ueritati, non eſt deſurſum, deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica, Iaco.3.d

Sapientia quæ deſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine æmulatione, Iaco.3.d

¶Saph de ſtirpe Arapha percuſſus à Sobochai, 2.Reg.21.d

¶Saphai de genere gigantum percuſſus à Sobochai, 1.Par.20.c

¶*Saphat.*

Saphat pater Eliſei de Abelmeula, 3.Reg.19.c

Saphat filius Huri, de tribu Simeon explorator, Num.13. a

Saphat familiæ pater in Baſan de tribu Gad, 1. Para.5. b

Saphat filius Adli, præfectus bobus in uallibus, 1.Para.27.d

¶*Saphan.*

Saphan filius Aſalia, filij Meſſulam, ſcriba templi domini, 4.Reg.22. a

Saphan renunciat Ioſiæ regi repertam in templo legem domini, cum pecunia requireretur, 4. Reg.22.b

Saphan pater Ahicam ſcriba, 4.Reg.22. c 2.Paralipom.34. d

Saphan ſecundæ familiæ pater in tribu Gad, 1. Para.5. b

Saphan filius Eſeliæ, præfectus operi inſtaurandi templi, 2.Par.34.b

Saphan ſcriba, librum legis regi offert, 2.Par.34.d

Saphan ſcriba pater Gamariæ, Ierem.36.c

Saphan pater Ahican auus Godoliæ, Ierem. 40. b.c 26. g

Saphan pater Iezoniæ idololatræ, Ezech.8.d

¶*Saphatia.*

Saphatia quintus filius Dauid, filius Abital, 2. Reg.3.a 1.Par.3.a

Saphatia pater Moſollam filij Rahuel, 1.Par.9.b

Saphatia Haruphites Beniamita, 1.Par.12. a

Saphatias filius Maacha dux Simeonitarum, 1. Para.27.c

Saphatias filius Ioſaphat, 2.Par.21.a

Saphatias filius Mathan, Ierem.38.a

Saphatiæ filij ex ſeruis Salomonis redeunt, Eſd. 2.c Neem.7.e

Saphatiæ filij ciues Ieruſalem, Neem.11.a

¶Sapphira uxor Ananiæ poſt tres horas mendacij accuſata & deprehenſa, cadens expirauit, Act.5. b

Sapphiram iuuenes mortuam extulerunt & ſepelierunt ſimiliter ut uirum, Act.5. b

¶*Sapphirus.*

Sapphirini lapidis opus uiſa eſt dei gloria Iſraelitis in monte Sinai, Exod.24.c

Sapphiris fundabo te eccleſiam ait deus, & Iaſpidem ponam propugnacula tua, &c̃. Iſa. 54. e

Sapphiri lapidis aſpectus ſimilitudo throni, ſuper firmamentum erat, imminens capiti eorum, Ezechielis 1. f

Sapphirus lapis in firmamento ſuper caput cherubim, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit, Ezech.10.a

Sapphiri locus lapides eius, et glebæ illius aurum, Iob 28.b

Sapphirus fundamentum ſecundum Ieruſalem, Apoc.21. f

¶Saphon ciuitas in tribu Gad, Ioſ.13.c

¶*Sara.*

Sara generalis filiorum dei mater & domina dicta, Gen.17.c

Saræ promittitur filius Iſaac, Gen.17.c

Sara benedicitur, & ſemen eius, & reges ex ea proceſſuri prædicuntur, Gen.17. c

Saræ deſierant muliebria, Gen.18. b

Sara in tabernaculo perſeuerat, Gen.18.b

Saræ iterum promittitur filius Iſaac, Gen.18.b

Sara ridet poſt oſtium tabernaculi, Gen.18. b

Sara mentitur timore perterrita, Gene.18.b

Sara non accedit hoſpites, Gen.18.b

Sara dñm nominat maritum Abrahamum, Ibid.

Sara horret uoluptates, iam ſenior, Gen.18.b

Sara ſecundo dicitur ſoror in Gerara, Gen. 20.a

Saram tulit Abimelech, Gen.20.a

Sara, ptecta à dño, ne tangeretur, Gen.20.b

Sara fuit uere ſoror Abrahæ ex patre, Gen.20.c

Saræ uelamen oculorum datum, Gen.20.d

Sara reddita Abrahæ ab Abimelech, Gen.20.d

Sara meminerit ſe reprehenſam, Gen.20.d

Saræ miſericordia ad Abraham, Gen.20.c

Sara non fert filium ſuum irrideri à filio Agar Iſmaele, Gen.21.a

Sara filium ſenex peperit & lactauit, Gen.21.a
Saræ pudor & caſtitas, Gen.21. a
Sara lactat miraculo ſenectutis, Gen.21.a
Sara uiſitata à domino ut conciperet, Gene. 21.a
Sara uult eijci ancillam Agar, Gen.21.b
Saræ imperium dure fert Abraham, Gen.21. b
Sara quæ dixerat, Abraham implere iubetur à domino, de Iſmaele et Agar amandanda, Ge.21.b
Sara moritur & ab Abraham plangitur, Geneſis 23. a
Sara uixit 127.annis, ſepelitur in Hebron, Geneſis 23. a
Saram ſepeliuit Abrahã in duplici ſpelunca agri, prope Mambre, Gen.23. d
Sara filia Aſer, Gen.46.b Num.26. f
Sara filia Ephraim ædificauit Bethhoron inferiorem & ſuperiorem, 1.Par.7.e
Sara ſoror filiorum Aſer, 1.Par.7.f
Sara filij Iahuel cum fratribus 690.habitatores Ieruſalem, 1.Par.9.b
Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, improperium audit ab ancilla, Tob.3.b
Sara ſuperiori cubiculo tribus diebus ieiunans, orat cum lachrymis, ut ab imperio liberetur, Tob.3. b
Saræ uirginis oratio, Tob.3.c
Sara ait, Scis domine, quia nunquã concupiui uirum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia, Tob 3. c
Sara Raguelis filia unica debet Tobiæ, Tob.6.c
Sara benedicitur, Forti animo eſto, dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es, Tob.7.d
Saræ oratio, Miſerere nobis domine miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter ſani, Tobiæ 8. b
Sara monetur honorare ſocerum, diligere maritum, regere familiã, gubernare domum, ſeipſam irreprehenſibilem exhibere, Tob.10. d
Sara ſubſequitur, poſt ſeptem dies cum familia ſana, Tob.11.d
Sara ſterilis accepit in conceptione uirtutem ſeminis præter tempus ætatis, Hebr.11. c
Sara fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat, Hebr.11. c

¶*Sarai.*

Sarai uxor Abraæ, Gen.11. d
Sarai ſterilis uxor Abraæ, Gene.11.d
Sarai pulchra mulier ualde, Gene.12.c
Sarai ſublata in domum Pharaonis, Gene.12.d
Sarai cauſa flagellatur Pharao, Gene.12.d
Sarai impatientius deſiderat prolem, Gene. 16.a
Sarai raræ probitatis fœmina ad maritum, Geneſis 16.a
Sarai deprecanti acquieſcit Abrã, amore filiorum inſtigatus, Gen.16. a
Sarai liberos non genuerat, Gene.16.a
Sarai ancillã Agar ſibi filios generare ab Abram cupit, Gen. 16. a
Sarai affligit ancillam Agar, Gen.16. b
Sarai ſancta iraſcitur, non fert contemptum, Geneſis 16. b
Sarai nomen mutatur in Sara, domina mea in dominam, Gen.17. c
Sarai de filijs Bani duxit alienam, Eſd.10.d

¶*Saraa.*

Saraa terminus tribus Dan, Ioſ.19.d
Saraa ædificatur à rege Roboam, 2.Par.11. b
Saraa habitatio Iudæorum poſt reditum, Neemiæ 11. d
¶Sarar pater Ahiam Ararites fortiſſimi Dauid, 2.Reg.23. d

¶*Saraias.*

Saraias filius Ezriel, Ierem.36.f
Saraias filius Neriæ, filij Maaſiæ, librum Ieremiæ Babylonem portat cum rege Sedechia, Ieremiæ 51. g
Saraias primus ſacerdos, captus, et in Reblatha occiſus, Ierem.52.f 4.Reg.25.e
Saraias erat princeps prophetiæ, Ierem.51.g
Saraias iubetur legere in Babylone librum Ieremiæ, contra Babyloniam ſcriptum, & poſtea lapidi alligatum proijci in Euphraten, Iere. 51.g
Saraias filius Helchiç ſacerdos in Ieruſalem, Neemiæ 11. b
Saraias ſcriba erat Dauidis, 2.Reg.8.d
Saraitæ egreſſi de Sobal, 1.Par.2.g
Saraia filius Thanehumeth Nethophatites, 4. Reg.25. f
Saraias filius Cenez, pater Ioab, uallis artificum, 1.Par.4. c
Saraias filius Azariæ, pater Ioſedech, 1.Par.6.b
Saraia rediit è Babylone, Eſd.2.a
Saraias pater Eſdræ, filius Azariæ, Eſd.7. a
Saraias ſignator fœderis, Neem.10.a
Saraia ſacerdos rediens cum Zorobabel, Neemiæ 12. a
Saraſar & Adramelech filij Sennacherib occidunt patrẽ in templo Neſroch, 4.Reg.19.g Iſa.37.g
Saraſar miſſus ad Zachariam prophetam, Zachariæ 7. a
¶Saraim ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ. 15.e
¶Sarathaſar ciuitas Ruben in monte conuallis, Ioſ.13. c
¶Sarathi cognatiões fuerunt ab Ahumai et Laad, 1.Par.4.a
¶Saraim in uia uſque ad Geth & Accaron fugientes Palæſtini cadunt, occiſo Goliath, 1.Regum 17. g

¶*Sardis.*

Sardis eccleſia Aſiæ, Apoc.1. c
Sardis eccleſiæ angelo ſcribitur, quod nomen habeat quod uiuat, & mortuus ſit, Apoc.3.a
Sardis ſunt pauca nomina, qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis, Apoc.3. a

¶*Sardius.*

Sardonico lapidi pretioſiſſimo non confertur ſapientia, Iob 28.c

Sardonyx fundamentum muri Ieruſalē quintum, Apoc. 21. f

Sardius fundamentum ſextum Ieruſalem, Ibid.

¶*Sareas.*

Sareæ filij, 3.Eſd.5.c

Sarea ciuitas Iuda in campeſtribus, Ioſ.15. e

Sareas filius Thanehumeth uenit ad Godoliam in Maſphath, Ierem.40. c

Sareas unus ſcribarum Eſdræ, 4.Eſd.14.c

¶*Sarabias.*

Sarabiæ commendat Eſdras pecuniam & uaſa, Eſd.8.e

Sarabias uir doctiſſimus de filijs Moholi et fratres eius 18.de loco Caſphiæ uenit Ieruſalē, Eſd.8.c

Sarebia Leuita rediens cum Zorobabel, Nee.12.a

Sarebias Leuita, 3.Eſd.9. f

¶Sareda patria Ieroboam in Ephraim, 3.Re.11.e

¶Sared filius Zabulon, Gen.46.b

Sareditarum familia à Saredi filio Zabulon, Numeri 26.c

¶Sares frater Machir, filios habuit Vlam & Recem, 1.Par.7.d

¶In Sareptha Sidonioꝝ paſcitur Elias à uidua, 3.Reg.17.a

¶Sareus pater Eſdræ ſcribæ doctiſſimi, & filius Azaræi, 4.Eſd.1. a

¶Sargon rex Aſſyriorum miſit Tharтan ad pugnandum cõtra Azotum,quã & cepit, Iſa.20.a

¶Saria filius Aſel,de ſtirpe Saul, 1.Par.8.d

¶Sarid terminus ſortis Zabulon, Ioſ.19. a

De Sarid contra orientem in finem Cheſeleththa bor reuertitur limes tribus Zabulon, Ioſ. 19.a

¶Sarion mons, Sidonijs dictus eſt Hermon, & Sanir, Deut.3. b

¶Sarmenta Paulus congregans inuaditur ex manu uipera, Act.28.a

¶Sarohen ciuitas tribus Simeon, Ioſ.19.a

¶*Saron.*

Saron factus eſt ſicut deſertum,concuſſa eſt Baſan & Carmelus, Iſa.33. b

Saron urbis rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12.d

Saron ſuburbana habitatio fuit familiarum Gad, 1.Par.5. c

Sarone qui erant conuerſi ad dominum Aeneam ſanatum uiderant à Petro, Act.9.f

¶Saroneth filij, 3.Eſd.5.d

¶Sartaginis oblatio quomodo conficienda, Leuitici 2. b

Sartaginem ferream pones murum ferreum inter te et ciuitatem,obfirmabis faciem tuam ad eam, &c̃. Ezech.4.a

¶*Sarthan.*

Sarthan iuxta urbem Adam regio, Ioſ.3.d

Sarthan & Sochot loca inter quæ uaſa templi conflata ſunt,ab Hiram Tyrio, 3.Reg.7. g

Sarthana ſubter Iezrahel, 3.Reg.4.b

¶*Saruia.*

Saruiæ tres filij,Ioab,Abiſai,& Aſael, 2.Reg.2.d

Saruiæ filios, Dauid ſibi duros queritur, quibus reddi optat malum pro eorum malitia, 2.R.3.g

Saruiæ ſoror Abigail filiæ Naas, 2.Reg.17. f

Saruia filia Iſai ſoror Dauid, 1.Par.2. b

Saruiæ filij,Abiſai,Ioab,Aſahel tres, 1.Par.2.b

¶Serua mater Ieroboam,uidua in Sareda, 3.Regum 11. e

¶*Sarug.*

Sarug filius Reu & pater Nachor, Gene.11. e

Sarug uixit 30. & 200.annis, Gen.11.c

Sarug pater Nachor filius Ragau, Luc.3.g

¶*Saſſabaſar.*

Saſſabaſar aſcendebat cum redeuntibus de tranſmigratione Babylonis in Ieruſalem, Eſd.1.d

Saſſabaſar princeps Iudæorum aſcendentium, Eſd. 1. d

Saſſabaſar principem conſtituit rex Cyrus, Eſdræ 5. d

Saſſabaſar poſuit fundamenta templi dei in Ieruſalem, & ex eo tempore uſq; nunc ædificatur, necdum eſt completum, Eſd.5.d

¶Saſagazus eunuchus ſecundarum ędium Aſſueri, Eſth.2.c

¶Saſus filij, 3.Eſd.5. d

¶Sata tria ſimilæ commiſcuntur à Sara, Geneſis 18. a

Sata Ieſus pertranſijt ſabbato, & diſcipuli eſurientes ſpicas uellebant & manducabant, Matthæi 12. a

¶Satiauit animam inanem, animam eſurientem ſatiauit bonis, Pſal.107.9.

¶*Saturare.*

Saturati prius pro panibus ſe locauerunt, 1.Regum 2. a

Saturata anima calcabit fauum, et anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet, Prou.27.a

Saturatis uæ,quia eſurietis, Luc.6. d

Saturitas diuitis non finit eum dormire, Eccleſiaſtes 5. c

¶*Satanas.*

Satanas hoſtis eſt ſeminis mulieris, Gen.3.c

Ad ſatan ait angelus, Increpet dominus in te, qui elegit Ieruſalem, Zach.3. a

Satan affuit etiam inter filios dei, cum aſſiſterent coram domino, Iob 1.b 2.a

Satan, ait, circuiui terram, & perambulaui eam, Iob 1. b

Satanæ in manum deus tradit cuncta quæ habet Iob,tantum ne in ipſum extendat manum ſuã, Iob 1. c

Satan egreſſus eſt à facie domini, Iob 1. c

Satan orat,dei manum mitti in os & carnem Iob, tunc illum benedicturum in faciem, Iob 2.b

Satan tu commouiſti me aduerſus Iob,ut eum affligerem fruſtra, Iob 2. b

Satan egreſſus à facie domini percuſſit Iob ulcere peſſimo, Iob 2.b

Satana uade retro,& reliquit eum diabolus, Matthæi 4. b

Satanas ſatanam ſi eijcit,aduerſus ſe diuiſus eſt, & regnum eius non ſtabit, Matth.12.b

Satanas quomodo poteſt ſatanam eijcere? Marci 3. c

Satana uade retro,quoniã non ſapis quç dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum, Marc.8.d

Satanam uidebam ſicut fulgur de cœlo cadẽtem, Luc.10.c

Satanas ſi in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis,In Beelzebub me eijcere dæmonia, Luc.11. c

Satanas alligauit filiam Abrahæ 18. annis, Lucæ 13.c

Satanas intrauit in Iudam Iſcariotem, Luc. 22. a

Satanas expetiuit uos, ut cribaret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, Luc.22. d

Satanas introiuit in Iudam poſt buccellam, Ioannis 13. c

Satanas tentauit uos, mentiri ſpiritui ſancto, & fraudari de pretio agri, Act.5.a

Satanæ poteſtati eripiuntur ſancti per fidem in Chriſtum, & remiſſionem peccatorum conſequuntur, Act.26.d.e

Satanam conterat deus pacis ſub pedibus ueſtris uelociter, Rom.16.c

Satanæ traditur ſcandaloſus,ſpiritu Chriſti et apoſtolico,ad interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti, 1.Cor.5.b

Satanas tentat continentiam coniugum, 1.Corinth.7. a

Satanæ cogitationes non ignoramus, à quo nolo circumueniamur in eccleſia, 2.Cor.2.c

Satanas impediuit ſemel & iterum,ne uenirem ad uos, 1.Theſ.2.d

Satanas etiam transfigurat ſe in angelum lucis, 2.Cor.11. c

Satanæ miniſtri transfigurant ſe in miniſtros iuſtiæ, 2.Cor.11. d

Satanç miniſtrorum finis erit ſecundum opera eorum, 2.Cor.11.d

Satanæ tradidi Hymenæum & Alexandrum, ut diſcant non blaſphemare, 1.Tim.1.d

Satanas habitat Pergamis, ubi ſunt qui tenent doctrinam Balaam, Apoc.2.d

Satanæ ſynagoga eorum qui ſe dicunt Iudæos,& non ſunt,ſed mentiuntur, Apoc.3. b

Satanas ſoluetur poſt mille annos,modico tempore, Apoc.20. a

¶Sathatha ciuitas Iuda,in deſerto, Ioſ.15.g

¶Satrabuzanes præſes Syriæ, 3.Eſd.6.a

¶Satrapas quinq; Philiſthinorum ad exercitium Iſrael dereliquit dominus, Iudic.3. a

Satrapis edicta regis dantur ab Eſdra ut eleuarentur populus & domus dei, Eſd.8.g

¶Saue Cariathaim percutiuntur, Gen.14.a

Saue uallis dicitur uallis regis, Gen.14.c

¶*Saul.*

Saulitarum familia à Saul filio Simeon, Nu.26.b

Saul rex Edom de Rohoboth, Gen.36.d 1.Paralipom.1. d

Saul filius Simeon & Chananitidis, Gene. 46.b Exod.6.c

Saul filius Cis electus & bonus, non erat in filijs Iſrael melior illo, ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum, 1.Reg.9. a

Sauli puellæ loquuntur multis uerbis, 1.Re. 9. c

Saul de terra Beniamin cras uĉturus Samueli prædicitur,ut in regem ungatur, 1.Reg.9.c

Saul ſaluabit populum meum de manu Palæſtinorum,quia reſpexit populum meum, 1.R.9.c

Saul iſte uir quem dixeram, iſte dominabitur populo meo, 1.Reg.9. c

Saul iubetur aſcendere in excelſum, ut ibi comedat cum Samuele, 1.Reg.9. c

Saul cum puero primum locum accipit inter diſcumbentes uiros triginta inuitatos, 1.Reg.9.d

Sauli præponitur armus de induſtria ſeruatus à Samuele, 1.Reg.9.d

Sauli promittuntur optima Iſraelis, & omni domui patris ſui, 1.Reg.9. d

Saul fatetur ſe minimum de familia minima Beniamin tribus, 1.Reg.9. d

Saul comedit cum Saumuele in die illa, 1.Re. 9.d

Sauli locutus eſt Samuel in ſolario, 1.Reg.9. d

Saulus à Samuele uocatus mane ad iter, 1.Re.9.d

Saul uocatur ad audiendum uerbum domini, 1. Reg.9.d

Saul inunctus ſuper hæreditatem dei in principẽ, ut liberet populum Iſrael de manibus hoſtium, 1.Reg.10. a

Saul ſignum accipit regiæ uocationis iuxta ſepulchrum Rachelis, 1.Reg.10.a

Saul hæc ſigna uidens, fac quæcunq; inuenerit manus tua,quia dominus tecum eſt, 1.R.10. b

Saul iubetur uenire ad Galgala ante Samuelem, ut offerat uictimas, 1.Reg.10.b

Sauli immutauit deus cor aliud,& ſigna à Samuele prædicta ueniunt omnia, 1.Reg.10.b

Saul accipit duos panes in uia, 1.Reg.10.b

Saul num inter prophetas? 1.Reg.10. c

Saulis patruus quærit ab eo, quid Samuel dixerit, ſed de regno nihil audit, 1.Reg.10.c

Saulis modeſtia, qui patruo nihil retulit de ſermone regni audito à Samuele, 1.Reg.10. c

Saulem filij Belial deſpexerunt, id quod ille diſſimulabat ſe audire, 1.Reg.10.d

Saul electus à deo,unctus à Samuele, ſalutatus & aſſumptus à populo, abijt in domum ſuam in Gabaa, 1.Reg.10.d

Saulem ſecutus eſt pars exercitus, quorum tetigerat deus corda, 1.Reg.10. d

Sa

Saul ſorte eligitur à deo in regem Iſraelis de tribu Beniamin, de familia Metri, 1.Reg.10.d

Saul quæſitus ad regnum non inuenitur, quia ſe domi abſconderat, 1. Reg.10.d

Saul adductus de domo, ſtansq; in medio populi altior fuit uniuerſo populo ab humero & ſurſum, 1.Reg.10.d

Sauli electo à domino uidetis quod non ſit ſimilis illi in omni populo, 1.Reg.10.d

Sauli acclamauit omnis populus, Viuat rex, 1. Reg. 10. d

Saul electus rex ueniebat ſequens boues de agro, 1.Reg.11.b

Saul quærit quid populus habeat, ut ſic ploret, 1. Reg.11. b

Saul ſpiritu dei inflatus ira digna bouem utrunq; aſſumẽs in fruſta concidit, quæ per nuncios mittit in totum Iſraelem his uerbis, Quicunq; non exierit & ſequutus fuerit Saul & Samuelem, ſic fiet bobus eius, 1. Reg. 11.b.c

Saul tribus partibus populum diuidens, matutina uigilia Ammonitas occidit & diſperſit, 1. Reg.11.c

Saul recenſuit Iſraelem in Bezec, & erat numerus 300000. Iuda 30000. 1.Reg.11.c

Saul lætatus eſt rex aſſumptus & cuncti uiri Iſrael nimis, 1. Reg.11.d

Saul uindictam prohibet, & uictoriam deo tribuit, 1.Reg.11.d

Saul filius unius anni erat cum regnare cœpiſſet, 1.Reg. 13.a

Saul duobus annis regnauit ſuper Iſrael, & elegit ſibi 3000. de Iſrael, 1.Reg.13.a

Saul habuit ſecum in machinas & in mõte Bethel duo millia, mille cum Ionatha in Gabaa Beniamin, 1.Reg.13.a

Saulem ſequitur populus nimis perterritus, expectauit ſeptem diebus iuxta placitum Samuelis, & non uenit Samuel in Galgala, dilapſusq; eſt populus à Saule, 1. Reg.13.b

Saul deſtitutus populo obtulit holocauſtum, 1. Reg.13.b

Saul egreditur obuiam Samueli ut ſalutaret eum, & ſeſe de facto holocauſto ex neceſſitate excuſat, 1. Reg.13.b

Saul dicitur ſtulte egiſſe, & mandata domini non cuſtodiuiſſe, unde & regnum eius non ſit pręparandum & conſurrecturum, ſed alium uirum à domino inquiſitum iuxta cor ſuum, qui dux erit ſuper populum dei, 1. Reg.13.c

Saul ſolus & Ionathas lanceas habuerunt tãtum in exercitu Iſraelis, 1.Reg.13.d

Saul recenſuit 600. uiros, qui inuenti ſuerant cum eo, 1. Reg. 13.c

Saul & Ionathas cum populo erant in Gabaa Beniamin, et Palæſtini in Machmas, 1.Reg.13.d

Saul parat cum armigero ſuo ire ad ſtationem Palæſtinorum trans locum, 1.Reg.14.a

Saul morabatur cum 600. uiris in extrema parte Gabaa, & Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, 1.Reg.14.a

Saul conſulit dominum per ſacerdotem Achiam apud dei arcam, quæ tunc erat cum filijs Iſrael, 1.Reg.14.c

Saul adiurauit populum, ne comederet panẽ uſq; ad ueſperum, donec ulciſcereꝰ de hoſtibus ſuis, 1.Reg.14.d

Saul populi præuaricationem pro uirili emendauit de ſanguine nõ edendo cum carnibus, 1. Regum 14.e

Saul ædificauit altare domino, tunc primum quãdo populus cum ſanguine comederat carnes, 1. Reg. 14.e

Saul conſulens dominum per ſacerdotem iubetur ceſſare à Palæſtinorum inſectatione, 1. Regum 14.f

Sauli non reſpondet dominus propter peccatum iuramenti tranſgreſſi Ionathæ, 1.Reg.14.f

Saul iurat pro iuramenti tranſgreſſione ſe Ionathan occiſurum, ſed à populo non permittitur, 1.Reg.14.g

Saul inquirit de tranſgreſſione populi, ob quã dominus non reſponderat, 1. Reg.14.f

Saul iurat puniendum præuaricatorem etiamſi ſit ſuus filius Ionathas, idq; abſq; retractatione populo non contradicente, 1. Reg.14.f

Saul orat iudicium dei capi de peccatore, ſiue ipſe cum Ionatha is ſit, ſiue aliquis de toto populo, 1.Reg. 14.f

Saul & Ionathas deprehenſi ſunt ſorte domini de peccato populo liberato, 1. Reg.14.f

Saul confirmato regno pugnauit contra Moab, filios Ammon, Edom, reges Soba, Palæſtinos, & quocunq; ſe uerterat ſuperabat, 1. Reg.14.g

Saul eruit Iſraelem de manu uaſtatorum eius, 1. Reg.14. g

Saul filij Ionathas, Ieſſui, Melchiſua,

Saul filiæ Merob & Michol, 1.Reg.14.g

Saulis uxor dicta Achinoam filia Achimaas, Ibi.

Saul recenſuit de Iſrael contra Amalec 200000. peditum, & 10000. uirorum Iuda, 1.Reg.15.a

Saul omnibus diebus ſuis habuit bellum potens contra Palæſtinos, 1. Reg.14.g

Saul quemcunq; uiderat uirum fortem & aptum prælio ſociabat eum ſibi, 1.Reg.14.g

Saul iubetur percutere et demoliri Amalec uniuerſum ex uerbo domini, & nihil parcere, ſed occidere etiam quæcunq; animalia uſq; ad ouem, aſinum, & camelum, 1.Reg.15.a

Saul percuſſit Amalec ab Heuila donec uenias Sur, 1.Reg.15.b

Saul & populus pepercit Agag regi, & optimis gregibus ouium & armentorum, ueſtibus & arietibus, quod uero uile fuit demoliti ſunt, 1.Regum 15. b

Saulem regem à domino conſtitutum deum pœ-

nitet, quia uerba dei de Amalec eradicando non impleuit, 1.Reg.15.c
Saul in Carmelo erexit fornicem triumphalem, & redijt in Galgala, 1. Reg. 15.c
Saul offerebat holocauſtum domino de initijs prę darum, quæ attulerat ex Amalec, 1.Reg.15.c
Saul Samuelı loquitur, Benedictus tu à domino, impleui uerbum domini, 1. Reg.15.c
Saulem te abiecit dominus, ne ſis rex pro eo quod abieciſti ſermonem domini, 1.Reg.15.e
Saul ait, Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem domini & uerba tua, timens populum, & obediens uoci eorum, ſed nunc porta quęſo peccatum meum, & reuertere mecum ut adorē dominum, 1.Reg.15.e
Saul cum paruulus eſſet in oculis ſuis caput in tribubus factus eſt, unctusq; in regē ſuper Iſrael, 1.Reg.15.d
Saul iuſſus interficere Amalec ad internetionem, non audiuit uocem domini, ſed uerſus ad prædam eſt, malum faciens in oculis domini, 1.Regum 15. d
Saul contra prophetam nititur ſe excuſare, & populum incuſare, 1.Reg.15. e
Saul adorauit dominum, 1. Reg.15.f
Saul ſecundo dicit, Peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus Iſrael & populi mei, & reuertere mecum, ut adorem dominum deum, 1.Regum 15. f
Saul palliȝ Samuelis ſummitatem ſcindens audit ſcindendum regnum ſuum ab ipſo, & dandum meliori, 1.Reg.15. f
Saul abijt in domum ſuam in Gabaa, 1. Regum 15.g
Saulem ego proieci, ne regnet ſuper Iſrael, 1.Regum 16. a
Saul deſtituitur ſpiritu domini Dauide inuncto, & exagitatur à ſpiritu domini malo, 1.Re.16.c
Sauli dicunt ſerui, Ecce ſpiritus domini malus exagitat te, quæratur homo ſciens citharа pſallere, ut leuius feras arripiente te ſpiritu domini malo, 1. Reg.16.c
Saul dilexit Dauidem nimis ſtantem coram eo, & fecit armigerum ſuum, 1.Reg.16.d
Saul uult Dauidem ſemper aſſiſtere ſibi, idq; ab Iſai impetrat, 1.Reg.16.d
Saulis ſpiritus refocillabatur dum Dauid citharā percutiebat, 1.Reg.16.d
Saul & filij Iſrael congregati ueniunt in uallem Terebinthi, pugnaturi contra Palæſtinos, 1.Regum 17. a
Saul placatus uoce Ionathæ iurat nō occidendum Dauidem, 1.Reg.19.b
Saul ſpiritu dei malo adactus configere Dauidem lancea tentauit in pariete ſecundo, 1. Regum 19.b
Saul metuebat cum uiris ſuis à Goliath, 1.Regum 17. b
Saul & Iſraelitæ pugnabant in ualle Terebinthi aduerſum Philiſthijm, 1.Reg.17.c
Saul dicit Dauidi, Vade, & dominus tecum ſit, 1. Reg.17.e
Saul induit Dauidem ueſtibus ſuis, galea caput, & lorica, & gladio, 1.Reg.17.e
Saul quærit ab Abner de Dauide, de qua ſit ſtirpe natus, 1. Reg.17.g
Saul tulit illa die Dauidem, & non conceſſit domum patris regredi, 1. Reg.18.a
Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia, initium odij Saulis in Dauid, 1.Reg.18.b
Saul iratus ad uerba cantorum diuinauit nihil ſupereſſe Dauidi quàm regnum, 1. Reg.18.b
Saul non rectis oculis aſpiciebat Dauidem à die illa & deinceps, 1.Reg.18.c
Saul poſt alteram diem inuaſit ſpiritus dei malus, & prophetabat in medio domus ſuæ, 1.Re.18.c
Saul timuit à facie Dauid, eo quod dominus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet, 1.Reg.18.c
Saul lanceam tenebat, & mittebat, putans configere ſe poſſe Dauidem cum pariete, 1.Reg.18.c
Saul uidens prudentem eſſe Dauid nimis, cœpit cauere eum, 1. Reg.18.d
Saul dixit Dauidi, Merob filiam meam maiorem dabo tibi uxorem, tantummodo eſto uir fortis, & præliare bella domini, 1.Reg.18.d
Sauli placuit quod Michol amaret Dauidem, 1. Reg.18. e
Saul cogitat Michol dare Dauidi in ſcandalum, ut ſit ſuper eum manus Philiſthinorum, 1.Regum 18. e
Saul generum Dauidem facit duabus in rebus, 1. Reg.18.e
Saul factus eſt inimicus Dauidis cunctis diebus, 1.Reg. 18. g
Saul intellexit dominum eſſe cum Dauid, & magis cœpit timere Dauid, 1.Reg.18.g
Saul locutus ad Ionathā, & ad omnes ſeruos eius, ut occiderent Dauid, 1.Reg.19.a
Saul ſatellitibus quærit occidere Dauid in ſua domo, 1.Reg.19.c
Saul cum cæteris prophetat & cecinit nudus tota die illa & nocte, 1.Reg.19.d
Saul num & inter prophetas? prouerbium, 1.Regum 19. d
Saul in Ramatha pergit ipſe, & prophetat ueſtibus ſuis expoliatus coram Samuel & Dauid, 1. Reg.19.d
Saul de Dauide cogitabat, non ſit manus mea in eum, ſed manus Philiſthinorum, 1.Reg.18.d
Saul diſſimulat primo Dauidis abſentiam, ſecundo autem Ionathæ proditionem improperat, 1. Reg. 20.e
Saul Ionathan filium occidere uult ob Dauidis fidem, & excuſationem abſentiæ, 1. Reg.20.e
Saul lancea arrepta uult transfodere filium Ionathan propter Dauid, 1.Reg.20.f

Saulis ossa & Ionathæ & filiorum crucifixorum à Gabaonitis Dauid abstulit, & sepeliri iussit in sepulchro Cis patris Saul, 2.Reg.21.b.c

Saul in Gabaa manens audit uisum esse Dauid cum uiris suis in Iuda, 1.Reg.22.b

Saul accusat suos seruos coniurationis contra se, p Dauid, & similiter filium suum confœderatum Dauidi, 1.Reg.22.b

Saul accusat filium Ionathã, quod suscitauerit seruum regis Dauid contra se regem, 1.Reg.22.b

Saul audit Dauid esse in Ceila, et sperat illic ipsum capi posse & concludi, 1. Reg.23.a

Saul quærebat Dauidem cunctis diebus, sed non est traditus in manus eius, 1.Reg.23.b

Saul benedicit Ziphæis, quia doleant eius uicem, 1.Reg.23.c

Saul perscrutaturum se Dauidẽ proponit in cunctis milibus Iuda, 1.Reg.23.d

Saul cogitur ob Philistęos irruentes obmittere Dauidem obsessum, 1.Reg.23.d

Saul purgans uentrem in spelunca incidit in manus Dauidis cum uiris ibi latitãtibus, 1.Re.24.a

Saul cum 30000. uiris electis Dauidem persequitur in deserto Ziph, 1. Reg.26.a

Saulem dormientem in tentorio hasta fixa in terra ad caput Dauid inuenit cum Abisai, 1.Regum 26.b

Saul compunctus ait, Nunquid uox hæc tua est, fili mi Dauid, & fleuit leuata uoce, 1.Reg.24.d

Saul Dauidi loquitur, Iustior tu es quàm ego, tribuisti mihi bona, ego reddidi tibi mala, &cẽ. 1. Reg.24.d

Saul agnoscit super se dei manum, & Dauidis dexteritatem, patientiam, & animi fortitudinem, &cẽ. 1.Reg.24.d

Saul scit certissime Dauidẽ regnaturum in regno Israel, ideo iurare facit Dauidem, ne semẽ suum deleat post se, & nõ auferat nomen suum de domo patris Saul, 1.Reg.24.d

Saul cognouit uocem Dauidis, peccatum agnoscit iterum, & reuocat ad se, promittit nihil post hac mali facturum ei, 1.Reg.26.e

Saul Dauidem persequitur ut pulicem unum, & ut persequitur perdix in montibus, 1.Reg.26.e

Saul Dauidi ultimo loquitur, Benedictus tu fili mi Dauid, equidem faciens facies, & potens poteris, 1.Reg.26.e

Saulis manum Dauid fugit in terram Philisthinorum, 1.Reg.27.a

Saul non addidit ultra quærere Dauidem, cum audisset fugisse eum in Geth, 1.Reg.27.b

Saul timet & expauescit, uidens castra Philisthinorum contra Israelem, 1. Reg.28.a

Saul dominum consuluit, qui non illi respondet aliquo modo uel medio, 1.Reg.28.a

Saul quæri sibi mandat à seruis mulierem Pythonem habentem, ut uadens sciscitetur illam, 1. Reg.28.a

Saul abstulit magos & ariolos de terra, 1. Regum 28.a

Saul grauia egit, ut eraderet magos & ariolos de terra, 1.Reg.28.b

Saul habitu mutato duob⁹ socijs comitatus nocte uenit ad mulierem pythonissam, 1.Reg.28.b

Saul iubet sibi suscitari Samuelem per pythonissam, 1.Reg.28.b

Saul agnoscitur à pythonissa, 1. Reg.28.b

Saul iurat pythonissæ nihil eam mali passurã pro officio suo, 1. Reg. 28.b

Saul queritur se nimium coartari, Palæstinos pugnare, deum à se recessisse, exaudire nolle, nec in manu prophetarum nec per somnia, 1.Re.28.c

Saul à mortuis quærit quid faciat, 1. Reg.28.c

Saul tandem acquieuit seruis, ut surgẽs ad lectum sedeat, & de uitulo pascuali parando erat, & de azyma, 1. Reg.28.d

Saul cum comedisset cum suis seruis, surrexerunt, & ambulauerunt per totam illam noctem, 1. Reg.28.d

Saul non obediuit uoci domini, nec fecit iram furoris dei in Amalec, Ideo, ait Samuel, quod patris hodie, dominus tibi fecit, 1. Reg.28.c

Saulus audit se & Israelem tradendos in manus Palæstinorum, Tu & filij tui tecum, mecum eritis, &cẽ. 1.Reg.28.c

Saul cecidit ad Samuelis uerba in terram ualde timens, robur non habebat, quia tota die nihil comederat, 1.Reg.28.c

In Saul & filios eius irruunt Palæstini, & percutiunt Ionathan, Abinadab, & Melchisua, 1.Regum 31.a

In Saul totum uertitur prælij pondus, ut à sagittarijs uulneraretur, 1.Reg.31.a

Saul uult ab armigero occidi, ne sibi illudatur à Palæstinis, 1. Reg.31.a

Saulem armiger occidere non uult, 1. Reg.31.a

Saul in gladium suum irruit, ne uiuus ueniret in manus Palæstinorum, 1. Reg.31.b

Saulis armiger gladio suo irruens moritur cum Saule & filijs, 1.Reg.31.b

Saul cum tribus filijs iacet in monte Gelboe, 1. Reg.31.c

Saulis caput præscindunt, & per templa idolorum in Palęstina circumferunt Philisthini, 1.Re.31.c

Saulis arma posuerunt Palæstini in templo Astaroth, 1.Reg.31.c

Saulis corpus suspendunt Palęstini in muro Bethsan, 1. Reg.31.d

Saulis & filiorum ossa sepulta sunt in nemore Iabes, 1. Reg.31.d

Saul & Ionathæ occubitus nunciatur Dauidi ab Amalechita, 2.Reg.1.a

Saulis concubina Respha, filia Aia, 2.Reg.3.a

Saul hastæ incumbens postulat occidi ab Amalechita iuuene, 2.Reg.1.b

Saulis diadema & armilla afferri Dauidi, 2.Re.1.b

Saulis occisorem aduenam Amalechitem & nuncium mortis ad Dauid, occidi iubet Dauid, 2. Reg.1.b
Saul amoui à facie tua, 2.Reg.7.c
Saul clypeus abiectus est quasi non esset unctus oleo, 2.Reg.1.d
Saul & Ionathas amabiles & decori ualde in uita sua, in morte quoq; non sunt separati, 2.Re.1.d
Saul gladius non est reuersus inanis, 2. Reg.1.d
Saul & Ionathas aquilis uelociores, leonibus fortiores, 2.Reg.1. d
Super Saul flete filiæ Israel, qui uestiebat uos coccino in delitijs, &c. 2.Reg.1.d
Saul occidit Gabaonitas, propter quod peccatum fames fuit tempore Dauidis, 2. Reg.21.a
Saulis domus concertauit cum domo Dauid, & continuo defecit, 2.Reg.3. a
Saul filium habuit Sellum de tribu Simeon, 1.Paral.4. e
Saul familia Simeonis, 1.Par.4.e
Saul filius Oziæ Caathita, 1. Par.6.b
Saul genuit Ionathan, Melchisua, Abinadab, Esbaal, 1.Par.8.c
Saul occiditur in montibus Gelboe cum filijs, 1. Par.10.a
Saul armigeri manibus occidi optat, sed non impetrat, ideo sibi mortem coactus consciuit, 1. Par.10.a
Saulis armiger exẽplo Saul perit propria manu, 1.Par. 10.a
Saulis uniuersa domus pariter concidit, 1.Pa.10.b
Saulis caput abscissum à spoliato corpore, circumlatum est per urbes et tẽpla Palęstinorũ, 1.Pa.10.c
Saulis arma consecrarunt phano dei sui Palæstini, 1.Par.10. c
Saul mortuus est ꝓpter iniquitates suas, eo ꝙ præuaricatus est mandatum domini, & insuper pythonissam consuluerit, & non in deum sperauerit, propter quod occisus est, & regno priuatus, 1.Par.10.d
Saul diebus arca domini requisita non fuit, 1.Paral.13.a
Saul filius Cis sanctificauit in thesauros domini manubia præliorum, 1.Par.26.d
Saul rex de tribu Beniamin 40.annis, Act.13.c

¶ *Saulus.*

Saulus erat consentiens neci Stephani, Act. 7. g
Saulli adolescentis ad pedes deposuerunt uestes suas testes lapidantes Stephanum, Act. 7.g
Saulus deuastabat ecclesiam per domos intrans, & trahens uiros & mulieres in custodiam, Acto. 8.a
Saulus spirans minarum & cædis in discipulos domini petijt à põtifice epistolas in Damascum ad synagogas, ut uinctos perduceret in Ierusalem uiros & mulieres, Act.9.a
Saulus tremens et stupens, dicit, Domine, quid me uis facere? Act. 9.a
Saule Saule, quid me persequeris? Act. 9.a
Saulus Tharsensis in domo Iudæ orat, Act. 9.b
Saulus uidet Ananiam introeuntem & manus imponentem, ut uisum recipiat, Act. 9.b
Saulus multa mala sanctis fecit in Ierusalem, & hic potestatem habet alligandi omnes qui inuocant Christi nomen, Act. 9.c
Saule ciuitatem ingredere, & dicetur tibi, quid te oporteat facere, Act. 9.b
Saulus de terra surgens apertis oculis nihil uidebat, Act. 9. b
Saulus erat tribus diebus non uidens, & nõ manducauit neq; bibit, Act. 9.b
Saulus uas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel, Act. 9. c
Saulo ostendam quanta oporteat eum pro nomine meo pati, Act. 9.c
Saule frater dominus misit me, Iesus qui aparuit tibi in uia qua ueniebas, Act. 9.c
Saule uideas, & implearis spiritu sancto, Act. 9.c
Sauli ab oculis ceciderunt cõfestim tanq; squamæ, & uisum recepit, Act. 9.c
Saulus recepto uisu surgens baptizatus est, Acto. 9.c
Saulum omnes qui audiebant stupebant, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat, &c. Acto. 9.d
Saulus cibum cum accepisset confortatus est, Acto. 9.c
Saulus fuit Damasci aliquot dies cum discipulis, Act. 9.d
Saulus ingressus synagogas prædicabat Iesum, quoniam hic est filius dei, Act. 9. d
Saulus nónne expugnabat in Ierusalem inuocantes nomen Iesu, & huc uenit, ut uinctos duceret ad principes sacerdotum? Act. 9.d
Saulus conualescebat multo magis, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, Act. 9.d
Saulus affirmat, quoniam hic est Christus, Acto. 9. d
Saulum ut occidat concilium faciunt Iudæi, Acto. 9. d
Saulo notæ factæ sunt insidiæ Iudæorum, Acto. 9.d
Saulum ut occiderent portas custodierunt die & nocte, Act. 9.d
Saulum discipuli per murum demiserunt in sporta Damasci, Act. 9.d
Saulus tentabat Hierosolymis se iungere discipulis, sed omnes timebant eum, non credentes esse discipulum, Acto. 9.e
Saulus erat cum apostolis in Ierusalem intrans & exiens, fiducialiter agẽs in nomine domini, Acto. 9.e
Saulus gentibus loquebatur, cum Græcis disputabat, Ibidem.
Saulum occidere quærebant gentes, Act. 9. e

Saulus & Barnabas Salaminę uerbum dei prædicabant in ſynagogis Iudæorum, Act. 13.a
Saulus & Barnabas habebant in miniſterio Ioannem, Act. 13.a
Saulus & Barnabas inuenerunt magum Iudęum Barieu in Papho Cypri, Act. 13.a
Saulum & Barnabam ſegregate mihi in opus ad quod aſſumpſi, dicit ſpiritus ſanctus, Act. 13.a
Saulus qui & Paulus ſpiritu ſancto repletus, mago dixit, O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, &c̃. Actorum 13.b
Saulus doctor in eccleſia Antiocheñ, Act. 13.a
Saulus & Barnabas Seleutiam relinquentes nauigauerunt Cyprum, Act. 13.a
Saulus & Barnabas Seleutiam abierunt à ſpiritu ſancto miſſi, Act. 13.a
Saulus et Silas in interiori carcere pedibus lingno ſtringuntur, terræmotu facto liberantur, Acto. 16.e
Saule frater reſpice, & ego eadem hora reſpexi in eum, Act. 22.c
Saule Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, Act. 26.d
Saulo dicitur, Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris, ſed ſurge ſtans, &c̃. Act. 26.d

¶*Saxum.*

Saxorum munimenta ſublimitas eius qui ſancte uiuit, Iſa. 33.c
De ſaxis informibus ædificandum altare, Deutero. 27.a
Saxum magnum aduoluit ad oſtium monumenti, Mat. 27.g

¶*Scabellum.*

Scabelli pedum ſuorum dominus non eſt recordatus in die furoris ſui, Thr. 2.a
Scabellum pedum dei adorate, quoniã ſanctum eſt, Pſa. 99.5.
Scabellum pedum dei terra eſt, ideo per eam non iurandum eſt, Mat. 5.f
¶Scalam in ſomnis Iacob uidet inſiſtentem terræ, attingentem cœlum, & angelos ſuper eam, Gene. 28.b

¶*Scandalum.*

Scandalum hoc uſq; quo patiemur, dimitte homines, ut ſacrificent domino deo ſuo, Exo. 10.b
Scandalum erit tibi, ſi cohabitabis gentibus, et peccare te facient in me, ut ſeruias dijs eorum, Exodi 23.g
Scandalum in fide & gloria dei non poteſt ferre Moyſes, ſi populus Iſrael diſperdatur, Exodi 32.c
Scandala omnia de regno dei per angelos colligentur, Mat. 13.f
Scandalizabantur Nazaræi in Chriſto propter fratres & propinquos iuxta carnem, Mat. 13.g
Scandalizantur phariſæi à uerbis Chriſti contra ſuas traditiones humanas, Mat. 15.b
Scandalum mihi es, non ſapiens quæ dei ſunt, ſed quæ hominum, dixit Chriſtus Petro, Matthæi 16.d
A ſcandalis uę mundo, Mat. 18.a
Scandalizans puſillum in me credentem, expedit ut ei in collum ſuſpendatur aſinaria mola, & demergatur in profundum maris, Mat. 18.a
Scandala neceſſe eſt ut ueniant, uæ autem homini illi per quem ſcandalum uenit, Mat. 18.a
Scandalizat ſi te manꝰ aut pes, abſcinde eum, proijce abs te, ne propter ea mittaris in ignem æternum, Mat. 18.a
Scadalizat ſi te oculus, erue & proijce, bonum eſt unum habentẽ oculum in uitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennã ignis, Mat. 18.b
Scandalum uos oñes patiemini in me in iſta nocte, Scriptum eſt enim, Percutiam paſtorem, &c̃. Mat. 26.c
Scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, Matthæi 24.a
Scandalizans unum ex his puſillis in me credentibus, bonum eſt circundari molam aſinariam collo eius, & in mare mitti, Mar. 9.f
Scandalizantem te manum tuam abſcinde, bonum eſt debilem introire in uitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, &c̃. Marci 9.f.g
Scandalizantem te pedẽ amputa, bonum eſt claudum introire in uitam æternam, quàm, &c̃. Marci 9.g
Scandalizantem te oculum eijce, bonum eſt tibi luſcum introire, &c̃. Mar. 9.g
Scandalizati ſi omnes fuerint, ſed non ego, ait Petrus, Mar. 14.c
Scandalizabimini omnes in me in nocte iſta, Marci 14.c
Scandala ut non ueniant impoſſibile eſt, Lucæ 17.a
Scandala per quos ueniunt uæ eis, Luc. 17.a
Scandalizanti puſillum leuius eſſet imponi lapidem molarem, & proijci in mare, Luc. 17.a
Scandalizatus qui in me non fuerit, beatus eſt, Lucæ 7.d
Ne ſcandalizemini, hæc loquutus ſum uobis, Ioan. 16.a
Scandalum ne fratri ponatis iudicando, Roma. 14.c
Scandalum & offenſio fratris tui infirmi cauenda eſt, Rom. 14.d
Scandalizandus frater non eſt, pro quo Chriſtus eſt mortuus, 1.Cor. 8.d
¶Scapulis Agar uter aquæ imponitur, Geneſis 21.b
Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, Pſa. 91.4.
¶Scabies quomodo deprehendenda à ſacerdote, Leuit. 13.a

¶*Scelus.*

Scelus in uirum malis cæteris maius & intolerabile, Iud. 19.f

Scelere ciuitatis pereunt non fugientes, Geneſis 19.d

Sceleſtos conteret dominus & peccatores ſimul, & qui reliquerunt dominum conſumentur, Iſaiæ 1.g

Ob ſcelus populi mei percuſſi Chriſtum, qui & abſciſſus eſt de terra uiuentium, Iſa. 53.c

Scelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognouimus, peccare & mẽtiri contra dominum, & auerſi ſumus, ne iremus poſt tergum dei noſtri, ut loqueremur calumniam & tranſgreſſionem, Iſa. 59.c

Scelera ueſtra multa cognoui, & fortia peccata ueſtra, Am. 5.d

Scelera ſua qui abſcondit, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, Pro. 28.b

¶Scenofactoriæ artis erat Paulus, & Aquila Iudæus, Act. 18.a

¶Scenopegia acta à reuerſis, 3.Eſd. 5.e

Scenopegiæ dies feſtus proximus erat, Ioan. 7.a

¶*Sceptrum.*

Sceptrum tenebit Iudas donec ueniat qui mittendus eſt, Chriſtus rex in æternum, Gen. 49.b

Sceptrum exactoris eius ſuperaſti in die Madian, Iſa. 9.a

Sceptris eius maledixiſti, capiti bellatorum eius, Aba. 3.c

¶Sceuæ Iudæi principis ſacerdotum ſeptem filij dicebant ſuper dæmoniacum, Adiuro uos per Ieſum quẽ Paulus prædicat, quibus ſpiritus nequam reſpondebat, Ieſum noui, et Paulum ſcio, uos autem qui eſtis, &c̃. Act. 19.c

¶*Scientia.*

Scientes bonum & malum dij dicuntur à dæmone, Gen. 3.a

Scio quod non dimittet uos rex Aegypti, niſi per manum ualidam, Exo. 3.g

Scio domine, quia nõ eſt hominis uia eius, nec uiri eſt ut ambulet & dirigat greſſus ſuos, Ieremiæ 10.d

Sciemus ſequemurq; ut cognoſcamus dominum, Oſee 6.a

Scio quod redemptor meus uiuit, in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, &c̃. Iob 19.d

Sciri multa non poſſunt in mundo, ſic nec rationes prouidentiæ diuinæ, 4.Eſdr. 5.c

Scire neminem uoluit reſuſcitationem filiæ archi ſynagogi, Mar. 5.d

Sciebat Ieſus quid eſſet in homine, Ioan. 2.d

Sciris & me, & unde ſim ſcitis, & à meipſo non ueni, Ioan. 7.d

Scio unde ueni & quò uado, uos autem neſcitis unde uenio aut quò uado, Ioan. 8.b

Scientes hæc beati eritis ſi feceritis ea, Ioan. 13.b

Scio quos elegerim, Ioan. 13.b

Scitis quid fecerim uobis? Ioan. 13.b

Scimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quẽ te interroget, Ioan. 16.d

Sciens Ieſus uẽtura ſuper ſe, proceſſit miniſtris obuiam, & dixit, Quem quæritis? Ioan. 18.a

Scit Ioannes quia uera dicit, ut & uos credatis, Ioan. 19.f

Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem, 2.Timo. 1.c

Scienti bonum & non facienti peccatum eſt illi, Iac. 4.d

Scientiæ boni & mali arbor producta à domino, Gen. 2.b

Scientia diſcernẽdi inter ſanctum et prophanum, &c̃. neceſſaria eſt ſacerdotibus, Leuit. 10.b

Scientiarum deus dominus eſt, 1.Reg. 2.a

Scientia domini replebra eſt terra ſicut aqua maris operientis, Iſa. 11.b

Scientiam populus quia non habuit, ideo contriuit, Oſee 4.b

Scientiam quia repuliſti, ideo repellam te, ne ſacerdotio mihi fungaris, Oſee 4.b

Scientiam dei uolo magis quàm holocauſta, Oſee 6.b

Sciẽtiç falſi nominis oppoſitiones deuita, 1.Ti. 6.d

Scientia tua mirabilis facta eſt à me, confortata eſt, non potero ad eam, Pſa. 139.6.

Scientiam odibunt imprudentes, Pro. 1.c

Scientiam cælat homo uerſutus, Pro. 12.d

Scientiam ornat lingua ſapientum, Pro. 15.a

Scientia animæ ubi non eſt, non eſt bonum, Pro uerb. 19.a

Scientiam qui addit addit & dolorem, Eccl'es 1.d

Scientiam & intellectum prudentiæ ſapiẽtia comparietur, & gloriam tenentium ſe exaltat, Eccleſiaſtici 1.c

Scientiam dei enuncio in ueritate, Eccl'ci 16.d

Scientia inſenſati inenarrabilia uerba, Eccl'ci 21.c

Scientiam omnẽ cognouit dominus, inſpexit in ſi num æui annuncians quæ præterierunt, & quę futura reuelans ueſtigia oculorum, Eccl'ci 42.d

Scientia dei deſtituti homines omnes uani ſunt, q̃ intelligere non potuerunt eum qui eſt ex his quę bona eſſe uiderunt, Sap. 13.a

Scientiam omnes habemus idola nihil eſſe, 1.Corin. 8.a

Scientia inflat, charitas ædificat, 1.Cor. 8.a

Scire non ſufficit, niſi ſciatur etiam quomodo oporteat eum ſcire, 1.Cor. 8.a

Scientia non eſt in omnibus, 1.Cor. 8.b

Scientia de idolo nihil exiſtente ſi dicter manducandum de idolothytis, ſcãdalizabit infirmum, 1.Cor. 8.c

Sciẽtia circa idolum perdere poteſt infirmum fratrem, propter quẽ Chriſtus mortuꝰ eſt, 1.Co. 8.d

Scientiæ claritatis dei illuminationẽ illuxit in cordibus

dibus noſtris deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere in facie Chriſti Ieſu, 2. Cor.4.b

Scientiæ charitatem ſupereminentem in Chriſto ſciatis, Eph.3.d

¶Scirp⁹ nunquid uirere poteſt abſq; humore, aut creſcere carectum ſine aqua? Iob 8.c

¶Scorpionis aſcenſus terminus tribus Iuda, Io ſue 15.a

Scorpij aſcenſus limes Iſrael ad meridiem, Numeri 34.a

¶*Scortum.*

Scorti loco abuti ſorore intolerabile, Gene.34.d

Scortum negatur ſediſſe in biuio, Gen.38.e

Scortum alterius fieri uxorem alicui pœna peccati, Iob 31.b

Scorta qui nutrit perdet ſubſtantiam, Pro.29.a

¶Scindendi tẽpus & tempus conſuendi, Eccl's 3.b

Sciſſis ueſtibus Iacob luget filium inconſolabiliter, Gen.37.g

¶Scintillæ quaſi aſpectus ęris candentis, Eze.1.b

¶*Sciphus.*

Sciphi furtum impingit fratribus Ioſephi diſpenſator, Gen.44.a

Sciphus in quo augurari ſolet dominus, Geneſis 44.a

Sciphus argenteus ponitur in ore ſacci iunioris, Gen.44.a

Sciphus in ſacco iunioris Beniamin inuentus, Gene.44.c

¶*Schiſma.*

Schiſma nõ fit in corpore, cuius membra pro ſe ſint ſolicita, 1.Cor.12.c

Schiſmata non ſint in Corinthiorum eccleſia, 1. Cor.1.b

Schiſma in ciuitate Iconij, quando quidam erant cum Iudæis, quidam cum apoſtolis, Act.14.a

¶Scytharum ciuitas diſtat ab Ieruſalem 600.ſtadijs, 2.Mach.12.e

¶Scopuli torrentium inclinati ſunt, ut requieſcerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum, Num.21.d

¶Scortator non erit de filijs Iſrael, Deu.23.c

¶*Scribere.*

Scribe uiſum, explana eum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eum, Aba.2.a

Scribebat Ieſus digito in terram, Ioan.8.a

Scripſi quod ſcripſi, ait Pilatus, Ioan.19.e

Scribimus uobis non alia quàm quæ legiſtis & cognoſcitis, 2.Cor.1.c

Scripſi nõ ut cõtriſtemini, ſed ut ſciatis, quam charitatem habeam abundantius in uobis, 2.Corin.2.a

Scripſi uobis ex multa tribulatiõe & anguſtia cordis per multas lachrymas, 2.Cor.2.a

Scribo hæc abſens, ut non præſens agam durius, ſecundum poteſtatem quam dominus dedit, 2. Cor.13.c

Scribam ſup tabulas quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti, Exodi 24.a

Scribe uirum iſtum ſterilem, uirum qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine eius uir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & potęſtatem habeat ultra in Iuda, Ier.22.g

Scribere eadem non mihi pigrum, uobis autẽ neceſſarium, Phi.3.a

Scribim⁹ uobis ut gaudeatis, et gaudium ueſtrum ſit plenum, 1.Ioan.1.b

Scribe in libro quod uides, & mitte ſeptem eccleſijs quæ ſunt in Aſia, Apo.1.c

Scribere noli ſeptem tonitrua, quæ loquuta ſunt, ſed ſigna tantum, Apo.10.b

¶*Scriptura.*

In ſcripturis populorum dominus narrabit, hoc natum eſt ibi, Pſa.86.6.

Scriptura dei erat in tabulis Moyſi, Exo.32.d

Scripturas neſcientes erratis, Mat.22.c. Mar.12.b

Scripturæ implendæ in Chriſti actione & paſſione, Mat.26.e

Scriptum quod eſt impleri oportet de me, Lu.22.d

Scripta in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de Chriſto, neceſſe eſt omnia impleri, Luc.24.g

Scripturas ut intelligerent ſenſum illis aperuit, Luc.24.g

Scripturas ſcrutamini, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere, Ioan.5.f

Scripturæ ſunt quæ teſtimonium perhibẽt de me, Ioan.5.g

Scripturas ſcrutare & uide, quia à Galilæa propheta non ſurgit, Ioan 7.g

Scriptura ſolui non poteſt, Ioan.10.f

Scriptura implenda erat in Chriſto, Ioan.19.f

Scripturam nondum ſciebãt, quia oporteret eum à mortuis reſurgere, Ioan.20.b

Scripta ſunt hæc ut credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & credentes uitam habeant in nomine eius, Ioan.20.g

Scripturam impleri oportet, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid, Act.1.c

Scripturas ſcrutabãtur Iudæi Theſſalonicæ, ſi hæc ita ſe haberent, & multi eorum credebant, Acto.17.c

Scripturis ſanctis prophetatus eſt filius dei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, Rom.1.a

Scripta quæcunq; ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationẽ ſcripturarum ſpem habeamus, Rom.15.a

Scripturas apoſtolicas ſpiritualis & propheta cognoſcere poteſt, 1.Cor.14.g

Scripta Pauli ſi quis ignorat, ignorabitur: eſt enim uerbum domini & mandatum eius, 1. Corin.14.g

Scriptura concluſit omnia ſub peccato, Gal.3.d

Scriptura oĩs diuinitus inſpirata utilis eſt ad docẽdum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus, 2. Tim.3.d

Scripturas Pauli & cæteras quidam indocti & inſtabiles deprauant ad ſuam perditionem, 2. Petri 3. d

Scripturæ locos de Chriſto abundantius obſeruare oportet, ne fortè perfluamus, Heb. 2. a

¶*Scriba.*

Scribarum & phariſæorũ opera non reſpicite, ſed doctrinam, Mat. 23. a

Scribæ & phariſæi dicunt & non faciunt, Matthæi 23. a

Scribæ & phariſæi alligant onera grauia & importabilia, et imponunt in humeros hominum, digito ſuo nolunt ea mouere, Mat. 23. a

Scribarum & phariſæorum iuſtitia non ſufficit ad regnum cœlorum aſſequendum, Mat. 5. c

Scriba dicit, Magiſter, ſequar te quocunq; ieris, Mat. 8. c

Scriba doctus ſimilatur patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera, Mat. 13. g

A ſcribis cauete, qui uolunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarum ſub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium, Mar. 12. d

Scribæ attendendi, qui in ſtolis uolunt ambulare, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, primos diſcubitus in cœnis, Luc. 20. g

Scribæ deuorant domos uiduarum, ſimulantes longam orationẽ, hi damnationem accipiẽt maiorem, Luc. 20. g

Scriba ubi? ubi ſapiens & inquiſitor huius ſæculi? 1. Cor. 1. c

Scribarum ſtilus mendax mendacium operatus eſt, Ier. 8. c

Scriba princeps militum q̃ probabat tyrones cum 60. uiris de populo occiſi ſunt in Reblatha, Ieremiæ 52. f

¶*Scrutari.*

Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria, ſicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum, Prouer. 25. d

Scrutari noli multipliciter in rebus ſuperuacuis: plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi, Eccl'ci 3. c

Scrutatur ſpiritus omnia, etiam profunda dei, 1. Cor. 2. c

Scrutans renes & corda deus ego ſum, Apo. 2. f

¶*Sculptile.*

Sculptile non facies, Exo. 20. a

¶Sori filius Idithun, pphetat in cithara, 1.Pa.25.a

¶*Soror.*

Sororis nomine dicta quę fuerat uxor, Gen.12.d
Sororem uult dici uxorem suã Abram, Gen.12.c
Soror ex patre Abrahæ fuit Sara, Gen.20.c
Soror & uxor Abraæ fuit Sara, Gen.20.c
Sororem Isaac dicit suam Rebeccam, Gene.26.a
Sorores ob fœcunditatem inuidæ sunt, Ge.30.a
Sorore ut scorto abuti intolerabile, Gene.34.d
Sororis tuæ ex patre uel matre turpitudinem non reuelabis, Leuit.18.b
Sororem patris tui non discooperies, Leuit.18.b
Sororem matris tuæ non discooperies, Leu.18.b
Sororem suam accipiens, filiam patris sui, uel filiã matris suæ, &c. nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi sui, Leuit.20.c
Sorores tres uocabant ad conuiuia filij Iob, ut comederent & biberent cum eis, Iob 1.a

Soror noſtra parua,et ubera non habet, Can.8.c
Sorori noſtræ quid faciemus in die quando alloquenda eſt? Cant.8.c
Soror noſtra ſi murus eſt, ædificemus ſuper eam propugnacula argentea:ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis, Cant.8.c
Sorores Ieſu nónne omnes apud nos ſunt? Matthæi 13.g

¶*Sors.*

Sortem mittit ſacerdos ſuper utrumq; hircum, Leuitici 16.b
Sors mittitur ſuper duos hircos in oſtio tabernaculi, Leuit. 16. b
Sors terrã diuidat tribubus & familijs, Nu. 26. f
Sorte inquiritur reus anathematis,domino iubente, Ioſ.7.c (Ioſ.7.c
Sors quo ordine experiẽda ſit in populo magno,
Sors terræ deſcriptæ in Silo mittenda decernitur à Ioſue, Ioſ.18.b
Sortes mittuntur pro familijs Leuiticis, contra filios Aaron coram Dauid rege & Sadoch & Abimelech, 1.Par.24. d
Sors quæ ſit impiorũ & uaſtantium pios, Iſa.17.d
Sortem deus miſit eis, & manus eius diuiſit eam, illis in menſuram uſq; in æternum poſſidebunt eam.&c̃. Iſa.34. d
Sortis funiculum non erit mittens in cœtu domini, Mich. 2. b
Sortes mittamus,ut ſciamus quare hoc malum ſit nobis, Ionæ 1. b
Sors cecidit ſuper Ionam, Ionæ 1. c
Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino temperantur, Prou.16.d
Sors comprimit contradictiones, & inter potentes quoq; dijudicat, Prou.18. c
Sortes piorũ ſunt in manibus domini, Pſal.31.15.
Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis, Pſal.78. 55.
In ſortis diuiſione da & accipe, & iuſtifica animã tuam, Eccl'ci 14.c
Sorte exijt Zacharias, ut incenſum poneret in templo domini, Luc. 1. a
Sortes dederunt poſt orationem, & cecidit ſors ſuper Matthiã, & annumeratus eſt cum undecim apoſtolis, Act.1.d
¶Soſipater Pyrrhi Berrhœenſis comes Pauli in Syriam, Act. 20. a
Soſipater cognatus meus ſalutat uos, Rom.16.c
¶Soſthenes frater cum Paulo eccleſię dei ſcribũt, 1.Cor.1.a
Soſthenẽ principem ſynagogæ Iudæi percutiunt ante tribunal, Act.18. d
¶Soſtratus prælatus eſt Cyprijs, 2.Mach.4. e
¶Sotai filij ſerui Salomonis redeunt, Eſd. 2.c redeunt, Neem.7. e
¶Spacium trium dierum inter greges Laban & Iacob, Gen.30.d
Spacium inter greges & greges ordinat Iacob, in munere fratri miſſo, Gen.32.d

¶*Spado.*

Spado complectitur uirginem & ſuſpirat, ſic uidens oculis & ingemiſcens, Eccl'ci 30.d
Spado felix eſt, qui non operatus eſt per manus ſuas iniqtates, & non cogitauit aduerſus deum nequiſſima, Sap.3. c
Spadoni fideli dabitur fidei donum electum, & ſors in templo dei acceptiſſima, Sap.3. d

¶*Spartiatæ.*

Spartiatæ fratres Iudæorum dicuntur, 1.Ma.12.a
Spartiatarum regis epiſtola ad Ionathan, 1.Machab. 12. c
Spartiatarum epiſtola ad Simonem pontificem Iudæorum & ducem, 1.Mach.14. c
Spartiatis ſcribunt Romani pro Iudæis, 1. Machab.15. d
¶Spargendi lapides tempus & colligendi, Eccleſiaſtes 3. a
Spargit qui non mecum congregat, Matth. 12. c

¶*Species.*

Species ſeminum & fructuum à terra producuntur, Gen.1.b
Species animalium terreſtrium multæ, Gene.1.c
Species & decor non fuit Chriſto, uidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum, Iſa.53.a
Species decepit ſemen Chanaan, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum, Dan.13. f
Species dilecti ut Libani, electus ut cedri, Canticorum 5.d
Speciem tuam uiſitans,non peccabis, Iob 5.d
Speciem hominum noli intendere, Eccl'ci 42.c
Specioſiſſimum omnium deum, cognoſcere debuerant gentes,ex ſpecie creaturarum admiranda, Sap.13.a
Speciei generator hæc omnia pulchra conſtituit, Sap.13.a
A ſpecie omnium mala abſtinete, 1.Theſ.5. d

¶*Speculator.*

Speculatorem pone, & quodcunq; uiderit annunciet, Iſa.21. b
Speculatorum tuorum uox, leuauerunt uocem,ſimul laudabunt, quia oculo ad oculum uidebunt,cum conuerterit dominus Sion, Iſa.52. c
Speculatores eccleſiæ cæci omnes,neſcierunt uniuerſi,canes muti,non ualentes latrare, uidentes uana,dormientes & amantes ſomnia, Iſa.56.d
Speculatores conſtitui ſuper uos,audite uocem tubæ,& dixerunt,non audiemus, Ier.6.d
Speculatorem dedi te domui Iſrael, audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me, Ezechielis 3. d
Speculo nunc uidemus in ænigmate,tunc facie ad faciem, 1.Cor.13. d
Speculantes gloriam domini,reuelata facie in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, 2.Cor.3.d

¶ *Spelunca.*

Spelunca duplex petitur ab Abraham, Gen.23. b
Spelunca & ager offeruntur Abrahæ gratis, Genesis 23. c
Spelunca in qua Saul aluum exonerat, 1.R. 24.a
Spelunca latronum facta est domus mea, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris, Ierem.7.b
Speluncam latronum uos fecistis è domo orationis, Marc.11.c
Spelunca erat Lazari monumentum, & lapis superpositus erat ei, Ioan.11. e

¶ *Spes. Sperare.*

Spes à turbine dominus, umbraculum ab æstu, Isa.25.a
Spem mendacij subuertet grando, & protectionẽ aquæ inundabunt, Isa.28. e
Spes & expectatio Israel domine, omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra describentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum, Ierem.17. b
Spes mea tu in die afflictionis, non sis tu mihi formidini, Ierem.17. c
Spes populi sui dominus, & fortitudo filiorum Israel, Ioel.3.c
Spes hypocritæ et omnium qui obliuiscuntur deum, peribit, Iob 8. c
Spem meam abstulit, quasi euulsę arbori, Iob 19.b
Spes mea hæc reposita est in sinu meo, quod surrecturus sum in die nouissimo, &c̃. Iob 19.d
Spes impiorum peribit, Prou.10. d
Sperauit in me liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, Psal.91.14.
Spes quæ differtur affligit animam, Prou.13.b
Spem habebis in nouissimo tuo, et prẹstolatio tua non auferetur, Prou.23.b
In spe singulariter constituisti me domine, Psalmo 4. 8.
Spes mea deus factus es, turris fortitudinis à facie inimici, Psal. 61. 3.
Spes mea in deo est, Psal.62.7.
Sperate in deo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda uestra, &c̃. Psal.62. 8.
Spes omnium finium terræ deus salutaris noster, Psal.65.5.
Spem suam patrum filij ponant in dominum, nõ obliuiscantur operum dei, &c̃. Psal.78.7.
Spe deduxit populum, & nõ timuerunt, inimicos eorum operuit mare, Psal.78. 53.
Spes mea tu es domine, altissimum posuisti refugium tuum, Psal.91. 9.
Spem dedisti mihi seruo tuo, mei memor, Psalmo 119.49.
Spes mea tu es, portio mea in terra uiuentium, Psal.142. 5.
Spes uana & mendacium uiro insensato, Ecclesiastici 34.a
Spes timentium deum in saluantem illos, & oculi dei in diligentes se, Eccl'ci 34.b
Spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remissi sæculo semen natiuitatis, quæ manu dei erat gubernata, Sap.14.a
Spes quidem perennis prædicta est nobis, nos uero pessimi uani facti sumus, 4.Esd.7. c
Spes expectanda à domino hominibus morti datos, 2.Mach. 7. c
Spe salui facti sumus, Rom.8.d
Spes quæ uidetur non est spes, nam quod uidet quis, quid sperat? Rom.8.d
Si speramus quod non uidemus, per patientiam expectamus, Rom.8. e
Spe gaudentes sancti, Rom.12. c
Spei deus repleat uos omni gaudio, &c̃. ut abundetis in spe in uirtute spiritus sancti, Rom.15.c
Spes uocationis scitur ab illuminatis spiritu sapientiæ, Ephes.1.d
Spe mea & expectatione in nullo cõfundar, Philippen.1. c
Spes gloriæ in nobis Christus est, quem nos annunciamus, Colos.1. d
Spei nostræ confessionem teneamus pontificem magnum Iesum, qui penetrauit cœlos, He.4.d
Spem propositam ad tenendum habeamus fortissimum solatium quo confugimus, Heb.6. d
Spem ut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, incedendi usque ad interiora uelaminis, Hebr.6. d
Spei nostræ confessionem teneamus indeclinabilem, Hebr.10.d
Spẽ beatã expectemus, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, Tit.2.c
Spem resurrectionis & promissionis Israelitæ omnes susceperunt, pro qua deo seruiunt die & nocte, Act.26. b
Sperantes in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, currẽt & non laborabunt, ambulabunt & non deficient, Isa.40.g
Sperastis in domino in sæculis æternis, in domino deo forti, Isa.26. a
Sperabo in te, quia hæc recolo in corde meo, Thr.3.c
Sperabo in dominum, etiãsi me occiderit, Iob 13.c
Sperat iustus in morte sua, Prou.14. d
Sperans in domino beatus est, Prou.16.c
Sperans in domino sanabitur, Prou.28.d
Sperans in domino subleuabitur, Prou.29. d
Sperantes in dominum lætentur omnes, in æternum exultabunt, gloriabuntur in te q diligunt nomen tuum, Psal.5. 11.
Sperantes in se conseruat dominus, Psal.16.1.
Speraui in te, ideo nunquã erubescam, Psal.25.20
Sperans in domino non infirmabor, Psal.26. 1.
Sperauit cor meum in adiutorẽ dominum, & adiutus sum, Psal.28. 7.
Sperantes in dominum non confundentur in æternum, Psal.31. 1.

Sperantes in domino non delinquent, Pſal.34.22
Spera in domino & fac bonitatem, inhabita terrã & paſceris in diuitijs eius, Pſal.37.3.
Speraui in te domine, non cõfundar in æternum, Pſal.71.1.
Sperare in domino melius quàm ſperare in principibus, Pſal.118.9.
Sperauit anima mea in domino, à cuſtodia matutina uſq; ad noctem, Pſal.130.6.
Speret Iſrael in domino, quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redẽptio, Pſalmo 130.7.
Speret Iſrael in domino, ex hoc nunc & uſq; in ſæculum, Pſal.131.3.
Sperauit nemo per omnes nationes in domino, et confuſus eſt, Eccl'ci 2.b
Speraui & ipſe in benedictione dei, & quaſi qui uindemiat repleui torcular, Eccl'ci 33.c
Sperantes ſi tantum ſumus in Chriſto in hac uita, miſerabiliores ſumus oĩbus hoĩbus, 1.Cor.15.c
Sperantes in Chriſto ſimus in laudẽ gloriæ eius, Epheſ.1.c
Sperantes in deum uiuum, qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime fidelium, ideo laboramus & maledicimur, 1.Tim.4.c
Sperate perfecte in eam, quæ offertur uobis gratiã per reuelationem Ieſu Chriſti, 1.Pet.1.c

¶ *Spica.*

Spicæ ſeptem uno culmo plenæ & formoſæ, totidem tenues percuſſæ uredine, priores deuorantes, Gen.41.a.d
Spicas colligit in agro Ruth, Ruth 2.a
Spicas impij abſtulerunt eſurientibus, nudis incedentibus abſq; ueſtitu, Iob 24.b
Spicas diſcipuli ſabbato uellebant, & manducabant, confricantes manibus, Luc.6.a

¶ *Spinæ.*

Spinæ ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium pariter potantium conſumuntur, quaſi ſtipula ariditate plena, Naum 1.c
Spinis & tribulis deſerti contriuit Gedeon uiros ſeniores Socoth, Iudic.8.d
Spinis iniectum ſemen creſcens ſuffocatur, Matthæi 13.a
Spinæ & tribuli pœna ſunt peccati in terra, Geneſis 3.d
Vt ſpinæ euellentur oẽs præuaricatores quæ non tolluntur manibus, ſed ferro & igne, &c̃. 2.Regum 23.a
Spinã et ueprem in prẽlio quis me dabit? Iſa.27.a
Spinæ & uepres ſuper humum populi mei aſcendent, quãto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis, Iſa.32.c
Spinæ & urticæ oriẽtur in domibus eor̃, Iſa.34.c
Spina & uepres Aſſyrius ſuccendetur, & deuorabitur in die una, Iſa.10.d

¶ *Spernere.*

Spernit eum qui me miſit, is qui me ſpernit, Lu. 10.c
Spernens hæc, non hoĩem ſpernit, ſed deum, q etiã dedit ſpiritum ſanctum in nobis, 1.Theſ.4.b
Spreuiſti omnes diſcedẽtes à iudicijs tuis, quia iniuſta eſt cogitatio eorum, Pſal.119.118.

¶ *Splendor.*

Splendor domini dei noſtri ſuper nos, & opa manuum noſtrarum dirige ſup nos, &c̃. Pſ.90.17.
Splendor dei ut lux erit, cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius, Abac.3.a
Splendeſcere qui dixit deus lucẽ de tenebris, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei in facie Chriſti, 2.Cor.4.b

¶ *Spiritus.*

Spiritus dei ferebatur ſuper aquas, Gen.1.a
Spiraculum uitæ inſpirat à deo homini, Ge.2.b
Spiritus dei non ſemper diſceptat cum homine, Gen.6.a
Spiritum uitæ omnẽ occidit deus in diluuio, Geneſis 6.c
Spiritu imminuuntur aquæ diluuij, Gen.8.a
Spiritus requieuit in ſeptuaginta uiris, & prophetarunt nec ultra ceſſauerunt, Num.11.e
Spiritum Moſi aufert, & tradit de eo ſeptuaginta ſenioribus, ut ſuſtentent pariter onus populi, & non ſolus Moſes grauetur, Num.11.d.e
Spirituum omnis carnis deus prouideat populo domini, ne ſint ſicut oues abſq; paſtore, Numeri 27.c
Spiritus domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à domino, 1.Reg.16.c
Spiritus domini ubi arripuerit te, pſallat tibi in cithara quiſpiam, & leuius feras, 1.Reg.16.c
Spiritus Saulis refocillabatur, dum Dauid percutiebat citharam, 1.Reg.16.d
Spiritus malus à Saule recedebat Dauid cithara coram eo pſallente, 1.Reg.16.d
Spiritus dei malus inuaſit Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ, 1.Reg.18.c
Spiritus domini factus eſt ſuper Saul, & ambulabat ingrediens, & prophetabat uſq; dum ueniret in Naioth in Ramatha, 1.Reg.19.d
Spiritu furoris ſui inſpirante deo, reuelantur fundamenta orbis, 2.Reg.22.b
Spiritus domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam, 2.Reg.23.a
Spiritus à domino exiens decipit Achab mendacio, per ora omnium prophetarum, 3.Re.22.c
Spiritus Eliæ duplex poſtulatur ab Eliſeo, 4.Regum 2.b
Spiritus Eliæ requieuit ſuper Eliſeum, 4.Re.2.c
Spiritus dei decipit Achab impium, qui ueritatem audire non dignatur, 2.Par.18.e
Spiritus ero mendax in ore omnium prophetarũ Achab, 2.Par.18.e
Spiritus iubetur à deo decipere impium auerſatorem ueritatis & prophetas Achab, 2.Para.18.e
Spiritum mẽdacij dedit deus in ore omnium prophetarum, 2.Par.18.e

Spiritu iudicij & ardoris abluet dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem de medio eius, Isa.4.b

Spiritus domini spiritus sapientię, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, Isa.11.a

Spiritum uertiginis miscuit dñs in sapiętibus Pharaonis, & errare fecerunt eum in omni opere suo, sicut errat ebrius & uomens, Isa.19.c

Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem, Isa.25.a

Spiritu meo in præcordijs meis de mane uigilabo ad te, Isa.26.b

Spiritum concepimus, parturiuimus, peperimus, salutes non fecimus in terra, &c̄. Isa.26.d

Spiritu suo duro meditatus est diē æstus, Isa.27.b

Spiritus dei uelut torrens inundans usq; ad medium colli, ad pdendas gētes ad nihilum, Isa.30.g

Spiritus uester ut ignis uorabit uos, Isa.33.b

Spiritum domini quis adiuuit? quis consiliarius fuit & ostendit ei? Isa.40.c

Spiritum meum effundam super semen tuum, & benedictionem super stirpem tuam, Isa.44.a

Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciā, Isa.57.d

Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dñs, à modo & usq; in sempiternum, Isa.59.d

Spiritus domini super me, eo quod unxerit me dominus, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgētiam, & clausis apertionem, Isa.61.a

Spiritus domini ductor Israelis fuit, sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ, Isa.63.c

Spiritus plenus ex his ueniet mihi, & nunc ego loquar iudicia mea cum eis, Ierem.4.c

Spiritus impetus ubi erat illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent, Ezech.1.c

Spiritus ingressus est in me, & statuit me supra pedes meos, Ezech.2.a

Spiritus leuauit me, assumpsit amarum in indignatione spiritus mei, Ezech.3.c

Spiritus ueni à quatuor uentis, et insufla super interfectos istos, & reuiuiscant, Ezech.37.b

Spiritus omnis dei, dominum benedicit, Dan.3.e

Spiritus & animæ iustorū benedicant dominum, Dan.3.f

Spiritus ligauit eum in alis suis, cōfundentur à sacrificijs suis, Osee 4.d

Spiritum meum post hæc effundam super omnē carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, &c̄. Ioel 2.f

Spiritum meum in diebus illis effundā super seruos meos & ancillas, Ioel.2.g

Spiritus domini nunquid abbreuiatus est? aut tales sunt cogitationes eius? Mich.2.b

Spiritus tumens cōtra deum, indignos profert deo sermones, Iob 15.b

Spiritus meus attenuabitur, dies mei abbreuiabuntur, solum mihi super est sepulchrum, Iob 17.a

Spiramentum qui facit, doceri nō potest, Iob 26.b

Spiritus dei ornauit cœlos, Iob 26.d

Spiritus dei est in naribus meis, Iob 27.a

Spiritus est in hominibus, inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, Iob 32.b

Spiritus dei fecit me, spiraculum omnipotentis uiuificauit me, Iob 33.a

Spiritus deijcitur in mœrore animi, Prou.15.b

Spirituum ponderator est dominus, Prou.16.a

Spiritus tristis exiccat ossa, Prou.17.d.

Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam, Prouerb.18.c

Spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Prou.18.c

Spiritum suum in loquendo cohibere qui nō potest, sicut urbs patens absque murorum ambitu, Prouerb.25.d

Spiritum quis cōtinuit in manibus suis? Pro.30.a

Spiritus hominis commendandus deo, redemptori, deo ueritatis, Psal.31.5.

Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, nec proijcias à facie tua, Psal.51.11.

Spiritus in homine pertransibit, & non subsistet, nō cognoscet amplius locum suum, Ps.103.16.

Spiritum animalibus auferes & deficiēt, & in puluerem suum reuertentur, Psal.104.29.

Spiritum tuum emitte, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, Psal.104.30.

Spiritus, pcellæ stetit, & exaltati sunt fluctus eius, Psal.107.25. (mo 139.7.

A spiritu tuo quò ibo? quò à facie tua fugiā? Psal

Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam, Psal.143.10.

Spiritus etiam principum exibit, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, Psal.146.4.

Spiritus omnis laudet dñm, Halleluia, Psal.150.c

Spiritus in circuitu pergit, uniuersa lustrans, & in circulos suos reuertitur, Eccles 1.b

Spiritus filiorum Adam si ascendat sursum, quis nouit? & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Eccles 3.d

Spiritum prohibere non est in hominis potestate, Eccles 8.a

Spiritus potestatem habentis si ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, Eccles 10.a

Spiritus uia quæ sit q̄modo ignoras, & qua ratiōe cōpingantur ossa in uentre prægnātis: sic nescis opa dei, q fabricator est omnium, Eccles 11.b

Spiritus redibit ad deum q dedit illum, Eccles 12.c

Spiritus tuus ô quàm bonus & suauis est domine in omnibus, Sap.12.a

Spiritus timentium deum quæritur, & in conspectu illius benedicetur, Eccli 34.b

Spiritus sunt qui ad uindictā creati sunt, & in fu

rore ſuo cõfirmauerunt tormenta ſua, & in tempore conſummationis effundent uirtutem, Eccleſiaſtici 39. d
Spiritus ſunt, qui dei furorem, qui fecit illos confundent, Eccl'ci 39.d
Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, Sapientiæ 1.b
Spiritus ſanctus auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate, Sap.1.b
Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet oĩa ſcientiam habet uocis, Ibid.
Spiritum latere non poteſt, qui loquitur iniqua, Sap.1.b
Spiritum nõ præteriet corrumpens iudicium, Sapientiæ 1.b
Spiritum deus ſuſcitat quorundam, ut aſcendant Hieroſolymã ad ædificandum tẽplum, Eſd.1.c
Spiritum tuum bonum dediſti, qui eos doceret, Neem.9.d
De ſpiritu ſancto habens in utero Maria inuenta eſt antequam conuenirent, Matth.1. c
Spiritum ſanctum uidit Chriſtus deſcendentẽ de cœlo ſicut columbam & uenientem ſup ipſum, Matth.3. d
Spiritus patris ueſtri loqtur in uobis, Matth.10.b
Spiritum meum ponam ſuper eum, iudicium gentibus nunciabit, Matth.12.b
Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma, Matth.26.d Marc.14.d
Spiritus immundus ab homine exiens ambulat p loca arida, quærens requiem, & non inuenit, Matth.12.d
Spiritus immundus reuertens, domum uacantem mundatam inuenit & ornatam, Matth.12. d
Spiritus immundus aſſumptis alijs ſeptẽ nequioribus intrat, & fiunt nouiſſima peiora prioribus, Matth.12.d
Spiritus expulit Chriſtum in deſertum, Marc.1.b
Spiritibus immundis imperat in poteſtate, & ei obediunt, Marc.1. c
Spiritu immundo obſeſſus hõ exclamauit, Quid nobis et tibi Ieſu Nazarene, ueniſti perdere nos? ſcio quod ſis ſanctus dei, Marc.1. c
Spiritus immundus diſcerpens & exclamans uoce magna, exijt ab eo, Marc.1.c
Spiritu ſancto cognouit cogitatiões, et dixit, Quid iſta cogitatis in cordibus ueſtris? Marc.2.a
Spiritus immundi eum uidentes procidebant, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei, Marc. 3.b
Spiritibus immundis comminabatur ne manifeſtarent illum, Marc.3.b
Spiritum immundum habet, dicebant de Chriſto, blaſphemantes, Marc.3.d
Spiritus immunde exi ab homine iſto, Mar.5.a
Spiritus ſurde & mute, ego prẽcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum, Marc.9.d
Spiritus exclamãs & multum diſcerpẽs eum exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, Marc.9.d
Spirituum hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio, Marc.9.d
Spiritus ſanctus eſt qui loquet in uobis, Mar.13.b
Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, Luc.1.d
Spiritꝰ meus exultauit in deo ſalutari meo, Lu.1.e
Spiritus ſanctus erat in Simeone, Luc.2.d
Spiritus ſanctus corporali ſpecie deſcẽdit ſicut columba in ipſum, Luc.3.e
Spiritus dñi ſup me, ꝓpter quod unxit me, Lu.4.c
Spiritibus immundis uexati curabantur, Luc. 6.c
Spiritui immundo præcipiebat ut exiret ab hoĩe, Luc.8. d
Spiritum immundum increpauit Ieſus, & ſanauit puerum, Luc.9. e
Cuius ſpiritus eſtis, neſcitis, Luc.9. g
Spiritus immundus cum de homine exierit, ambulat p loca inaquoſa, quærens requiẽ, Lu.11.c
Spiritus immundus inueniẽs ſcopis mundatã domum, uadit et aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, Luc.11.d
In ſpiritum ſanctum qui blaſphemauerit, non remittetur, Luc.12. b
Spiritus ſanctus docebit uos in ipſa hora qd oporteat uos dicere, uel reſpõdere magiſtratibꝰ, Ibi.
Spiritum ſe uidere exiſtimabant cõturbati & conterriti, Luc.24. f
Spiritum uidit Ioannes deſcendentẽ de cœlo, quaſi columbã de cœlo, & manſit ſup eum, Ioan. 1.d
Spiritus eſt, quod natum eſt ex ſpiritu, Ioan.3.a
Spiritus ubi uult ſpirat, & uocẽ eius audis, ſed neſcis unde ueniat, aut quò uadat, ſicut eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu, Ioan.3.a
Spiritum deus non dat ad menſuram, Ioan.3.d
Spiritu & ueritate pater uult adorari, & hęc eſt uera adoratio, Ioan.4. c
Spiritus eſt deus, et eos qui adorant eum in ſpiritu & ueritate oportet adorare, Ioan.4.c
Spiritus & uita ſunt uerba quæ locutus ſum uobis, Ioan.6. g
Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicq̃, Ioan. 6. g
Spiritus nondum datus erat, quia Ieſus nondum erat glorificatus, Ioan.7.f
Spiritum accepturi erant credentes in eum, Ibid.
Spiritu turbatus eſt Ieſus, & proteſtatus eſt, quia unus ex uobis me tradet, Ioan.13. c
Spiritum ueritatis pater dabit uobis, quem mundus non poteſt accipere, quia nõ uidet eum, nec ſcit eum, Ioan.14.b
Spiritum uos cognoſcetis, quia apud uos manebit, & in uobis erit, Ioan.14. b
Spiritum ueritatis ego mittam uobis à patre, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, Ioan.15. d
Spiritus ueritatis cum uenerit, docebit uos omnẽ ueritatem, Ioan.16. b

Spiritus ueritatis me clarificabit, quia de meo accipiet, & uobis annunciabit, Ioan.16.b
Spiritus ueritatis non loquet à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, & quæ uentura sunt, annunciabit uobis, Ioan.16.b
Spiritum Iesus tradidit inclinato capite, Ioan.19.f
Spiritum sanctum accipite, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt, Ioan.20. e
Per spiritum sanctum apostolis præcepit Iesus assumendus, Act.1. a
Spiritu sancto baptizabimini, nõ post multos hos dies, Act.1. a
Spiritus sancti uirtutem in uos superuenientis accipietis, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad ultimum terræ, Act.1. b
Spiritu sancto repleti sunt omnes, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, Act.2.a
Spiritus uehemens repleuit totam domum, ubi erant sedentes, Act.2. a
Spiritu sancto repleti sunt apostoli, orantes, & loquebantur cum fiducia uerbum dei, Act.4.f
Spiritum domini quid conuenit uobis tentare? Act.5.b
Spiritui sancto uos semper restitistis dura ceruice, & incircunciſi cordibus & auribus, sicut patres uestri & uos, Act.7. f
Spiritus immundi de multis exeuntes clamabant, Act.8. a
Spiritum sanctum accipiebant baptizati, quando apostoli ponebant manus super illos, Acto.8.c
Spiritus sanctus nondum uenerat in baptizatos Samaritas in nomine domini, Act.8. c
Spiritus sancti consolatione replebatur ecclesia, Act.9.e
Spiritu sancto unxit deus Iesum à Nazareth et uirtute, Act.10. f
Spiritus sanctus cecidit sup oẽs qui audiebant uerbum à Petro, & obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui uenerant cum Petro, quia & in natiõnes gratia spiritus sancti effusa est, Act.10. g
Spiritu sancto & gaudio replebantur discipuli, Acto. 13.d
Spiritui sancto & nobis uisum est, apostolorũ concilium loquitur, Act.15. e
Spiritum sanctum si credentes accepistis? Paulus quærit in Epheso, Act.19. a
Spiritum sanctum ignorabant baptizati Ioannis Baptistæ in Epheso, Act.19. a
Spiritus sancti uerba audientes rogabant, ne pergeret Paulus Hierosolymam, Act.21. c
Spiritus sanctus bene locutus est per Isaiam ad patres nostros, Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, &c. Act.28.f
Spiritus quæ sunt sentiunt, qui secundum spiritum sunt, Rom.8. b
Spiritum Christi si quis non habet, hic nõ est eius, Rom.8.b
Spiritus dei si habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit et mortalia uestra corpora, propter inhabitantem spiritum eius in uobis, Rom.8. b
Spiritu feruentes, domino seruientes, Rom.12. c
Spiritu dei qui aguntur, ij filij dei sunt, Rom.8.c
Spiritum seruitutis non accepistis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, Rom.8.c
Spiritum accepistis adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater, Rom.8.c
Spiritus ipse testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei, si filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, Ro.8.c
Spiritus quid desideret scit, qui scrutatur corda, Rom.8. e
Spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus, Rom. 8. e
Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, Rom.8.e
Spiritus postulat secundum deum pro sanctis, Rom.8. e
Spiritualibus spiritualia comparant apostoli docentes, 1.Cor.2.c
Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei, 1. Cor.2. c
Spiritus dei solus cognouit quæ dei sunt, 1. Corinth.2.c
Spiritum non huius mundi apostoli acceperunt, sed q ex deo est, ut sciamus nobis donata à deo, 1.Cor.2.c
Spiritu qui ex deo est accepto, scimus quæ à deo donata sunt nobis, 1.Cor.2.c
Spiritus hominis qui in ipso est scit, quæ sunt hominis tantum, 1.Cor.2.c
Spiritualia homo animalis non percipit, sed stultitia illi sunt, non potest intelligere, 1.Cor.2.d
Spiritualia spiritualiter examinantur, 1.Cor.2.d
Spiritualis dijudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, 1.Cor.2. d
Spiritus dei habitat in fidelibus quasi in templo suo, 1.Cor.3. c
Spiritus sanctus habitat in Christianis, quem habent à deo, & non, ait, estis uestri, 1.Cor.6.d
Spiritualia non uult Paulus ignorare fideles, 1. Corinth.12.a
Spiritus idem est, diuisiones autẽ sunt gratiarum, 1.Cor.12.a
Spiritu uno omnes potati sumus, Iudæi & gentiles, serui & liberi, 1.Cor.12. b
Spiritus unus & idem dona singulis diuidit, prout uult, 1.Cor.12.b
Spiritualia æmulamini, magis autem ut prophetetis, 1.Cor.14.a
Spiritus est dominus, 2.Cor.3.d
Spiritus domini ubi est, ibi & libertas, 2.Cor.3. d
Spiritus alius nõ accipiendus, quàm qui acceptus est à Corinthijs prædicatione Pauli, 2. Co.11.a

Spiritum accepistis non ex operibus legis, sed ex auditu fidei, Gal.3.a
Spiritu cum cœperitis nunc carne cõsummamini, sic stulti estis Galatæ, Gal.3.a
Spiritum filij sui misit deus in corda fidelium, clamantem, Abba pater, Gal.4.a
Spiritu si ducimini, non estis sub lege, Gal.5.c
Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, Gal.5.c
Spiritu si uiuimus, spiritu et ambulemus, Gal.5.d
Spiritus fructus sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, Gal.5.d
Spiritu seminans de spiritu metet uitam æternã, Gal.6.b
Spiritu promissionis sancto signati estis, credẽtes in Christo, Ephes.1.c
Spiritus promissionis pignus est hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ eius, Ephes.1.c
Spirituali benedictione in cœlestibus benedixit nos deus, Ephes.1.a
Spiritus sapientiæ, reuelationis in agnitionẽ dei, Ephes.1.d
Spiritus malignus princeps potestatis operatur in filios diffidentiæ, Ephes.2.a
Spiritum sanctum dei nolite contristari sermone malo, in quo signati estis, in die redemptionis, Ephes.4.g
Spiritu sancto impleamini, nõ uino, Ephes.5.d
Spiritu oris sui Iesus interficiet hominem peccati, 2.Thes.2.b
Spiritum sanctum dñs dedit in nobis, 1.Thes.4.b
Spiritum nolite extinguere, 1.Thes.5.d
Spiritus uester integer, & anima & corpus sine querela sit in aduentu domini nostri Iesu Christi, 1.Thes.5.d
Spiritibus erroris attendent fide discedentes, 1.Timoth.4.a
Spiritum uirtutis dedit nobis deus dilectionis & sobrietatis non timoris, 2.Tim.1.b
Spiritum sanctum effudit in nos abunde, per Iesum Christum saluatorem, Tit.3.b
Spiritus administratorij sunt, in ministerium missi, propter hæredes, Hebr.1.d
Spiritus sanctus dixisse dicitur, quod in Psalmis scribitur, Hebr.3.b
Spiritus iustorum, pfectorum in cœlis, Hebr.12.f
Spiritus prẽnunciauit in ꝓphetis, eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, 1.Petri 1.b
Spiritibus qui in carcere erant, ueniens prędicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe, &c. 1.Petri 3.d
Spiritus dei in hoc cognoscitur, si cõfitetur Iesum Christum in carne ueniſſe, 1.Ioan.4.a
Spiritus omnis qui confitetur Iesum Christum in carne ueniſſe, ex deo est, 1.Ioan.4.a
Spiritus qui soluit Iesum, ex deo nõ est, 1.Ioã.4.a
Spiritus qui habitat in uobis, ad inuidiam concupiscit, maiorem autem dat gratiam, Iaco.4.b
Spiritui omni credere nolite, sed probate spiritus si ex deo sint, 1.Ioan.4.a
Spiritum ueritatis & erroris in hoc cognoscimus, si uerbum dei audiatur uel non, 1.Ioan.4.b
De spiritu suo dedit nobis deus, unde cognoscimus nos in deo manere, 1.Ioan.4.c
Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est ueritas, 1.Ioan.5.b
Spiritus septem qui in cõspectu throni eius sunt, Apoc.1.a
Spiritus tres immundi instar ranarum prodierunt de ore bestiæ, draconis, & pseudopropherarum, Apoc.16.c
Spiritus dæmoniorum facientes signa procedunt ad congregandum reges ad prælium domini, Apoc.16.c
Spiritus & sponsa dicunt, Veni, & qui audit dicat, Veni, & qui sitit ueniat, & qui uult accipiat aquã uitæ gratis, Apoc.22.d

¶*Spolia.*

Spolijs Abram ditari nolebat, Gen.14.d
Spolij & iniuriæ accusatur Iacob à filijs Laban im merito, Gen.31.a
Spolia hostium uorum comedes, quæ tibi dominus dederit, Deut.22.c
Spolia uestra congregabuntur, sicut colligitur bruchus, uelut cum fossæ plenæ fuerint de eo, Isaiæ 33.a
Spolia prædarum multarum diuidentur, claudi rapinam diripient, nec dicet uicinus elangui, Isa.33.d
Spolia distribuet, & arma uniuersa auferet, qui fortior superuenerit forti, Luc.11.c
¶Spongiam acceptam aceto impleuit, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, Matth.27.f

¶*Spondere.*

Si spoponderis pro amico suo defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus proprijs sermonibus, Pro.6.a
Sponsor factus temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis, Pro.6.a
Spondere noli super uirtutem tuam, quod si spoponderis quasi restituens cogita, Eccl'ci 8.c

¶*Sponsus.*

Sponsarum noue nuptarum imprecationes, Genesis 24.g
Sponsalia Dauidi fiunt pro Michol, centum præputia Palæstinorum, 1.Reg.18.f
Vt sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis, Israelem & fidelium ecclesiam

ecclesiam ornat, Isa.61.d

Sponsabo te mihi in sempiternum, spōsabo te mihi in iustitia & iudicio, in misericordia & miserationibus, spōsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus, Osee 2.d

Sponsus egrediatur de cubili suo, et sponsa de thalamo suo, Ioel.2.d

Spondenti pro extraneo tolle uestimentum eius, & pro alienis aufer ei pignus, Pro.27.c

Sponsa mea ueni de Libano, Can.4.b

Sponso ablato Christo discipuli ieiunabunt, Matthæi 9.b

Sponsus uenit dum irent emere, & paratæ intrabant ad nuptias, Mat.25.a

Spōsi filios num potestis facere ieiunare dum cum ipsis est sponsus, Luc.5.g. Mar. 2.c

Sponsus cum fuerit ab illis ablatus tunc ieiunabunt, Luc.5.g. Mar.2.c

Sponsus est qui habet sponsam, sponsi autem amicus qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi, Ioan. 3. d

Sponsa uxor agni ostenditur, Apo.21.c

¶Squamas habentes & pinnulas pisces mundi sunt, Deut.14.b

¶Stacten portatur è Galaad, Gen.37.e

¶Stachin dilectum salutat Paulus, Rom. 16. b

¶Stadia 25. uel 30. remigantibus Christus uenit ambulans super mare, Ioan.6.c

Stadio currentes omnes quidem currunt, unus accipit brauium, 1.Cor.9.d

¶Stagnus ardens igne & sulphure pars erit omnibus timidis, incredulis, execratis, homicidis, fornicatoribus, ueneficis, idololatris, & omnibus mendacibus, Apo.21.c

¶Stharbuzanai consiliarius trans flumen, Esdræ 5.a

¶*Stare.*

Stat Abraham ante hospites comedentes, Gene.18.a

Stat Abraham coram domino, Gen.18.c

Statio Palæstinorum in colle dei, 1.Reg.10.b

Statio Philisthinorum percussa à Saul erexit animos omnium Israelitarum, 1.Reg.13.a

Statio Palæstinorum exijt ut transcēderet in Machmas, 1.Reg.13.d

Stabit dominus sicut in monte diuisionum, & sicut in ualle quę est in Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, Isa.28.c

Stabimus omnes ante tribunal Christi, Ro.14.b

Stare qui se existimat, uideat ne cadat, 1.Cor.10.c

Stabiles estote & immobiles, 1. Cor.15.g

State fratres, & tenere traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram, 2.Thess.2.d

Sto ad ostium & pulso, si quis audierit uocē meā, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, Apo.3.d

Standum non est in omni circa regione Sodomę,

Genesis 19.d

¶*Statura.*

Statura tua assimilata est palmæ, ubera tua botris, Can.7.b

Statura minor hominibus nunc quàm dudum, 4. Esd.5.d

Staturæ suæ nemo cogitans adijcere potest cubitum, Mat.6.d

¶*Statua.*

Statua salis fit uxor Lot, Gen.19.e

Satua sepulturæ Rachelis, Gen.35.d

Statuas comminui iubet Moyses, Num.33.g

Statuas confringite, aras subuertite, lucos succidite, sculptilia comburite, Deut.7.a

Statuam non facies tibi, neq; constitues, quā odit dominus deus tuus, Deut.16.d

Statuas & lucos in omni colle sublimi faciunt Israelitæ subter omne lignum frondosum, 4.Regum 17.b

Statua grandis & sublimis uisa regi, cuius caput aureum, pectus & brachia argentea, uenter & fœmora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum pars quædam ferrea, quædam fictilis, Dan.2.e

Statuæ pedes contritæ sunt per lapidem absciſum de monte sine manibus, pariterq; contrita sunt ferrum, testa, æs, argentum, aurum, redacta in fauillam, & uento rapta, Dan.2.e

Statuam auream fecit rex cubitorum 60. latitudine cubitorum 6. in campo Dura statuit prouinciæ Babylonis, Dan. 3.a

Statuæ dedicationem parat rex, conuocatis regni maioribus, Dan.3.a

Statuam auream cadentes adorate omnes ad sonitum uarium auditum, si quis non prostratus adoret eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis, Dan.3.a

Statuam auream adorant omnes populi, præterq; uiri Iudæi præfecti operum regionis Babyloniæ, Dan.3.a. b

Statuariorum artificium & studium in formandis simulachris irridetur & dissuadetur, Sap. 13.c

¶Statutum Medorum & Persarum præuaricari nemini liceat, Dan.6.b

¶*Statera.*

Statera iusta sit, & æqua sint pondera, Leu. 19. g

Stateris quartam argenti inuentam in manu, dandam iudicant se uiro dei, 1. Reg.9.b

Stateram impiam nunquid iustificabo, & sacculi pondera dolosa? Mich. 6.c

Statera iusta appendet me deus, Iob 31.a

Statera dolosa abominatio est apud dominum, Pro.11.a

Statera & pondus iudicia domini sunt, & opera eius omnes lapides sacculi, Pro. 16.b

Statera dolosa non est bona, Pro. 20.d

Statera ponderabuntur uerba prudentum, Ecclesiastici 21. d

Staterā facito uerbis tuis, & frenos ori tuo rectos, Eccli 28.d

Stateræ ut momentum est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta,&c̃. Sap.11.d
Staterem da eis pro me & te tributum, Mat.17.d
Statera in manu equitis in equo nigro, Apo.6.b

¶*Stella.*

Stellæ à deo conditæ, & in firmamentum positæ, Gen.1.c
Stellæ lucent super terram, Gen.1.c
Stellæ præsunt diei & nocti, Gen.1.c
Stellis cœli comparatur semen Abrahæ, Ge.22.d
Stella orietur ex Iacob,& consurget uirga ex Israel, & percutiet duces Moab, uastabitq; omnes filios Seth,&c̃. Num.24.c
Stellarum numero multiplicatio Israel comparatur à Moyse, Deut.1.c
Stellæ contra Sisarã pugnauerunt in ordine suo, Iud.5.c
Stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum, Isa.13.b
Stellæ cœli domini dominum benedicunt,Dã.3.e
Stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt ad iussum dei, &c̃. Bar.3.d
Stellarum multitudinem numerat dominus, & omnibus eis nomina uocans, Psa.147.4.
Stellæ obtenebrẽtur caligine noctis illius, Iob 3.b
Stellæ non sunt mundę in conspectu dei,Iob 25.b
Stellas claudit deus quasi sub signaculo, Iob 9.a
Vt stellas cœli multiplicasti filios eorum, Neemiæ 9.d
Stellæ fundatæ sunt in uerbo domini, qui & nouit numerum stellarum, 4.Esd.16.c
Stellam eius uidimus in oriente, & uenimus adorare eum, Mat.2.a
Stellæ tempus quæ apparuit Magis diligenter didicit ab eis Herodes, Mat.2.b
Stella quam in oriente uiderant Magos antecedebat usq; dum ueniens staret supra ubi erat puer, Mat.2.b
Stellam uidentes gauisi sunt gaudio magno Magi, Mat.2.b
Stellæ cadent è cœlo, Mat.24.c. Mar.13.c
Stella differt à stella in claritate, 1.Cor.15.f
Stellas septem habebat in dextera sua, Apo.1.c
Stellam matutinam uincenti dabo, Apo.2.g
Stellæ ceciderunt super terram, Apo.6.d
Stella magna ardens tanquam facula decidit in tertiam partem fluminum & in fontes, Ap.8.c
Stellæ obscuratæ pro tertia parte, Apo.8.d
Stella splendida & matutina Christus, Ap.22.d
¶Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis, Pro.30.d
Stellio immundum animal, Leuit.11.e

¶*Stephanus.*

Stephanum elegerunt uirum plenum fide & spiritu sancto,& Philippum,& Prochorum,& Nicanorem,& Timonem, & Parmenam,& Nicolaum aduenam Antiochenum, hos statuerunt ante apostolos, & orantes imposuerunt manus, Acto.6.b
Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo, Act.6.b
Cum Stephano disputabant synagogæ, & nõ poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur, Act.6.c
Stephanus falso accusatus blasphemiæ in Moysen & deum, Act.6.c
Stephanum commota turba rapuerunt, & adduxerunt in concilium sub falsis testibus, Act.6.c
Stephanus accusatur, uerba semper loqui aduersus locum sanctum & legem, Act.6.c
Stephani faciem intuentes qui sedebant in concilio, uiderunt tanquam faciem angeli, Actorum 6.d
Stephanum unanimiter impetu facto eijciunt extra ciuitatem,lapidabant, Act.7.g
Stephani uerba audientes dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum, Actorum 7.g
Stephanus cum esset plenus spiritu sancto intendens in cœlum uidit gloriam dei,& Iesum stantem à dextris dei, Act.7.g
Stephanum lapidabant inuocantem,& dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum, Act.7.g
Stephanus genibus positis dixit, Domine ne statuas illis hoc peccatum, Act.7.g
Stephanus obdormiuit in domino, Act.7.g
Stephanum curauerunt uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum, Act.8.a
Stephani mortis occasione facta discipulorum dispersio est, ut perambularent usq; ad Phœnicen, & Cyprum,& Antiochiam, Act.11.c

¶*Stephana.*

Stephanæ donum Paulus baptizauit, 1.Cor.1.c
Stephanæ domus & Fortunati suppleuerunt q̃d deerat,refecerunt spiritum meum & uestrum, 1.Cor.16.c
Stephanæ domus & Fortunatus ordinauerunt se ipsos in ministerium sanctorum, 1.Cor.16.c

¶*Stercus.*

Stercora amplexati sunt qui nutriebantur in croceis, Thr.4.a
Stercus ut remanet in percussura cribri,sic aporia hominis in cogitatu illius, Eccl'ci 27.a
Stercora arbitror omnia ut Christum lucrifaciam, Phi.3.b
¶Stibio circumliniſti oculos tuos, ornata es mundo muliebri, Eze.23.f
¶Stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto, ideo nemo mihi molestus sit de cætero, Gal.6.d
¶Stillabo tibi in uinum, in ebrietatẽ, & erit super quem stillatur populus iste, Mich.2.d
¶Stimulus carnis angel⁹ satanæ Paulum colaphizat, 2.Cor.12.c

¶*Stipendium.*

Stipendia peccati mors, Rom.6.d

Stipendijs ſuis nemo militat, 1.Cor.9.a
Stipendia Paulus accepit ab alijs eccleſijs, ut Corinthijs prædicaret, 2.Cor.11.b
¶Stipularum inſtar impij deuorantur ab igne diuinæ iræ, Exo.15.b
¶Stridebo ſuper uos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno, Am.2.d

¶*Sterilis.*

Sterilis Sarai uxor Abrahæ, Gen.11.d
Sterilis et infœcunda non erit in te, ſi domino deo tuo ſeruieris, Exo.23.e
Sterilis Rebecca erat, Gen.25.c
Sterilitas temporibus Iſaac in Chanaan, Ge.26.a
Sterilis Rachel permanet uxor amabilior, Gene.29.d
Sterilitas à deo proficiſcitur fœminis, Gen.30.a
Sterilitas opprobrio erat mulieribus, 1.Reg.1.b
Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt, 1.Reg.2.a
Sterilis gentilitas lauda quæ non paris, decanta laudem, & hinni quæ non pariebas, Iſa.54.a
Sterilē in domo habitare deus facit dominus, matrem filiorum lætantem, Pſa.113.9.
Sterilem afflixit quæ non parit, uiduæ bene non fecit iniquus, Iob 24.d
Sterilis Elizabeth uxor Zachariæ, Luc.1.a
¶Stoici diſſerebant cum Paulo, Acto.17.d

¶*Stola.*

Stolæ binæ datæ fratribus Ioſeph, Gen.45.f
Stolam primam proferte, induite, date annulum & calciamenta, uitulum occidite, manducemus & epulemur pro filio mortuo qui reuixit, perdito & eſt inuentus, Luc.15.f
In ſtolis ambulare uolunt ſcribæ, Luc.20.g
Stolæ albæ ſingulis datæ, iuſſæq; ſunt modicum tempus requieſcere, ut conſerui compleantur ſimiliter occidendi, Apo.6.c
Stolis albis induti ſunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt ſtolas in ſanguine agni, & ſunt ante thronum, &c̄. Apo.7.d

¶*Stultitia.*

Stultitiam obijcit Laban Iacobo, Gen.31.d
Stultus fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat ſimulationem, Iſa.32.b
Stultus loquitur fraudulenter ad dominum, uacuam faciet animam eſurientis, & potum auferet ſitienti, Iſa.32.b
Stultus populus meus me non cognouit, filij inſipientes ſunt & uecordes, Ier.4.e
Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, Ieremiæ 10.c
Stulti cogitatio peccatum eſt, et abominatio hominum detractor, Pro.24.a
Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt omnis conflator à ſculptili, quia mendax eſt conflatio eius, nec eſt ſpiritus in eis, Ier.51.b
Stultum uidi firma radice, maledixi ſtatim pulchritudini eius, Iob 5.a

Stultorum filij longe fient à ſalute, conterentur in porta, non erit qui eruat, Iob 5.a
Stulti meſſem famelicus comedet, ipſum armatus rapiet, bibent ſitientes diuitias eius, Iob 5.a
Stulti deſpiciebant me, cum ab eis recederem, detrahebant mihi, Iob 19.c
Stultarum filij & ignobilium, & in terra penitus non parentes nunc honoratos rident, Iob 30.b
Stulti exoſam habent diſciplinam, timorem domini non ſuſcipiunt, non acquieſcunt conſilio ſapientiæ, &c̄. Pro.1.d
Stulti comedent fructus uiç ſuæ, ſuiſq; conſilijs ſaturabuntur, Pro.1.d
Stultos interficiet auerſio paruulorum, Pro.1.d
Stultorum proſperitas perdet illos, Pro.1.d
Stulti deſpiciunt ſapientiam & doctrinam, Prouerb.1.a
Stulti uſquequo ea quæ ſibi ſunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiam, Pro.1.c.
Stultorum exaltatio ignominia, Pro.3.d
Stultus quaſi per riſum operatur ſcelus, Pro.10.c
Stultus qui eſt ſeruiet ſapienti, Pro.11.d
Stulti uia in oculis eius recta, qui autem ſapiens eſt audit conſilia, Pro.12.c
Stultitiam prouocat cor inſipientium, Pro.12.d
Stulti deteſtantur eos qui fugiunt mala, Pro.13.d
Stultorum inimicus ſimilis efficietur, Pro.13.d
Stultorum imprudentia errans, Pro.14.a
Stultitiam operabitur impatiens, Pro.14.b
Stultus ridebit peccatum, Pro.14.b
Stultus replebitur uijs ſuis, & ſuper eum erit uir bonus, Pro.14.b
Contra ſtultum uirum uade, & neſcito labia prudentiæ, Pro.14.a
Stultitiam ebullit os fatuorum, Pro.15.a
Stultorum fatuitas imprudentia, Pro.14.c
Stultitia gaudium ſtulto, Pro.15.c
Stultus natus eſt ad ſuam ignominiam, Pro.17.d
Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens, Pro.17.d
Stultorum oculi in finibus terræ, Pro.17.d
Stultus non recipit uerba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ uerſantur in corde eius, Pro.18.a
Stulti labia miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat, Pro.18.a
Stulti os cõtritio eius, labia ipſius ruina animæ eius, Pro.18.b
Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, Prouerb.19.a
Stultus contra dominum feruet animo ſuo, Prouerb.19.a
Stultum non decent delitiæ, Pro.19.b
Stultus homo plaudet manibus cum ſpoponderit pro amico ſuo, Pro.17.c
Stulti miſcentur contumelijs, Pro.20.a
Stultitia colligata eſt in corde pueri, uirga diſciplinæ fugabit eam, Pro.22.c
Stultus uocabitur qui cogitat mala facere, Pro-

uerbiorum 24. a
Stulto indecens gloria, quomodo nix in æstate, & in messe pluuia, Pro. 26. a
Stultitiam suam iterans sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, Pro. 26. b
Stulto ne respondeas iuxtā stultitiam suam, ne effi ciaris ei similis, Pro. 26. a
Stulto responde iuxta stultitiam suam, ne sibi sapi ens esse uideatur, Pro. 26. a
Stultorum ore indecens est parabola, quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, Pro. 26. b
Stulto qui honorē tribuit sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, Pro. 26. b
Stultorum in ore parabola, quomodo si spina na scatur in manu temulenti, Pro. 26. b
Stultum si in pila contuderis, quasi ptisanas ferien te desuper pilo, nō auferetur ab eo stultitia eius, Prouer. 27. d
Stultus totum spiritum suum profert, sapiens dif fert & reseruat in posterum, Pro. 29. b
Stultissimus uiror̄ sum, & sapientia hominum non est mecum, Pro. 30. a
Stultus eleuatus in sublime si intellexisset, ori suo imposuisset manum, Pro. 30. d
Stultorum infinitus est numerus, Eccl'es 1. d
Stultus in tenebris ambulat, Eccl'es 2. c
Stultus cōplicat manus suas, comedit carnes suas, dicēs, Melior est pugillus cum requie, quàm ple na utraq; manus cum labore & afflictione ani mi, Eccl'es 4. b
Stultitia inuenietur in multis sermonibus, Eccle siastes 5. a
Stultus esse noli, ne moriaris in tempore non tuo, Eccl'es 7. c
Stulti impietatem cognoscere laboraui, et errorem imprudentium, &c̄. Eccl'es 7. d
Stultus in uia ambulans, cum ipse insipiens sit o mnes stultos æstimat, Eccl'es 10. a
Stultum uidi positum in dignitate sublimi, & diui tes sedere deorsum, Eccl'es 10. b
Stultitia initium uerborum insipientis, & nouissi mum oris illius error pessimus, Eccl'es 10. c
Stultus uerba multiplicat, Eccl'es 10. c
Stultorum labor affliget eos qui nesciunt in urbē pergere, Eccl'es 10. c
Per stultitiam ne seductus humilieris, Eccl'ci 13. b
Stultus quod habendum erat non directo sensu distribuit, & similiter quod non erat habēdum, Eccl'ci 20. c
Stulti cor quasi uas confractum omnem sapien tiam non tenebit, Eccl'ci 21. c
Stulti narratio quasi sarcina in uia, Eccl'ci 21. c
Stultitia hominis auscultare per ostium, & prudēs grauabitur contumelia, Eccl'ci 21. d
Stulto doctrina quasi compedes in pedibus, & q̄si uincula manuum super manum dextram, Ec clesiastici 21. c
Stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris, Ecclesiastici 22. b
A stulto serua te, ut non molestiam feras, & nō co inquinaberis peccato illius, Eccl'ci 22. b
A stulto deflecte, & inuenies requiem, & non ace diaberis in stultitia illius, Eccl'ci 22. b
Stultus super plumbum grauabitur, & quod illi aliud nomen quàm fatuus? Eccl'ci 22. b
Stultum ferre grauius quàm arenam, salem, & fer ri massam, Eccl'ci 22. b
Stultus ut luna mutatur, Eccl'ci 27. b
Stultus ædificat super arenam, Mat. 7. d
Stultitia est pereuntibus uerbum crucis, saluandis uirtus dei est, 1. Cor. 1. c
Stultitia prædicationis deus saluos facit credēres, 1. Cor. 1. c
Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes, 1. Cor. 1. d
In templo ſancto ſuo dominus, dominus in cœlo ſedes eius, Pſal.11. 4.
Templi tui in medio ſuſcepimus deus miſericordiam tuam, Pſal.48. 9.
Templum tuum ſanctum eſt mirabile in æquitate, Pſal.65. 4.
A templo tuo in Ieruſalem tibi offerent reges munera, Pſal.68. 29.
Templi altitudo à Simone fundata eſt, duplex ædificatio, & excelſi parietes templi, Eccl'ci 50. a
Templi dei ædificatio à Iudæis promouenda, excepto quod uoluntarie offertur, Eſd.1. b
Templo fundato laus & gratiarum actio à ſacerdotibus deum laudantibus defertur, Eſd.3.c
Templo fundato populus uociferatur magno clamore, quibuſdam lætantibus, alijs flentibus, qui prius templum uiderant, Eſd.3.d
Templum inſtauratur opera Sidoniorum & Tyriorum, qui ligna de Libano deferunt ad Ioppen mandato Cyri, Eſd.3.b
Templi ædificatio prohibita eſt in Ieruſalem, brachio & robore uſq; ad annum ſecundum Darij regis Perſarum, Eſd.4.d
Templum ædificare incipiunt in Ieruſalem Zorobabel filius Salatiel, & Ioſue filius Ioſedech, Eſdræ 5. a
Templum dei magni ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus, opus diligẽter extruitur, & creſcit in manibus eorum, Eſd.5.b
Templi ædificatio dei nutu prohiberi non potuit, Eſd.5.b
Templum ædificamus quod erat extructum ante multos annos, quodq; rex magnus ædificauerat, Eſd.5.c
Templi ædificandi ſumptus de domo regis Perſarum dabuntur, Eſd.6. a
Templum dei præcipitur ſuſcitandum in altitudinem cubitor. 60. latitudine cubitor. 60. ordines de lapidibus impolitis tres, &c. Eſd.6. a

Templum dei illud dimittite fieri à duce Iudæorum & senioribus, ut ædificent illud suo loco, Esd.6. b

Templum dei quod est in Ierusalē, qui dissipauerit regnum uel ppl'us, illum deus dissipet, Esd.6.c

Templum domini ædificabant seniores Iudæorū, & prosperabātur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo, iubente deo, Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum, Esd. 6. c

Tēpli dei dedicatio fit à filijs Israel, & Leuitis cum gaudio, Esd.6. c

Templi dei dedicatione oblati sunt uituli centum, arietes ducenti, agni 400. hirci caprarum ꝓ peccato totius Israel duodecim, Esd.6. d

Pro templo extruendo patres è Babylone contribuerunt auri solidos 61000. argenti mnas 5000. & uestes sacerdotales 100, Esd.2.d Neem.7.g aliter.

Templum domini incenderunt Chaldæi, muros Ierusalem demolierunt, turres & omnia honorifica consummauerunt, reliquos à gladio duxerunt Babylonem, 3.Esd.1.g

Templi in Ierusalē ædificatio impedita usq; in secundum annum regni Darij Persarum regis, 3.Esd.2. d

Templum incenderunt Idumæi, quando Ierusalē est exterminata à Chaldæis, 3.Esd.4. e

Templum dei dicitur pro ruinis eius, 3.Esd.5. e

Templi ædificatio apparatur, 3.Esd.5.f

Templum fundatum anno secundo, mēse secundo, post reditum de Babylone in Iudæam & Ierusalem, 3.Esd.5.f

Templi ædificium impeditum per gentes omni tempore uitæ Cyri regis, usq; ad biennium Darij, 3.Esd.5. g

Templum domini domus fit magna ex lapidibus politis & magnis, pretiosis materijs, in parietibus idq; ꝓspere, & cum omni gloria, 3.Esd. 6.a

Templum domini quare olim destructum fuerit Dario perscribitur regi, 3.Esd.6. b

Templum extrui iubetur à Cyro, cuius altitudo sit cubitorum decem, aliàs sexaginta, latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiusdem regionis, & meniano uno nouo, &c. 3.Esd. 6.c

Templum absolutum authoritate Cyri, Darij & Artaxerxis, regum Persarum, & consummatum ad 23. diem mēsis Adar, 6. anno Darij, 3.Esd.7.b

Templi dedicatio acta sacrificijs 100. taurorum, 200. arietum, 400. agnorum, hœdorum pro peccatis uniuersi Israelis 12. 3.Esd.7.b

Templum cum altari & uasis sacris omnia restituuntur à Iuda Machabæo, anno 148. uicesima die mensis noni, 1.Mach.4. f

Templi faciem Iudas ornauit coronis aureis, & dedicationem eius & altaris fecerunt 8. diebus, cum lætitia magna populi, 1.Mach.4.f.g

Templum infestatum diebus multis, machinis uarijs, fame quoq; resistentium uiriq;, 1.Mac.6.f

Tēplum Nanææ Antiochus spoliare uolens, percutitur à sacerdotibus, 2.Mach.1. c

Templo dei in Ierusalē honor exhibetur, 2.Machab.3.a

Templum Ierusalē dicitur Iouis Olympij, in Garizim Iouis hospitalis, 2.Mach.6. a

Templum domini luxuria & commessatione pollutum, 2.Mach.6. a

Templum à Iuda emundatum, eadem die qua & pollutum fuerat, 2.Mach.10. a

Templi dedicatio indicta ad 8. dies quotannis, 2. Mach.10.b

Templi pinnaculo instituit Christum satan, in ciuitate sancta, Matth.4. a

Templum bonis lapidibus & donis ornatum dicebant, Luc.21. b

Templi lapis super lapidem non relinquetur, qui non destruatur, Luc.21. b

Templo maior est hic, Matth.12.a

Templum Christo egresso discipuli ostendunt ædificationes eius, Matth.24.a

Templum intrauit Iesus, eiecit uendentes et ementes in templo, mensas numulariorum & cathedras uendentium columbas euertit, Matt. 21.b

Per templum non sinebat ut quisquam uas transferret, Marc.11. b

In templo quotidie eram apud uos docens, & nō me tenuistis, Marc.14.e

Templum hoc manufactum ego dissoluā, & post triduum aliud non manufactum ædificabo, Marc.14. f

Templum dei destruis & in tribus diebus reædificas? Marc.15.c

Templi uelum scissum est in duo, à summo usq; deorsum, Marc.15.d

In tēplo post triduum Iesum inuenerunt, Luc.2. f

In templo erat quotidie docens, Luc.13.g

In templo quotidie uobiscum fui, & non extendistis manum in me, sed hæc est hora uestra, Lucæ 22. f

Templum hoc soluite, & in tribus diebus excitabo illud, Ioan.2.d

Templum hoc ædificatum est 46. annis, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ioan.2.d

Templum corporis sui intelligebat Christus, Ioannis 2. d

Templo docebat Iesus & mirabantur Iudæi, Ioannis 7. b

Templum exibant unus post alium, incipientes à senioribus, Ioan.8.a

Templum diluculo iterum uenit, & populum uenientem docebat, Ioan.8. a

In templo docēs Iesus hæc locutus est in gazophylacio, Ioan.8. b

In templo Salomonis in porticu ambulabat Iesus, Ioan.10.d

Tẽplum ingreſſus cœpit eijcere uendẽtes & emen tes, dicens illis, quia domus mea, &c. Luc. 19. g
Templi deſtructio quando erit? & quod ſignum cum fieri incipient? Luc. 21. b
In templo quotidie unanimiter perdurabant, Actorum 2. g
Templum aſcendebant Petrus & Ioannes ad horam orationis nonam, Act. 3. a
Templum dei uiolans à domino diſperdetur, 1. Cor. 3. c
Templum dei ſunt fideles in eccleſia, 1. Cor. 3. c
Templum dei ſanctum eſt quod eſtis uos, 1. Corinth. 3. c
Templo dei nullus conſenſus eſt cum idolo, 2. Corinth. 6. c
Templum dei uiui ſunt fideles, 2. Cor. 6. d
Templum dei & altare cum adorantibus metire, Apoc. 11. a
Tẽplum dei aptum eſt in cœlo, & arca teſtamenti uiſa in templo eius, & fulgura & uoces facta ſunt, terræ motus, & grando magna, Apoc. 11. d
Templum tabernaculi teſtimonij in cœlo aptum eſt, & exierunt ſeptem angeli, Apoc. 15. c
Templum dei impletum eſt fumo à maieſtate dei & uirtute eius, Apoc. 15. d
Templum introire nemo poterat, donec conſummarentur ſeptẽ plagæ ſeptẽ angelorũ, Apo. 15. d
Templum ſpiritus ſancti ſunt membra fidelium, 1. Corinth. 6. d
Templum in Ieruſalẽ cœleſti non uidi, Apo. 21. g
Templum Ieruſalem eſt dominus deus omnipotens & agnus, Apoc. 21. g
Templo ſedebit tanquam ſit deus homo peccati, 2. Theſ. 2. a

¶ *Tempus.*

Temporum ſigna ſunt luminaria cœli, Gen. 1. b
Tempore uitæ legitimo fœtus naſcetur ipſi Saræ, Gen. 18. b
Tempus non negligendum in cura gregum, Geneſis 29. a
Tempus frugum uendet tibi, Leuit. 25. c
Temporibus ſuis oblationes offerendæ ordinantur à Moyſe, Num. 28. a
Tempus ualde perforauit Iahel, Iudic. 5. d
Tempus uocauit aduerſum me dominus, ut contereret electos meos, Thr. 1. e
Tempus requirendi dominum, cum uenerit qui docebit uos iuſtitiam, Oſee 10. d
Tempora non ſunt abſcondita ab omnipotente, Iob 24. a
Tempus beneplaciti deus, ego uero orationem meam ad te domine, Pſal. 69. 13.
Tempus faciendi domine, diſſipauerunt legem tuam, Pſal. 119. 126.
Tempus habent omnia, & ſuis ſpacijs ſub cœlo tranſeunt uniuerſa, Eccl'es 3. a
Tempus naſcendi, moriendi, plantãdi, euellendi, occidendi, ſanandi, deſtruendi, ædificandi, flendi, ridendi, plangendi, ſaltandi, ſpargendi, & colligendi lapides, amplexandi, uitandi, acquirendi, perdendi, cuſtodiendi, abijciendi, ſcindendi, conſummendi, tacendi, loquendi, diligendi, odiendi, belli, & pacis, Eccl'es 3. a
Tempus uelut umbra præterit, Eccl'es 7. a
Tempora priora meliora putare quàm quæ nunc ſunt, ſtulta eſt opinio, Eccl'es 7. b
Tempus ad reſponſionẽ cor ſapientis intelliget, Eccl'es 8. a
Tempus cõſerua fili, & deuita à malo, Eccl'ci 4. c
Tempus mutabitur à mane uſq; ad ueſperam, & hæc omnia citata in oculis dei, Eccl'ci 18. d
Tempora immutauit dei ſapientia per motum ſolis & aſtrorum, & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam, Eccl'ci 33. a
Tempus feſtina & memento finis, ut enarrent mirabilia tua, Eccl'ci 36. a
Tempeſtatẽ uertit deus in tranquillum, Tob. 3. d
Temporis prioris finis ſequentis eſt initium, uelut cum plantam Eſau prioris tenet ſubſequens Iacob, 4. Eſd. 6. a
Tempora altiſſimi initia habent manifeſta, in prodigijs & uirtutibus, & conſummationes in actu & in ſignis, 4. Eſd. 9. a
Tempus impletum eſt, appropinquauit regnum dei, Marc. 1. b
Tempus hoc quomodo non probatis, Luc. 12. g
In templo inuenit Ieſus uendentes oues & boues, & columbas, & numularios ſedentes, Ioan. 2. c
Tempus meum nõdum aduenit, tempus ueſtrum ſemper eſt paratum, Ioan. 7. a
Tempus meum nondum impletum eſt, Ioã. 7. b
Tempus adhuc modicum uobiſcum ſum, & uado ad eum qui me miſit, Ioan. 7. e
Tempore tanto uobiſcum ſum, & non cognouiſti me Philippe? Ioan. 14. a
Tempora uel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate noſſe, non eſt ueſtrum, Act. 1. b
Tempora refrigerij cum uenerint à conſpectu domini, & miſerit eum qui prædicatus eſt uobis Ieſum Chriſtum, quem oportet quidem cœlum ſuſcipere, &c. Act. 3. d
Temporalia ſunt quæ uidentur, quæ autem non uidentur, ſunt æterna, 2. Cor. 4. d
Tempus ecce nunc acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, 2. Cor. 6. a
Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. 2. Cor. 6. a
Tẽporis plenitudine miſit deus ſpiritum filij ſui, in corda ueſtra, clamãtem, Abba pater, Gal. 4. a
Tempus habentes operemur bonum, ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei, Gal. 6. c
Tempus redimite, quoniam dies mali ſunt, Epheſ. 5. d
Tempus redimentes, ambulate in ſapientia ad eos qui foris ſunt, Coloſ. 4. a
De temporibus & momentis non indigetis ut ſcri

bam uobis, 1. Thes. 5. a
Tẽpora periculosa instabunt nouissimis diebus, quando erunt homines seipsos amantes, &c. 2. Tim. 3. a
Per tempus & tempora & dimidium temporis alitur mulier in deserto suo à facie serpentis, Apocalyp. 12. c. d
In tempestate & turbine uiæ domini, Naum 1. a
Tempestas egredietur ab interioribus, & ab arctu ro frigus, Iob 37. b
¶Thema rex è calice domini bibit, Ierem. 25. c

¶*Theman.*

In Theman nunquid non ultra est sapientia? Ieremiæ 49. b
In Theman non est uisa sapientia, Bar. 3. c
Theman immittam ignem, deuorabit ædes Bosræ, Amos 1. d
¶Tenach urbis rex occisus à Iosue, Ios. 20. d

¶*Tentatio.*

Tentatio mulieri ex aspectu, Gen. 3. a
Tentationis occasio usus delectabilium, Genesis 13. c
Tentat dominus Israel, si in lege ambulet, Exodi 16. a
Tentatio nomẽ loci, ubi aqua de petra educta est, Exod. 17. b
Tentatio dei cum dicitur, Est ne dominus in nobis an non? Exod. 17. b
Tentare dominum, est murmurare contra prophetas, Exod. 17. a
Tentare noli dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis, Deut. 6. c
Tentat Gedeon dominum de uellere dupliciter, Iudic. 6. g
Tentationi eripere pios dominus nouit, 2. Petri 2. b
Tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea, Psal. 95. 9.
Tentatus qui non est, quid scit? Eccli 34. a
Tentauit deus iustos, & inuenit eos dignos se, Sap. 3. a
Tentatio mortis etiam iustos tetigit, & commotio facta est in eremo multitudinis, sed non diu permansit ira domini, Sap. 18. c
Tẽtatio necessario te probauit, quia deo acceptus eras, Tob. 12. c
Tentare deum, iram dei prouocat, Iudith 8. b
Tentatus & probatus est Abraam, Isaac, Iacob, Moses, & omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles, Iudith 8. c
Tentator Christo accedens, dixit, Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, Matth. 4. a
Nõ tentabis dñm deum tuum, Deu. 6. c Mat. 4. a
Tentabatur Christus à satana, Marc. 1. b
Tentatus est à diabolo Iesus, in desertum ductus à spiritu, Matth. 4. a
Non tentabis dominum deum tuum, Luc. 4. b
Tentatione consummata diabolus recessit ab illo

usq; ad tempus, Luc. 4. b
In tentationibus meis uos mecum permansistis, Luc. 22. c
Tentabant pharisæi Iesum, ut possent accusare, Ioan. 8. a
Tentans legisperitus, dicebat: Magister, quid faciendo uitam æternam possidebo? Luc. 10. e
Tentatio uos non apprehendat nisi humana, 1. Corinth. 10. c
Tẽtari nõ patietur fidelis deus uos supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum ut possitis sustinere, 1. Cor. 10. c
Tentatus Christus passus, auxiliari potest similiter tentatos, Hebr. 2. d
Tentauerunt Iudæorum patres deum, probauerunt & uiderunt opera eius, Hebr. 3. b
Tentationes uarias incidentes, gaudium omne existimate fratres, Iaco. 1. a
Tentationem qui suffert, beatus est uir, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quę repromisit deus diligentibus se, Iaco. 1. b
Tentandus Christus non est, ut quidã tentarunt, & à serpentibus perierunt, 1. Cor. 10. b
Tentatus non dicat quoniam à deo tentatur, Iacobi 1. b
Tentat deus neminem, Iaco. 1. b
Intentator deus malorum est, Iaco. 1. b
Tentatur unusquisq; à concupiscentia sua, abstractus & illectus, Iaco. 1. b
Tentationis feruor non faciat uos peregrinari quasi noui uobis aliquid contingat, 1. Pet. 4. c
Tentatio uentura est in orbem uniuersum, Apocalyp. 3. b

¶*Tentorium.*

Tentoria primus inuenit Iabel, Gen. 4. d
Tentoria erigebant ad imperium domini, & ad illius imperium deponebant, Num. 9. d
Tentorium suum dissipauit, quasi ortum demolitus est tabernaculum suum, Thr. 2. b
Tentoria regalia Assueri, &c. Esth. 1. a

¶*Tenebræ.*

Tenebræ diuisæ à luce, Gen. 1. a
Tenebræ accipiunt nomen noctis, Gen. 1. a
Tenebræ super faciem abyssi, Gen. 1. a
Tenebrosus horror inuasit Abram, Gene. 15. c
Tenebrarum palpabilium pœna triduana, Exodi 10. f
Tenebræ positæ inter Israelem & Aegyptios, Iosue 24. b
Tenebras deus posuit latibulum suum, 2. Regum 22. b
Tenebras meas tu illuminabis, 2. Reg. 22. c
Tenebras ponentes lucem, & lucem tenebras, uæ uobis, Isa. 5. e
Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usq; in æternum, Isa. 32. c
Tenebras ponã corã eis in lucẽ, & praua in recta, hæc uerba feci eis & nõ dereliqui eos, Isa. 42. c

Tenebras per diem incurrent astuti, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, Iob 5.c
Ob tenebras imminentes non perij, nec faciem meam caligo operuit, Iob 23.d
Tenebris deus tempus posuit, Iob 28.a
Tenebras deus posuit latibulum suum, tenebrosa aqua in nubibus aëris, Psal. 18. 11.
Tenebras posuisti & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, Psal. 104. 20.
Tenebræ non obscurabuntur à te, sicut tenebræ eius ita & lumen eius, Psal. 139. 12.
Tenebræ quantæ erunt, si lux in te tenebræ fuerit? Matth. 6. c
In tenebris exterioribus erit fletus & stridor dentium, Matth. 8. b
In tenebris quod uobis dico, dicite in lumine, Matth. 10. c
Tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq; ad horam nonam à sexta, Luc. 23. f
In tenebris lux lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, Ioan. 1. a
Tenebras dilexerunt magis homines quàm lucem, erant enim mala opera eorum, Ioan. 3. b
Tenebræ factæ erant, & non uenerat Iesus ad discipulos, Ioan. 6. b
In tenebris ambulans nescit quò uadat, Ioannis 12. e
Tenebræ aliquando eratis nunc lux in domino, Ephes. 5. b
Tenebræ transierunt, & uerum lumen iam lucet, 1. Ioan. 2. a
In tenebris est, & in tenebris ambulat qui odit fratrem suum & nescit quò uadat, 1. Ioan. 2. b
Tenebræ persequentur inimicos dei, Naum 1. b
¶ Teipsum considera ne & tu tenteris, Gal. 6. a
¶ Theophilo Lucas scribit Euangelium, Luc. 1. a
¶ Theodotius legatus pacis ad Iudam Machabæum, 2. Mach. 14. c

¶ *Terra.*

Terra in principio inanis & uacua, Gen. 1. a
Terra germinare iubetur herbam uirentem, Genesis 1. b
Terra obedit creatori iubenti, Gen. 1. b
Terra profert herbam, semen, arborẽ & fructum, Gen. 1. b
Terra profert iumenta, reptilia, bestias, Gene. 1. c
Terræ uniuersæ dominus est homo, Gen. 1. d
Terræ irrigatio à domino ordinata, Gen. 2. a
Terra sine hominis opera germinabat, Gen. 2. a
Terra uescuntur diaboli sequaces, Gen. 3. c
Terram edere proprium serpentibus, Gen. 3. c
Terram ingredietur homo unde prolatus est, Genesis 3. d
Terra profert spinas & tribulos signa primi peccati, Gen. 3. d
Terra maledicta propter Adæ peccata, Gene. 3. d
Terra maledicta ubi sanguis humanus effunditur, Gen. 4. b
Terra operata ab homicidis nõ dat fructum, Genesis 4. b
Terra aperit os suum & suscipit sanguinem, Genesis 4. b
Terra corrupta & repleta iniquitate coram deo, Gene. 6. b
Terrena omnia in diluuio consumpta, Genesis 6. c
Terræ habitatores propter carnis corruptelã, corrumpendi prædicuntur, Gen. 6. c
Terræ dissipatio ultra non erit ex diluuio, Genesis 9. b
Terra tota disseminata à tribus filijs Noa, Genesis 9. c
Terram totam Abram conspicit & promissam accipit, Gen. 13. d
Terra non capit communiter habitantes diuites, Gen. 13. a
Terræ quatuor plagæ, Gen. 13. d
Terra tota semini Abraæ promittitur, Gen. 13. d
Terræ promissæ termini, Gen. 15. d
Terra promissa cum fœdere filijs Abraæ, Genesis 15. d
Terra Chanaan quarto promittitur, Gen. 15. d
Terra promissionis semini Abrahæ ex pacto debetur diuino, Gen. 17. a
Terra promittitur semini Isaac, Gen. 26. a
Terra Chanaan lata manibus offertur Iacobo, ab Hemor patre Sichem propter Dinam, Genesis 34. b
Terra sacerdotum non est uendita ob famem in Aegypto, Gen. 47. e
Terra sacerdotalis libera est, à quinta regibus præbenda in terra Aegypti, Gen. 47. f
Terram Chananæi, Hethæi, Amorrhæi, Pherezæi, Heuæi, Iebusæi, dabo populo meo, Exod. 3. c
Terra impios deuorat manum domino extendente, Exod. 15. c
Terram tuam non inhabitent gentes idololatræ, ne forte peccare te faciant in me, Exod. 23. g
Terræ tuæ terminos ponam à mari rubro usq; ad mare Palæsthinorũ, à deserto usq; ad fluuium, Exod. 23. g
Terræ Chanaan habitatores tradam in manus uestras, eijciam de conspectu uestro, Exod. 23. g
Terra promissa iubetur arripi à domino, Exodi 33. a
Terra quam intraturi estis euomet uos, si leges meas non custodieritis, Leuit. 20. d
Terram habitaturi facite præcepta mea, iudicia custodite, & eritis sine ullo pauore, & terra gignet fructus suos, Leuit. 25. c
Terra non uendetur in perpetuum, quia mea est, & uos aduenæ & coloni mei estis, Leu. 25. d
Terra possessionis uestræ sub redemptionis conditione uendetur, Leuit 25. d
Terrę Israel dominus recordatur, cum sabbata sua compleuerit, Leuit. 26. g

Terræ Iſrael detrahunt exploratores, dicentes, Deuorat habitatores ſuos, Num.13.g
Terra Chanaan laudatur, quia ualde bona eſt, ſi propitius fuerit dominus, inducet nos ad illã, & tradet humum lacte & melle manantẽ, Numeri 14. b
Terræ Chanaan populum ne timeatis, rebelles contra dominum eſſe nolite, quia ſicut panem ita eos deuorare poſſumus, receſſit ab eis omne præſidium, &c. Num.14. b
Terra dirupta ſub pedibus Chore & complicum, & os ſuum aperiens deuorauit cunctos impios, Num.16. d
A terra deglutiri Iſrael omnis timens fugiebat, Num.16. e
Terra diuidetur familijs Iſraeliticis, pluribus maior, paucioribus minor portio, Num.26.f
Terram ſors diuidat, tribubus & familijs, Ibidẽ.
Terræ poſſeſſio his finibus terminabit, Nu. 34.a
Terræ promiſſæ meridiana pars erit à ſolitudine Sin iuxta Edom, contra orientem ad mare ſalſum, à mari ſalſo per aſcenſum ſcorpionis per Senna ad Cadesbarne, & Adar uſq; ad Aſemona, & deinde ad riuum Aegypti uſq; ad mare magnum, Num.34.a
Terram latiorem pluribus dabitis paucioribus anguſtiorem, Num.33. g
Terra hæc erit quam ſorte poſſidebitis pro nouẽ tribubus & dimidiæ, Num.34.c
Terra maculata ſanguine inſontium expiari non poteſt, niſi ſanguine eius, qui alterius ſanguinẽ fuderit, Num.35.d
In terra maculata ſanguine commorari uobiſcum non poſſum, Num 35. d
Terræ promiſſæ deſcriptio, meridiei humiliora loca, littus maris, Libanus, Chananæorũ loca uſq; ad Euphraten magnum, Deut.1.b
Terræ promiſſæ ubertas oſtenſa populo per exploratores ex fructibus, Deut.1.d
Terra bona eſt quam dominus deus daturus eſt nobis, Deut.1. d
Terra trans Iordanem capta ab Iſrael, à torrente Arnon uſq; ad montem Hermon, Deut.3.b
Terra Chanaan terra bona, riuorum, aquarum, fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi, terra frumenti, hordei, uineæ, ficus, malagranata, oliueta naſcuntur, terra olei & mellis, &c. Deut.8.b.c
Terra apto ore ſuo abſorbuit Dathan & Abiron cum domibus & tabernaculis, & ſubſtantia omni, Deut.11. a
Terra Iſrael montuoſa eſt, & cãpeſtris de cœlo expectans pluuias, quam dominus deus ſemp inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni uſq; ad finem eius, Deut.11. b
Terram Iſrael tibi et filijs tuis iurauit dominus patribus tuis, ut daret eis quandiu cœlum immineret terræ, Deut.11.c
Terræ ubertas rerũ omnium largitas promittitur obſeruatoribus mandatorum dei, Deut.30.b
Terram cunctam dabit quam promiſit, ſi tamẽ cuſtodieris mandata dei, & feceris quæ prçcipio, ut diligas eum, Deut.19.c
Terra audiat uerba oris mei, Deut.32. a
Terræ Iſraeliticæ quãta mala ſuperuẽtura ob idolatriam ipſorum, & legis dei & fœderis prævaricationem, Deut.29. c
Terra Iſrael ſulphure, ſalis ardore inutilis reddetur ad ubertatem, Deut.29. d
Terra Iſrael erit in exemplum Sodomæ, & Gomorrhæ & ſociarum, ob furorẽ domini & peccata eius, Deut.29. d
Terræ populi ſui propitius erit dñs, Deut.32. f
Terra oſtenſa Moſi, Galaad uſq; Dan, Nephthali & Ephraim, & Manaſſe, & Iuda, uſq; ad mare nouiſſimum, Auſtralis plaga campi Iericho, uſq; Segor, Deut.34.a
Terra ꝓmiſſionis à deſerto & Libano, ad fluuium Euphraten, uſq; ad mare magnum, Ioſ.1. a
Terram Chanaan diuiſerunt filijs Iſrael Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, Ioſ.14.a
Terra diſtribuenda ſeptem tribubus ordinatur iuxta numerum multitudinis cuiuſq;, Ioſ.18.a
Terra diuiſa in ſeptẽ partes pro ſeptem tribubus, Ioſ.18.b
Terra quieuit 40. annis ſub iudice Othoniele, Iudicum 3. b
Terra Iſrael quieuit 80. annis, Iudic.3.d
Terra mota eſt & nubes diſtillauerunt aquis, Iudicum 5.a
Terra Iſrael quieuit per quadraginta annos, Iudicum 5. d. 8. f
Terra commouetur, contremiſcit, concuſſis fundamentis montium, dño iraſcente, 2.Reg.22. a
Terra omnis commoueatur à facie dei, quam immobilem fundauit, 1.Par.16.c
Terra omnis domino cantatura & annunciatura ſalutare dei quotidie, 1.Par.16. c
Terra Iſrael quæ gentium fuit, ſubiecta eſt coram domino, & coram populo eius tempore Salomonis & Dauidis, 1.Par.22. d
Terræ bonæ poſſeſſio diuturna, & ꝓ filijs ꝓmittit ſi mandata dei cuſtodiat Iſrael, 1.Par.28. b
Terra celebrat ſabbata ſua, capta urbe Ieruſalem, & templo demolito, iuxta Ieremiæ uaticinium, 2.Par.36. d
Terra auribus percipit, quod dominus locutus eſt, Iſa.1.a
Terra Iudææ deſerta eſt, ciuitates ueſtræ ſuccenſæ ſunt igni, regionem ueſtram coram uobis alieni deuorabunt, & deſolabitur ſicut in uaſtitate hoſtili, Iſa.1. b
Terram aſpiciemus, & ecce tenebræ tribulatiõis, et lux obtenebrata eſt in caligine eius, Iſa.5. g
Terræ omnes confortamini et uincimini, Iſa. 8.b
Terra cõturbata eſt in ira dñi exercituum, Iſa.9.d

Terræ cymbalo alarũ trans flumina Aethiopiæ, uæ dicitur, Isa.18.a

Terram dominus dissipabit, nudabit, affliget, dispergetq; habitatores eius, Isa.24. a

Terram uorabit maledictio, quia legem, ius & fœdera non seruarunt habitatores, Isa.24.a

Terræ habitatores peccant, ideo cultores eius insanient, & relinquentur homines pauci, Isa.24.a

Terra dissipatione dissipabitur, direptione deprædabitur, Isa.24.a

Terra luxit & defluxit, infirmata est, Isa.24. a

Terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, Isa.24.a

Terræ habitator, super te erit formido, fouea, & laqueus, Isa.24.c

Terra confractione confringetur, contritione conteretur, commotione commouebitur, agitatione agitabitur, sicut ebrius, Isa.24. d

Terra auferet quasi tabernaculum unius noctis, grauabit eam sua iniquitas, corruet & non adijciet ut resurgat, Isa.24. d

Terræ habitatorum iniquitatẽ uisitabit dominus, egrediens de loco suo, Isa.26. d

Terra reuelabit sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos, Isa.26. d

Terra tribulationis & angustiæ, leena & leo, ex eis uipera & regulus uolans, Isa.30.b

Terra luxit & elanguit, confusus est Libanus, & obsurduit, &c. Isa.33.b

Terræ habitatores breuiata manu contremuerunt & cõfusi sunt, facti ut fœnum agri, &c. Isa.37.e

Terræ fundamenta nunquid non intellexistis? audietis, scietis, annunciatum est uobis, Isa. 40.e

Terram formauit deus, ipse plastes eius, non inuacuum creauit eam, ut habitetur formauit eam, Isa.45. c

Terra sicut uestimentum atteretur, & habitatores eius interibunt, Isa.51.b

Terra nunquid parturiet die una, aut gens pariet simul, quia parturiuit et peperit Sion filios suos, Isa.66.c

Terræ cardines domini sunt, & posuit super eos orbem, 1.Reg.2.b

Terram tuam hostis ponet in solitudinem, ciuitates tuæ uastabuntur, remanentes absq; habitatore, Ierem.4. b

Terra omnis uastata est, repente uastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ, Ierem.4.e

Terram aspexi, & ecce uacua erat & nihili, Ier.4.f

Terra omnis deserta est, non tamen consummationem faciam, Ierem.4. f

Terra lugebit, & mœrebunt cœli desup, eo quod locutus sum, Ierem.4. f

Terra audi, mala ego adducam super populum istum, fructum cogitationum eius, quia uerba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt, Ieremiæ 6.e

Terra usquequo lugebit, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea, Ierem.12.a

Terra terra terra, audi sermonẽ domini, Iere.22.g

Terra luxit à facie maledictionis, arefacta sunt arua deserti, Ierem.23. b

Terra ad quam ingredimini terra immunda est, iuxta populorum immundiciam, qua impleta est usq; ad os, Esd.9. c

Terra cum peccauerit ut prænaricans prænaricetur, extendam manum meam super eam, & conteram uirgam panis, immittam in eam famem, interficiam de ea hominem & iumentum, Ezechielis 14.e

Terra uastanda à bestijs pessimis, propter peccata, non liberabitur per iustitiam sanctissimorũ hominum in ea, ipsi soli liberabuntur, nec filij eorũ nec filiæ, Ezech.14. e

Terra si in ea gladio percussus fuerit homo, & iumentum propter peccata, sancti in ea non liberabunt filios & filias, sed ipsi soli liberabuntur, Ezech.14.f

Terra si pestilentia infecta fuerit, & super eam effudero indignationem meam, in sanguine propter peccata sancti, quiq; in ea nec filium liberabunt, nec filiam, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, Ezech.14. f

Terram prouideram Israeli fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras, Ezec.20.a

Terra Israel fluens lacte & melle præcipua omnium terrarum, Ezech.20. c

Terram non possidebitis, qui cum sanguine comeditis, oculos leuatis ad immundicias, sanguinem funditis, Ezech.33.e

Terram non possidebitis, qui steristis in gladijs uestris, abominationes fecistis, adulteri estis, Ezechielis 33.f

Terra Israel diuidetur in quatuor partes, prima deputatur sacerdotibus et templo, secunda Leuitis, tertia ciuitati, quarta principi, Ezech. 45. a. b. c

Terræ promissionis diuisio & termini, Eze.47.c

Terra peccãtium corrues hodie, corruetq; propheta tecum, Osee 4. b

Terra dominum benedicit, Dan.3.f

Terra lugebit propter crimina inhabitantium eã, Osee 4. a

Terra noli timere, exulta & lætare, quoniam magnificauit dominus ut faceret, Ioel.2.e

Terræmotum præcessit prophetia Amos duobus annis, Amos 1.a

Terram conculcabis in fremitu, in furore obstupefacies gentes, Abac.3. c

Terra replebitur ut cognoscant gloriam domini, quasi aquæ operientes mare, Abac.2.c

Terra erit in desolationẽ, ppter habitatores suos, et ppter fructum cogitationum eorũ, Mich.7.c

Terra contremuit à facie dei, orbis & omnes habitantes in eo, Naum 1. b

Terra oīs deuorabitur in igne zeli eius, Soph.1.d
Terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum, uocaui ſiccitatem ſuper terram & ſup montes, triticum, uinum, oleum, ſuper quæcunq; profert humus, ſuper homines, iumenta & laborem hominum, Agg.1.c
Terræ totius partes duæ diſpergentur et deficient, tertia pars relinquetur in ea, Zach.13.d
Terræ partem tertiam ducam per ignē, uram eos ſicut uritur argentum, probabo eos ſicut probatur aurum, Zach.13.d
Terra omnis reuertetur uſq; ad deſertum, de colle Remmon ad Auſtrum Ieruſalē, &c̄. Zach.14.b
Terræ fundamenta appendebat deus per ſapientiam, Prou.8.d
Terrā qui operatur ſatiabitur panibus, Prou.12.b
Terram qui operatur ſatiabitur panibus, q autem ſectatur otium replebitur egeſtate, Prou.28.c
Terræ omnes terminos quis ſuſcitauit? Pro.30.a
Terra per tria mouetur, & quartum non poteſt ſuſtinere, ſeruum cum regnauerit, p ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo, per odioſam mulierem aſſumptam in matrimonium, & per ancillā cum fuerit hæres dominæ ſuæ, Prou.30.c
Terræ minima quatuor, & ipſa ſapientiora ſapientibus, formicæ populus infirmus, lepuſculus plebs inualida, locuſta, & ſtellio, &c̄. Prou.30.d
Terrenum fundamentum habentes, de mane uſq; ad ueſperam ſuccidentur, Iob 4.d
Terra data eſt in manibus impij, &c̄. Iob 9.c
Terram commouet dominus de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur, Iob 9.a
Terra miſeriæ & tenebraꝝ, ubi eſt umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternꝰ horror, Iob 10.d
Terræ loquere, & tibi reſpondebit, Iob 12.b
Terra ne operias ſanguinē meum, neq; inueniat in te locum latendi clamor meus, Iob 16.d
Terram nunquid propter te derelinquetur, & rupes transferetur de loco ſuo? Iob 18.a
Terram impij poſſident fortitudine brachij, & potentes eam obtinent, Iob 22.b
Terra domini eſt & plenitudo eius, orbis et qui habitant in eo, Pſal.24.1.
Terram appendit deus ſuper nihilum, Iob 26.b
Terra clamat aduerſum iniquos agricolas, & deflent ſulci eius, ſi fructus eius comedantur abſq; pecunia, & ſi aīa agricolaꝝ affligatur, Iob 31.d
Terræ fundamenta cum ponerem, ubi eras? indica mihi ſi habes intelligentiam, Iob 38.a
Terræ menſuras quis poſuit? uel quis tetendit ſuper eam lineam? Iob 38.a
Terræ baſes ſuper quo ſolidatæ ſunt? aut quis dimiſit lapidem angularem eius? Iob 38.a
Terræ latitudines nunquid conſideraſti? Iob 38.b
Terra commota eſt, & contremuit ab ira domini, Pſal.18.7.
Terræ extrema concutiens tenuiſti, excuſſiſti impios ex ea, Iob 38.b

In terram omnem exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, Pſal.19.4.
Terræ uniuerſæ fines conuertentur ad dominum, & reminiſcentur, Pſal.22.27.
Terra plena eſt miſericordia domini, Pſal.33.5.
Terra omnis timeat dominum, omnes orbem inhabitantes ab eo commoueantur, Pſal.33.8.
Terram hæreditabunt benedicentes dominum, maledicentes ei diſperibunt, Pſal.37.22.
Terra dum turbabitur, & montes transferentur in cor maris, non timebimus, Pſal.46.2.
Terram commouiſti & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt, Pſal.60.2.
Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo, Pſal.65.4.
Terræ omnes terminos tu feciſti, Pſal.74.17.
Terra liquefacta eſt & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius, Pſal.75.3.
Terram tuam domine benedixiſti, auertiſti captiuitatem Iacob, Pſal.85.1.
Terræ orbem firmauit dominus, qui non commouebitur, Pſal.93.1.
Terra exultet domino regnante, lætentur inſulæ multæ, Pſal.97.1.
Terra omnis iubilate deo, cantate, exultate, pſallite, Pſal.98.5.
Terra omnis deo iubilate, Pſal.100.1.
Terram tu domine in initio fundaſti, opera manuum tuarum ſunt cœli, Pſal.102.25.
Terram fundaſti ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi, Pſal.104.5.
Terram uiſitaſti & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam, Pſal.65.9.
Terra ſatiabitur de fructu operum tuorum, Pſalmo 104.13.
Terram dominus reſpicit, & facit eam tremere, tangit montes & fumigant, Pſal.104.32.
Terram deſiderabilē pro nihilo habuerunt, Pſalmo 106.24.
Terra aperta deglutiuit Dathan, operuit ſup congregationem Abiron, Pſal.106.17.
Terra infecta eſt ſanguinibus, contaminata eſt in operibus eorum, & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis, Pſal.106.39.
Terram fructiferam poſuit in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea, Pſal.107.34.
Terra mota eſt à facie domini, à facie dei Iacob, Pſal.114.7.
Terra plena eſt miſericordia tua domine, &c̄. Pſal.119.64.
Terræ uæ, cuius rex puer, & principes mane comedunt, Eccl'es 10.d
Terra beata cuius rex nobilis, & principes ueſcuntur in ſuo tempore, ad reficiendum non ad luxuriam, Eccl'es 10.d
Terræ poteſtas in manu dei, Eccl'ci 10.a
Terras gētium euertit dominus, perdidit eas uſq; ad fundamentum, Eccl'ci 10.c

Terrarum populos arefecit deus, ex ipſis diſperdi dit eos, & ceſſare fecit memoriam humilium ſen ſu, Eccl'ci 10.c

Terra mater et ſepultura omnium hominum, Ec cleſiaſtici 39. d

De terra quæ ſunt omnia conuertentur in terram, Eccl'ci 40.b

De terra quæ ſunt, omnia in terram conuertentur, ſic impij à maledicto in perditionē, Eccl'ci 41.b

Terra deo oīm charior Chananaica, Sap.12.a

Terra apparuit arida, ex aqua quæ ante erat, & in mari rubro uia ſine impedimēto, &c̄. Sap.19.b

Terras pingues Chananæorum diuiſi uobis, 4. Eſd.1.c

Terræ immittā mala, gladium, famem, mortem, & interitum, eo quod polluit iniquitas omnem terram, 4.Eſd.15.a

Terram ſuſpendit ſuper aquas uerbo ſuo domi nus, 4.Eſd.16.c

Terra mota Chriſto crucifixo, Matth.27.f

Terræmotus factus eſt magnus, Matth.28.a

Terra ultro fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, Marc.4.c

Per terram non iurandum, quia ſcabellum pedum dei, Matth.5.f

Terrena ſi dixi uobis, & non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis? Ioan.3.b

De terra qui eſt, de terra eſt, & de terra loquitur, Ioan.3.d

Terreni imaginem ſicut portauimus, portemus & imaginem cœleſtis, 1.Cor.15.f

Terram in principio fundaſti, Hebr.1.d

Terra proferens ſpinas & tribulos reprobra eſt, & maledicto proxima, cuius cōſummatio in com buſtionem, Hebr.6.b

Terra benedictionem à deo accipit, quæ ſæpe ue nientem ſuper ſe imbrem bibit, & herbam ger minat oportunam illis à quibus colitur, He bræorum 6.b

Terræmotus factus cum Paulus & Silas in carce re eſſent, ut oſtia & uincula aperirētur, Act.16.e

Terra & quæ in ipſa ſunt opera exurentur in die domini, 2.Pet.3.b

Terræ pernicies pro tertia parte, Apoc.8.b

Terræmotus magnus factus & ſol niger, luna ut ſanguis, ſtellæ delapſæ ad ſigillum ſextum, A pocalyp.6.d

Terræ pars tertia combuſta eſt & arborum & om ne fœnum, Apoc.8.b

Terræmotus magnus factus eſt illa hora, Apo calyp.11.c

¶*Terror.*

Terror hominum ſequitur homicidium, Ge.4.c

Terrentur animalia cuncta ab homine, Gen.9.a

Terribilis locus Bethel & porta cœli, Gene.28.d

Terret dominus ciuitates, ne Iacobum perſequan tur, Gen.35.a

Terror dei in uobis ſit ut non peccetis, Exod.20.c

Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & ci cidam populum omnem, ad quem ingredieris, Exod.23.f

Terribilis deus eſt, pariter & laudabilis, faciens mi rabilia, Exod.15.b

Terrorem miſi repente ſuper ciuitates, Iere.15.b

Terribilis tu es, quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua, Pſal.76.7.

Terreamini in nullo ab aduerſarijs, Philip.1.d

Terrenum fundamentum habentes, ſi quid reli quum illis fuerit auferetur ab eis, morientur, & non in ſapientia, Iob 4.d

¶*Terebinthus.*

Sicut terebinthus in oſtenſionem erit, & ſicut quer cus quæ expandit ramos ſuos, &c̄. Iſa.6.d

Terebintho proxime idolo & inaures infodiun tur, Gen.35.a

Terebinthi in uallem Saul uenit, & filij Iſrael con tra Palæſtinos, 1.Reg.17.a

¶Tergum uerterunt Iudæi domino deo, non fa ciem, Ierem.2.f

¶Ter me negaturus es hodie, in nocte hac priuſ quam gallus uocem bis dederit, Marc.14.c

¶*Terminus.*

Terminos proximi tui non transferes in poſſeſſio ne terræ tibi traditæ, Deut.19.c

Terminos transferens proximi ſui maledictus, Deut.27.c

Terminos pone citra montem et ſanctifica illum, Exod.19.d

Terminos impij tranſtulerunt, Iob 24.a

¶Terphalæi gens Samariæ, Eſd.4.b

¶*Therſa.*

Therſa filia Salphaad, Num.26.d

Thersa urbis rex occiſus à Ioſue, Ioſ.12.d

Therſa locus, ubi Abia filius Ieroboam mortuus eſt, 3.Reg.14.e

Therſa ſedes Baaſa regis Iſrael, 3.Reg.15.e.g

¶*Theſaurus.*

Theſauros dedit uobis deus ueſter in ſaccos ue ſtros, nam pecuniam quam dediſtis probatam habeo, Gen.43.d

Theſauri Ezechiæ aromata, aurum, argentum, pi gmenta, unguenta, uaſa, 4.Reg.20.c

Theſaurus ſanctorum, quæ ſanctificauit Dauid & principes exercitus de ſpolijs, in templi ſupel lectilem & inſtaurationem, 1.Par.26.d

Theſauros regis & principum, templi quoq; tran ſtulit in Babylonem Chaldæus, 2.Par.36.d

Theſauri impietatis nihil proderunt, Prou.10.a

Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti, & im,pius homo diſſipabit illud, Pro.21.c

Theſaurorū cuſtodes recenſentur Hieroſolymis, Neem.12.d

Theſaurizat homo, & ignorat cui congregabit ea, Pſal.39.6.

Theſaurum tuum pone in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum, Eccl'ci 29.b

Thesauris apertis Magi obtulerunt Christo, aurũ, thus & myrrham, Matth.2.b

Thesaurus tuus ubi est, ibi est & cor tuum, Matthæi 6.c

Thesauros nolite thesaurizare in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur, Matth.6.c

Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi nec erugo neq; tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, Matth.6.c

Thesauro abscondito in agro cõparatur regnum cœlorum, Matth.13.g

Thesaurizans sibi, & non est in deum diues, is nõ diu potietur diuitijs suis, sed dãnatio illum manet, Luc.12.c

Thesaurum facite uobis non deficientem in cœlis, quò fur nõ appropiat neq; tinea corrumpit, Luc.12.e

Thesaurus uester ubi est, ibi & cor uestrum erit, Luc.12.e

Thesaurum habemus istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei, & non ex nobis, 2. Corinth.4.b

Dei thesaurus cõtinet uindictas impiorum, Deuteronom.32.e

Thesauri omnes sapientiæ & scientiæ absconditi sunt in Christo, Colos.2.a

¶*Thessalonica.*

Thessalonicam miserunt semel & bis dona ipsi Philippenses, Philip.4.c

Thessalonicenses forma facti sunt omnibus credentibus, in Macedonia & Achaia, 1.Thes.1.c

Thessalonicenses multa passi sunt à contribulibus suis, sicut & in Iudæa fideles, 1.Thes.2.c

Thessalonicensibus absens Paulus ad horã, aspectu non corde, abundantius festinauit multo desiderio uidere eos, 1.Thes.2.d

Thessalonicenses uos estis nostra spes, gaudium & corona gloriæ ante dominum in aduentu eius, 1.Thes.2.d

Thessalonicã uenit Paulus ab Apollonia, Actorum 17.a

Thessalonicæ erat synagoga Iudæorũ, Act.17.a

Thessalonicæ crediderunt Iudæi docti legem, & non pauci uiri gentiles, & honestæ mulieres, Act.17.c

Thessalonicensibus secundo scribit Paulus ab Athenis, per Titum diaconum, & Onesimum Acolytum.

Thessalonicensibus primo scribit Paulus ab Athenis per Tychicum diaconum & Onesimum Acolytum.

¶*Testis.*

Testificati sumus unumquemq; uestrum, ut pater filios, deprecantes & consolantes, ut ambularetis digne deo, 1.Thes.2.b

Testor coram deo & Christo Iesu, & electis angelis, ut hæc custodias sine præiudicio, 1.Tim.5.d

Testium prima manus interficiet occidendum, & manus populi subsequetur, Deut.17.b

Testium trium uel duorum ore peribit qui interficitur, Deut.17.b

Testis unus non stabit contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, Deut.19.d

Testium duorum uel trium in ore stabit omne uerbum, Deut.19.d

Testis mendax contra hominem, si legitime comprobabitur ante dominum in conspectu sacerdotum & iudicum, reddetur ei sicut fratri suo facere cogitauit, ut cæteri caueant à simili, Ibidẽ.

Testis mendacis nõ misereberis, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentẽ pro dente, manum pro manu, &cẽ. exiges, Deut.19.d

Testem inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & mortem, benedictionem & maledictionem, Deut.30.d

Testes falsi filij diaboli contra Naboth subornantur, 3.Reg.21.d

Testes examinandos Daniel separatim inquirit, et conuincit mendacij, Dan.13.f

Testes tuos deus instauras contra me, iram tuam multiplicas aduersum me, & pœnæ militant in me, Iob 10.c

Testem fallacem odit dominus, Prou.6.c

Testis meus ecce in cœlo est, & conscius meus in excelsis, Iob 16.d

Testis repentinus concinnat linguam mendacij, Prou.12.c

Testis fidelis non mentietur, profert autem mendacium dolosus testis, Prou.14.a

Testis fidelis animas liberat, Prou.14.c

Testis falsus non erit impunitus, Prou.19.a.b

Testis iniquus deridet iudicium, Prou.19.d

Testis mendax peribit, Prou.21.d

Testis ne fis frustra contra proximum tuum, Proverb.24.d

Testes duo falsi contra Christum, quia dixisset: Possum destruere templum dei, & post triduum illud reædificare, Matth.26.f

Testis mihi est deus, cui seruio in spiritu meo, Rom.1.b

Testes falsi inueniuntur apostoli si Christus non resurrexit, 1.Cor.15.b

Testem deum inuoco in animam meam, 2.Corinth.1.d

Testem inuocat deum Paulus, Philip.1.b

Testis passionum Christi erit, etiam eius quæ in futuro reuelanda est gloriç communicatoris testis, 1.Pet.5.a

Testis fidelis Iesus Christus, Apoc.1.b

Testes mihi eritis in Ierusalem & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad ultimum terræ, Act.1.b

Testem resurrectionis Christi oportet fieri, unum ex his uiris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, Act.1.d

Teſtes nos ſumus horum uerborum, & ſpiritꝰ ſanctus quem dedit deus omnibus obedientibus ſibi, Act. 5.f
Teſtes depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui uocabatur Saulus, Act. 7.g
Teſtes nos ſumus omnium quæ Ieſus fecit in regione Iudæorum & Ieruſalem, Act. 10.f
Teſtibus meis duobus dabo ut prophetẽt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis, Ap. 11.a
Teſtes duo poterunt percutere plaga terram quoties uoluerint, Apo. 11.b
Teſtibus finito teſtimonio bellum beſtia inferet, uincet, occidet, Apo. 11.b
Teſtes dei duos lædere uolens occidetur, Apocal. 11.b
Teſtium corpora iacebunt in plateis magnæ ciuitatis quæ uocatur Sodoma & Aegyptus, ubi dominus eorum crucifixus eſt, Apo. 11.b
Teſtes duo occiſi uitæ ſpiritu reſuſcitãtur poſt tres dies, & timor magnus cecidit ſuper homicidas, Apo. 11.c
Teſtes iubẽtur cœlitus aſcendere in cœlum in nube uidentibus inimicis, Apo. 11.c
Teſtis ſit lapis mutuum fœderatorum, Gen. 31.g

¶ *Teſtimonium.*

Teſtimonium ſtatuitur pro puteo Abrahæ, Gene. 21. d
Teſtimonium falſum non dicas pro impio, manum tuam illi iungendo, Exo. 23.a
Teſtimonio unius nullus condemnabitur, Numeri 35.d
Teſtimonium falſum contra proximum tuum ne loqueris, Deut. 5.b
Teſtimonium uno dicente ſolo nemo occidatur, Deut. 17.b
Teſtimonium liga, legẽ ſigna in diſcipulis meis, Iſa. 8.c
Teſtimonium noſtrum quod dominꝰ ipſe ſit deus, nomen eſt altaris extructi à Rubenitis, Ioſue 22. g
Teſtimonium falſum homo loquens contra proximum, iaculum eſt & gladius ac ſagitta acuta, Pro. 25.c
Teſtimonium ſuſcitauit in Iacob, legem poſuit in Iſrael, Pſa. 78. 5.
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, Pſalmo. 93. 5.
Teſtimonia tua meditatio mea eſt, Pſa. 119. 24.
Teſtimonia tua in æternum fundaſti, Pſa. 119. 152.
Teſtimonium falſum quęrebãt contra Chriſtum, ut morti eum traderent, & non inuenerunt, Matthæi 26.f
Ne teſtimonium falſum dixeris, Mar. 10.c
Teſtimonium falſum multi dicebant, conuenientia autem non erant, Mar. 14.f
Teſtimonium de lumine ut perhiberet Ioañes uenit, Ioan. 1.a
Teſtimonium perhibuit Ioannes de lumine, ut omnes crederent per illum, Ioan. 1.a
Teſtimonium Ioannis hoc eſt, Quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Ioan. 1.c
Teſtimonium ipſi uos mihi perhibetis, quod dixerim, Nõ ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum, Ioan. 3.d
Teſtimonium eius qui accepit, ſignauit quia deus uerax eſt, Ioan. 3.d
Teſtimonium ſi phibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt uerum, Ioan. 5. e
Teſtimonium alius phibet de me, & ſcio quia uerum eſt teſtimonium eius, &c. Ioan. 5.f
Teſtimonium meum ſunt opera, quæ dedit mihi pater, ut ea perficiam, Ioan. 5.f
Teſtimonium perhibent de me opera, quia pater miſit me, Ioan. 5. f
Teſtimonium perhibuit Ioañes ueritati, ad quem miſiſtis, Ioan. 5.f
Teſtimonium ego nõ ab homine accipio, ſed hęc dico, ut uos ſalui ſitis, Ioan. 5.f
Teſtimonium perhibent de me ſcripturæ, Ioannis 5.g
Teſtimonium ſi ego perhibeo de meipſo, uerum eſt teſtimonium meum, Ioan. 8. b
Teſtimonium tu perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt uerum, Ioan. 8.b
Teſtimonium duorum hominum uerum eſt iuxta legem, Ioan. 8.b
Teſtimonium ego perhibeo de meipſo, et teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater, Ioannis 8.b
Teſtimonium turba perhibebat de Lazaro reſuſcitato à mortuis, Ioan. 12.c
Teſtimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum eſtis, Ioan. 15.d
Teſtimonium perhibe de malo ſi male loquutus ſum, ſi autem bene, quid me cædis? Ioan. 18. c
Vt teſtimonium perhibeam ueritati ueni in hunc mundum, Ioan. 18.g
Teſtimonium perhibuit qui uidit, & uerum eſt teſtimonium eius, Ioan. 19. f
Teſtimonium phibet diſcipulus ille de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia uerum eſt teſtimonium eius, Ioan. 21.d
Teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti reddebant apoſtoli magna uirtute, Act. 4.g
Teſtimonij boni uiros ſeptem cõſyderate, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus miniſtrandi menſis, Act. 6.a
Teſtimonium falſum non dices ſi proximum diligis, Rom. 13.c
Teſtimonium Chriſti confirmatur in eccleſia per uerbum & ſcientiam, 1. Cor. 1.a
Teſtimonium Chriſti Paulus annuncians uenit, non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, 1. Cor. 2. a
Teſtimonium charitatis & obſeruantiæ Galatis

dat Paulus, Gala.4.b

Teſtimonium noſtrum creditum eſt ſuper uos in die illo, 2.Theſſ.1.c

Teſtimonium Chriſti temporibus ſuis confirmatum eſt, in quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus, doctor gentium in fide & ueritate, 1. Tim.2.b

Teſtimonium tres dant in cœlo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus, et hi tres unum ſunt, 1.Ioan.5.b

Teſtimonium tres dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt, 1. Ioan.5.b

Teſtimõium hominum ſi accipim⁹, teſtimonium dei maius eſt, quoniam hoc teſtimonium dei eſt quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo, 1.Ioan.5.b

Teſtimonium dei in ſe habet qui credit in filium dei, 1. Ioan.5.c

Teſtimonium quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo hoc eſt, Quoniam uitam æternam dedit nobis deus, 1.Ioan.5.c

Teſtimonium Demetrio perhibemus, & teſtimonium noſtrum uerum eſt, 3. Ioan.d

Teſtimonium Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ, Apocal.19.b

Teſtimonium falſum non loquaris contra proximum tuum, Exo. 20.c

¶ *Teſtamentum.*

Teſtamenti ueteris promiſſio, Gen.12.b

Teſtamẽtum dei cum hominibus ſanctis, Ge.17.a

Teſtamentum alterum ſtatuam ſempiternum, ut ſim illis in deum, et ipſi erunt mihi in populum, &c. Bar.2.g

Teſtamentum eius contaminauerunt, diuiſi ſunt ab ira uultus eius, Pſa. 55. 20.

Teſtamentum diſpoſui electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, Pſa.89.3.

Teſtamentum meum non prophanabo, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita, Pſa. 89.34.

Teſtamẽtum ſerui tui auertiſti, prophanaſti in terra ſanctuarium eius, Pſa.89.39.

Teſtamenti ſui memor fuit in ſæculum, uerbi qd' mandauit in mille generationes, Pſa.105.8.

Teſtamenti ſui memor erit in ſæculum, Pſa.111.5.

Teſtamentum ſuum mandauit in æternum, Pſal. 111. 9.

In teſtamento tuo ſta, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuor⁹ ueteraſce, Eccl'ci 11.c

Teſtamentum huius mundi morte morietur, Eccleſiaſtici 14.b

Teſtamentum dei à quibuſdam longe eſt, & interrogatio omnium in cõſumãtione eſt, Eccl'ci 16.c

Teſtamentum æternum conſtituit cum hominibus, iuſtitiã & iudicia ſua oſtẽdit illis, Eccl'ci 17.b

Teſtamenta dei non ſunt abſconſa propter iniquitatem Iſraelis, omnes iniquitates eor⁹ in conſpectu dei, Eccl'ci 17.c

Teſtamẽtum altiſſimi memorare, & deſpice ignorantiam proximi, Eccl'ci 28. a

Teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud Noẽ, ne deleri poſſit diluuio omnis terra, Eccl'ci 44. c

In teſtamento fuit deus cum Abraham, quod ſtare fecit in carne eius, &c. Eccl'ci. 44. d

Teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput Iacob, Eccl'ci 44.d

Teſtamenti filij & prophetar⁹ uos eſtis, quod diſpoſuit deus ad patres noſtros, dicẽs ad Abrahã, Et in ſemine tuo, &c. Act.3.d

Teſtamentum hoc illis cum abſtulero peccata eorum, Rom.11.d

Teſtamenti noui nos fecit idoneos miniſtros, non literæ ſed ſpiritus, 2. Cor.3.b

Teſtamenti ueteris lectio apud Iudæos uelamen habet uſq; in præſens, 2. Cor.3.d

Teſtamentum hominis confirmatum nemo ſpernit aut ſuperordinat, Gal.3.c

Duo teſtamenta ſignificantur per duos filios Abrahæ, unum in monte Sina, aliud in monte Sion, Gal.4.c

Teſtamenta duo, unum in monte Sina in ſeruitutem generans Agar, aliud in Ieruſalem, quæ libera eſt, Gal. 4.d

Teſtamentorum hoſpites gentes erant, & ſine ſpe promiſſionis, & longe erant, facti ſunt prope in ſanguine Chriſti, Eph.2.c

Teſtamentum prius habuit iuſtificationes culturę & ſanctum ſæculare, Heb. 9.a

Teſtamentum uetus non potuit iuxta conſcientiã perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis & in potibus, & in uarijs baptiſmatibus & iuſtitijs carnis, uſq; ad tempus correctionis impoſitis, Heb. 9.c

Teſtamenti noui Chriſtus mediator eſt, ut morte intercedente in redemptione earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant qui uocati ſunt æternæ hæreditatis, Heb. 9.d

Teſtamentum ubi eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, Heb.9.e

Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum ualet dum uiuit qui teſtatus eſt, Heb.9.e

Teſtamentum primum uel uetus non ſine ſanguine dedicatum eſt, Heb. 9.e

Teſtamenti primi dedicatio, Lecto omni mandato legis à Moyſe uniuerſo populo, accipiens ſanguinem uitulorum & hircorum cum aqua, & lana coccinea & hyſſopo, ipſum quoq; librum & omnẽ populum aſperſit, dicens, Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad uos deus, Hebræo.9.e

Teſtamentum primum aufert ut ſequens ſtatuat, Heb.10. b

Teſtamentum melius eſt quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt, Heb. 8.b

Teſtamentum prius ſi culpa uacaſſet, nõ utiq; ſecundi

cundi locus inquireretur, Heb.8.b
Teſtamentum uituperans dicit, Ecce dies ueniẽt, dicit dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum, ut educerẽ illos de terra Aegypti, quoniã ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus, Heb.8.b. Ier.31.e
Teſtamentum nouum & lex inſcripta mentibus teſtatur peccatorum remiſſionem, dicens, Peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius, Heb.10.c
Teſtamentum hoc eſt quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit dominus, Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas, & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit unuſquiſq; proximum ſuum, & unuſquiſq; fratrem ſuum, dicens, Cognoſce dominum, quoniam omnes ſcient me à minore uſq; ad maiorem eorũ, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorũ eorum non memorabor, Heb.8.d
Teſtamentum autem nouum dicendo ueterauit prius, quod autem antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt, Heb.8.d
¶Teſtã conglutinat qui fatuum docet, Eccl'ci 22.a
¶Theudas extitit ante hos dies aliquem ſe eſſe dicens, cui crediderunt uiri 400. qui occiſus eſt, & cum ſuis in nihilum redactus, Act.5.f
¶Thia fluuius, 3.Eſd.8.c
¶Tiberij Cæſaris quintodecimo anno factum eſt uerbum domini ad Ioannem Zachariæ filium in deſerto, Luc.3.a
¶Tiberiadis mare eſt mare Galilęæ, Ioan.6.a

¶*Tibia.*

Tibijs uobis cantauimus & non ſaltaſtis, lamentauimus & non ploraſtis, Luc.7.e
Tibia ſiue cithara ſine diſtinctione ſonituum nihil ſignificat, 1.Cor.14.b
Tibiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam, et ſuper utraq; lingua ſuauis, Eccl'ci 40.c

¶*Tychicus.*

Tychicum miſi Epheſum, 2.Tim.4.c
Tychicum miſi ad uos in hoc ipſum chariſſimum fratrem, & fidelem miniſtrum in domino, Ephe.6.d
Tychicus chariſſimus frater & fidelis miniſter, & conſeruus in domino, quem miſi ad uos ad hoc ipſum, ut cognoſcat quæ circa uos ſunt, Coloſ.4.b
Tychicus conſoletur corda ueſtra cum Oneſimo, Col.4.b
Tychicus comes Pauli in Syriam, Act.20.a
¶Tichon iuxta terminum Auran, Eze.47.c

¶*Tigris.*

Tigris uadit contra Aſſyrios, Gen.2.c
Tigris periit eo quod non haberet prædam, & leonis catuli diſſipati ſunt, Iob 4.b
Tigris impletur aquis in diebus nouorum, Eccleſiaſtici 24.c
Tigris fluuius prima Tobiæ manſio, Tob.6.a
¶Thymiamatis confectionem facies per ſtacten, onychen, galbanum, thus lucidiſſimum contuſa in puluerem, ut poſitum coram domino ſanctum ſanctorum ſit, non fiat ſimile ab aliquo alio, Exo.30.d
Thymiamateria fecit Salomon, 2.Par.4.d

¶*Timor.*

Timor mendacium extorquet etiam ſanctis, Gene.18.b
Timor dei in regno prohibet peccare, Gen.20.c
Timor mortis cadit in ſanctum Iſaac, Gen.26.b
Timor Iacobi à fratre Eſau nimius, Gen.32.c
Timentium deum & credentium animalia ſeruata ſunt, non timentium animalia perierunt, Exodi 9.d
Timeat unuſquiſq; deum ſuum, ego ſum dominus deus ueſter, Leuit.25.c
Timere deum diſcant omni tempore filij tui et nepotes, Deut.4.b
Timeant me Iſraelitæ, & cuſtodiant omnia mandata mea in omni tempore, ut bene ſit eis & filijs eorum in ſempiternum, Deut.5.d
Timeas dominum deum tuum, & cuſtodias omnia mandata quæ præcipio tibi, filijs, & nepotibus cunctis diebus, ut prolongentur dies tui, Deut.6.a
Timebis dominum deum tuum, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis, Deut.6.b
Time dominum deum tuum, ut ambules in uijs eius, diligas eum, & ſeruias in toto corde, & cõ. id unum petit à te dominus deus tuus, Deut.10.c
Timor domini inuaſit populum, & egreſſi ſunt poſt Saul quaſi uir unus, 1.Reg.11.c
Timeant deum homines cunctis diebus quibus uiuunt homines ſuper terram, 3.Reg.8.d. 2.Par.6.e
Timorem eorum ne timueritis, & non conturbemini, 1.Par.3.c
Timorem hominum impiorum ne timeatis neq; paueatis, Iſa.8.c
Timor domini ipſe eſt theſaurus eius, Iſa.33.b
Timens dominum & audiens uocem ſerui ſui non ambulat in tenebris, & lumen eſt ei, ſperet in nomine domini, & innitatur ſuper deum ſuum, Iſa.50.d
Timorem dei non adeſſe Iſraeli, & dominum dereliquiſſe malum eſt, & amarum ualde, Ieremiæ 2.d
Timor quem timebã euenit mihi, quod uerebar accidit, Iob 3.d
Timor domini principium ſapientiæ, Pro.1.a
Timorem domini ſi intelliges, ſcientiam dei inuenies, Pro.2.a
Time dominum, & recede à malo, ut ſit ſanitas

umbilico tuo,& irrigatio ossium tuorum, Prouer.3. a

Timor domini odit malum, arrogantiam, & superbiam, uiam prauam & os bilingue detestor, Prou.8. b

Timor domini apponet dies, anni impiorum breuiabuntur, Pro.10. d

Timens deum & recto ambulans itinere despicitur ab eo qui infami graditur uia, Pro.14.a

Timor domini fons uitæ, ut declinet à ruina mortis, Prou.14.d

In timore domini fiducia fortitudinis, &c̃. Prouer.14.d

Timor domini disciplina sapientiæ, Pro. 15. d

Timor domini facit declinare à malo, Pro.15.d

Timore dei declinatur à malo, Pro.16.a

Timor deijcit pigrum, Pro.18.b

Timor domini ad uitam, & in plenitudine commorabitur absq; uisitatione pessimi, Pro. 19.d

Timor domini finis modestiæ, diuitiæ & gloria et uita, Pro. 22.a

Time dominum fili mi & regem, Pro.24.c

Timens hominem cito corruet, Pro.29.d

Timore trepidauerunt ubi non erat timor, Psalmo.14.5.

Timentes dominum glorificandi, Psa.15.4.

Timentes deum laudate eum, uniuersum semen Iacob glorificate eum, Psa. 22. 23.

Timor domini sanctus permanens in sæculum sæculi, Psa.19. 9.

Timenti deum homini legem statuit deus, in uia quam elegit, Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram, Psa. 25.12.

Timor domini ipsa est sapientia, & à malo recedere intelligentia, Iob 28.d

Timorem domini docebo uos filij, uenite & audite me, Psa. 34.11.

Timentibus te domine prętende misericordiam, iustitiam tuam his qui recto sunt corde, Psalmo.36.10.

Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum, Psa.34.9.

Timor dei non est ante oculos iniusti, qui dicit ut delinquat, Psa. 36. 1.

Timore trepidauerunt ubi nõ erat timor, qui deum non inuocauerunt, Psa. 53.5.

Timor & tremor uenerunt sup me, contexerunt me tenebræ, Psa. 55.5.

Timor domini initium sapientiæ, Psa. 111.10.

Timẽtes dominum sperauerunt in domino, &c̃. Psa.115. 11.

Qui timet dominum homo sic benedicetur, Benedicat tibi dominus ex Sion, & uideas bona Ierusalem omnibus diebus uitæ tuæ, Et filios filiorũ tuorũ, pacem super Israel, Psa. 128.5.6.

Timor nihil est nisi præsumptionis adiutorium prodiuio cogitationis auxiliorum, Sap. 17.c

Timens deum nihil negligit, Eccl'es 7.c

Timentibus deum bonum erit qui uerentur faciem eius, Eccl'es 8.c

Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis, Eccl'ci 1.b

Timor domini delectabit cor, dabit lætitiã & gaudium & longitudinem dierum, Eccl'ci 1.b

Timenti deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur, Eccl'ci 1.b

Timor domini scientiæ religiositas, Eccl'ci 1.b

Timorem dei serua, & in illo ueteraſcẽ, Eccl'ci 2.a

Timentes dominum sustinete misericordiam eius, non deflectatis ab illo, ne cadatis, Ecclesiastici 2. b

Timentes deum credite illi, & non euacuabitur merces uestra, Eccl'ci 2. b

Timentes dominum sperate in illum, & in oblectationem ueniet uobis misericordia, Eccl'ci 2.b

Timentes dominum diligite illum, & illuminabuntur corda uestra, Eccl'ci 2.b

Timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari, &c̃. Ecclesiastici 1.c

Timori dei non sis contumax & incredibilis, Ecclesiastici 1.d

Timenti deum bene erit, & in diebus consummationis benedicetur, Eccl'ci 1.c

Timentes dominum non erunt incredibiles uerbo eius, et qui diligunt illum, conseruabunt uias illius, Eccl'ci 2.c

Timentes dominum inquirent quæ beneplacita sunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius, Eccl'ci 2.d

Timentes dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas, Eccl'ci 2. d

Timentes dominum custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usq; ad inspectionem illius, dicentes, Si pœnitentiã non egerimus, incidemus in manus dñi, & nõ in manus hominum, Eccl'ci 2.d

Timens dñm honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt, Eccl'ci 3.a

Timentis deum uita, si in probatione fuerit ad misericordiam tuam uenire licebit, Tob.3.d

Non timentes faciem domini quasi umbra transeant, Eccl'es 8.c

In timore dei ambulandum fidelibus, Nee.5.b

Timentium deum semen in hominibus honorabitur, semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata dei, Eccl'ci 10.c

Time dominum in tota anima tua, & sacerdotes illius sanctifica, Eccl'ci 7.d

Timor dei gloria est diuitum, honoratorũ, & pauperum, non despicere iustum pauperem, nõ magnificare peccatorem, Eccl'ci 10. c

Timens deum maior est iudice quãlibet magno, & honorato, & potente, Eccl'ci 10.c

Timens deum faciet bona, Eccl'ci 15.a

Timentes deum per uaria loca multa patientur & grauia, ut pareat probatio electorum, ut aurum quod probatur ab igne, 4.Esd.16.d

Timere deum & sapientia, est dispositio legis, Ecclesiastici 19. c

Timori altissimi da locum, Eccl'ci 19.c

Timens deum qui minuitur sapientia, melior est quàm abundans sensu, & transgrediens legem altissimi, Eccl'ci 19. c

Timens deum conuertetur ad cor suum, Ecclesiastici 21.a

Timoris dei consummatio sapientia & sensus, Ecclesiastici 21.b

Timore dei nihil est melius, & nihil dulcius quàm respicere in mandatis domini, Eccl'ci 23.d

Timens deum & iustus in medio ecclesiæ aperiet os eius, & implebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ uestiet eum, Eccl'ci 15.b

Timor & iustitia iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hęreditabit illum, Eccl'ci 15. b

Timorem dei stulti homines non apprehendent, homines autem sensati obuiabunt illi, homines stulti non eam uidebunt: longe enim abest à superbia & dolo, Eccl'ci 15. b

Timentes deum magni erunt apud deum per omnia, Iudith 16.c

Timor dei super omnia se superposuit, Ecclesiastici 25.b

Timor dei initium dilectionis eius, fidei autẽ initium agglutinandum est ei, Eccl'ci 25.b

Timorem tuum deus immitte super gentes, quæ non exquisierunt te, ut cognoscant, quia non est deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua, Ecclesiastici 36.a

In timore domini si te non tenueris instanter, citò subuertetur domus tua, Eccl'ci 27. a

Timorem dei memorare, & non irascaris proximo, Eccl'ci 28.a

Timens dominum excipiet doctrinam eius, & qui uigilauerit ad illum inueniet benedictionẽ illius, Eccl'ci 32.c

Timentes dominum inuenient iudicium iustum, & iustitiam quasi lumen accendent, Eccl'ci 32.c

Timenti deum non occurrent mala, sed in tentatione deus illum conseruabit, & liberabit à malis, Eccl'ci 33.a

Timens dominum non trepidabit, nec pauebit, quoniam ipse est spes eius, Eccl'ci 34. b

Timentis deum beata est anima eius ad quem respicit, & qui est fortitudo eius, Eccl'ci 34.c

Timor domini cor exaltat magis quàm facultates & uirtutes, Eccl'ci 40.d

In timore domini non est minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium, Eccl'ci 40.d

Timor domini sicut paradisus benedictionis super omnem gloriam operuerunt illum, Ecclesiastici 40.d

Timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, Mat.10.c

Timore magno timuerunt discipuli, Mar.4.d

Timor magnus factus est super omnes qui audierunt, Act. 5.a

Timor accepit omnes, & magnificabant deum, Luc. 7.b

In timore domini ambulans ædificabatur ecclesia, Acto.9.e

Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, Luc.12.a

Timor magnus factus in uniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt, Act.5.b

Timor cecidit super Iudæos Ephesi, adiurãtes per nomen domini Iesu, quem Paulus prædicabat, Acto.19. c

Timorem reddite cui timorem, Rom. 13.b

Timete deum, 1. Pet.2.c

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, 1.Ioan. 4.d

Timor pœnam habet, qui autẽ timet non est perfectus in charitate, 1. Ioan.4.d

Timete dominum & date illi gloriam, quia uenit hora iudicij eius, Apo.14.b

Timendus tu domine, & magnificum nomẽ tuum, quia solus pius es, Apo. 15.b

¶Timonẽ constituerunt ministrum ecclesiæ, Acto.6. b

¶*Timotheus.*

Timotheum ducem Ammon uicit Iudas, 1.Macha. 5.a

Timothei castra fugiunt Machabæum percussis octo milibus, 1.Mach.5.d

Timothei augurium de uictoria Iudæ, 1. Ma.5.e

Timotheus uincit à Iuda Machabęo occisis 20500. militibus & 600. equitibus, 2.Mach.10.f

Timotheus confugit in Gazaram, ubi occiditur, 2.Mach. 10.g

Timotheus hostis Iudæorum, 2. Mach.12.a

Timothei exercitus contra Machabæum 125000. peditum, & equitum 2500. 2.Mach.12.d

Timotheus capitur, & propter obsides dimittitur, 2.Mach. 12.d

Timotheus & Bachides uincuntur à Iudæis, passi maximas strages, 2. Mach. 8.f

Timotheus filius Iudææ fidelis, patre gentili, discipulus boni testimonij in Lystris, Act.16.a

Timotheus à Paulo circumcisus propter fratres, Act. 16.a

Timotheus comes Pauli è Græcia in Syriam, Acto.20.a

Timotheum & Erastum Paulus misit in Macedoniam, Act. 19.d

Timotheus adiutor meus salutat uos, Rom.16.c

Timotheus opus domini operatur, sine timore sit, 1.Cor.16.b

Timotheum nemo spernat, 1. Cor.16.b

Timotheum Paulus expectat Ephesi, 1. Co.16.b

Timotheus seruiuit mecum in Euangelio sicut patri filius, Phi. 2.c

Timotheum sperat citò mittere Philippensibus, Phi. 2.c

Timotheus Paulo unanimis, qui & syncera affectione pro Philippen. solicitus est, Phi. 2.c

Timotheum fratrem nostrum & dei ministrum in Euangelio misimus ad confirmandos uos et exhortandos pro fide uestra, 1. Thess. 3.a

Timotheus reuersus annunciauit fidem & charitatem uestram, & uidendi nos desyderium, ideo consolati sumus in uobis, 1. Thess. 3.b

Timotheum præcesserant prophetiæ in se, 1. Timo. 1.d

Timotheus enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assecutus es, 1. Tim. 4.b

Timotheum fratrem dimissum cognoscite, Hebræo. 13. d

Timotheus si celeri⁹ uenerit, cum eo uidebo uos, Heb. 13.d

Timotheo missa epistola prima est ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Timotheo secunda epistola missa è Roma, cum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

¶Tympano & choro laudate deum, in chordis et organo, Psa. 150. 4.

¶Ā tinea consumentur qui luteas domos habitant, qui terrenum habēt fundamētum, Iob 4.d

¶*Thyatira.*

Thyatiræ ecclesiæ angelo scribit de fide, charitate, ministerio, patientia, & operibus bonis, Apo. 2.e

Thyatiræ Iezabel mulier permittitur, quæ se dicit prophetam, docens fornicari & edere de idolothitis, Apo. 2. f

Thyatiræ ecclesia Asiæ, Apo. 1.c

Thyatiræ qui innocentes à doctrina satanæ pondus non sustinebunt, nisi quod tenent, Apocal. 2. g

¶Thiras filius Iaphet, Gen. 10.a. 1.Par. 1.a

¶Thiria filius Ialeleel, 1.Par. 4.c

¶*Tyranni.*

Tyranni descēdunt ad infernum cum armis suis, ponunt gladios sub capitibus suis, iniquitates eorum fuerunt in ossibus eorum, &c̄. Eze. 32.f

Tyrannorum pueri sine macula, decori forma, eruditi omni sapientia, cauti scientia, docti disciplina, stant in palatio regis Babylonis, Daniel. 1.a

Tyranni multi sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema, Eccl'ci 11.a

¶*Tyrus.*

Tyrus ciuitas munitissima in finibus tribus Aser, Ios. 19.c

Tyri urbis prope mœnia Ioab numerat Israelem, 2.Reg. 24.a

Tyri excidium ululate naues maris, quia uastata est domus unde uenire consueuerant, Isa. 23.a

Tyrum repleuerunt negotiatores Sidonis mare transfretantes, Isa. 23.a

De Tyro cum audierint in Aegypto dolebunt, Isaiæ 23.b

Tyrus gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua, Isa. 23. b

Tyrum ducent pedes sui longe ad peregrinandum, Isa. 23.b

Tyrus quondam coronata, quis hæc cogitauit super eam, Isa. 23.b

Tyri negotiatores principes, institores eius inclyti terræ, Isa. 23.b

Tyro detrahere cogitauit deus superbiam omnis gloriæ, ut ad ignominiam deduceret uniuersos inclytos terræ, Isa. 23.b

Tyre transi terram tuam quasi flumen filia maris, non est cingulum ultra tibi, Isa. 23.b

Tyrus manum suam extendit super mare, contur bauit regna, Isa. 23.b

Contra Tyrum dominus mandauit aduersum Chanaan, ut contereret fortes eius, dicens, Non ultra glorieris calumniam sustinens uirgo filia Sidonis, Isa. 23.c

Tyrus in Cethim consurgēs transfreta, ibi quoq; non erit requies tibi, Isa. 23.c

Vt Tyrus terra Chaldæorum populus non fuit, Assur fundauit eam, in captiuitatē traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam, Isa. 23.c

Tyrus facta est negotiatio gentium in aquis multis, semen Nili, messis fluminis fruges eius, Isaiæ 23. a

Tyrus in oblitione erit 70. annis, sicut dies regis unius post 70. annos erit Tyro quasi canticum meretricis, Isa. 23.c

Tyrus sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequēta canticum, ut memoria tui sit, Isa. 23.c

Tyrus post 70. annos uisitabitur à domino, & reducet eam ad merces suas, fornicabitur rursum cum regnis terræ, Isa. 23.d

Tyri negotiatio & merces sanctificate domino, non condentur, non reponentur, Isa. 23.d

Tyri regibus porrigitur calix domini ebibendus, Ier. 25.e

Tyriorum regi uincula mittit Ieremias, Ieremiæ 27. a

Tyrum euertendam prædicit, quia insultauerit destructæ Ierusalem, Eze. 26.a

Tyrum dabo in limpidissimam petram, siccatio sagenarum erit in medio maris, Eze. 26.a

Tyri filiæ in agro quomodo euertendæ à Babylonio, Eze. 26. b

Tyri muri, uineæ, turres, portæ, plateæ, populus, statuæ, opes, negotiationes, pariter uastanda prædicuntur, Eze. 26. b

Tyri uastationem expauescent insulæ, principes maris, Eze. 26.c

Tyrum lamentabuntur insulæ maris & habitatores, Eze.26.d
Tyrus urbs desolata, aquis operta, ad locum detracta ad terram nouissimam, in nihilum redacta, in sempiternum non inuenienda, Ezechiel.26.d
Tyrus habitat in introitu maris, negotiationi populorum, ad insulas multas apta, Eze.27.a
Tyri celebritas, splendor, diuitiæ, naues, Ezechiel.27.a
Tyriorum bellatores Persæ, Lydi, Libyes, Ezechiel.27.b
Tyrus glorificata nimis in corde maris, auster cõtriuit te in corde maris, Eze.27.c
Tyrus subito in uniuersum destructa, Eze.27.f
Tyri planctus à nautis & negotiatoribus, Ezechiel.27.f
Tyrus implesti populos multos diuitijs & reges terræ, Eze.27.g
Tyrus ad nihilum deducta non eris usq; in perpetuum, Eze.27.g
Tyri tribus sceleribus & quarto non conuertar, quia non sunt recordati fœderis fratrum, Amos 1.c
Tyri in murum ignem mittam, & deuorabit ædes eius, Amos 1.c
Tyri princeps typus omnium diuitum, regum, & superborum, Eze.28.a
Tyrus & Sidon quid uobis & mihi, & omnis terminus Palæstinorum, &c. uelociter reddam uicissitudinem uobis super caput uestrum, Ioelis 3.a
Tyrus & Sidon in terminis Emath, Zach. 9.a
Tyrus ædificauit munitionem suam, argentum coaceruauit quasi humum, & aurum ut lutum platearum, Zach.9.a
Tyrum dominus possidebit, percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur, Zacha.9.a
Tyrij inferebant pisces in Ierusalem, & uenalia alia sabbatis illicite, Nee. 13.c
Tyri filia in muneribus uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, Psa.45.12.
Tyrus & alienigenæ & populus Aethiopum hi fuerunt illic, Psa. 87.4.
Tyri et Sidonis regna propter Israel dissipata, 4. Esd.1.b
E Tyro milites ueniunt contra Iudæos, 1. Macha.5.b
Tyro celebratur agon quinquennalis, 2. Macha.4.c
Tyri & Sidonis partes ingreditur Christus, Matthæi 15.c
In Tyro & Sidone si factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent, Mat.11.c. Luc.10.b
Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quàm uobis, Mat.11.c
Tyri & Sidonis in finib⁹ domum ingressus Christus neminem uoluit scire, & non potuit latere, Mar.7.c
Tyrum uenimus à Patara, Acto. 21.a
Tyri apud discipulos mansimus 7. diebus, Acto. 21.a
¶Titan filij non percusserunt Holofernem, sed Iudith filia Merari, &c. Iudith 16.b

¶*Titus.*

Titi iusti domum Paulus intrat deum colẽtis coniunctam synagogæ, Act. 18.c
Titum non inueni apud Troaden, 2. Cor.2.c
Titi aduentu consolatus est nos deus, qui humiles consolatur, 2. Cor.7.b
Titi spiritus refectus est ab omnibus Corinthijs, 2.Cor.7.d
Titi uiscera abundãtius in uobis sunt reminiscentis omnium uestrum obedientiam, 2. Cor.7.d
Titum cum timore & tremore excepistis, 2. Corin.7.d
Titum rogauimus ut perficiat in uobis istam gratiam, quemadmodum cœpit, 2.Cor.8.b
Titus eadẽ solicitudine agit pro uobis ex animo, sua sponte ad uos profectus, 2.Cor.8.c
Titus socius meus, & in uobis adiutor, 2.Cor.8.d
Titus à me missus cum fratre non uos circumuenit, ait Paulus, 2.Cor.12.f
Titus abijt Dalmatiam, 2.Tim.4.b
Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro, Tit.1.a
Titus cum esset gentilis non est compulsus circunci di, Gal.2.a

¶*Titulus.*

Titulum fecit lapidem Iacob oleo perfusum, Gene. 28.d
Titulus causæ eius inscriptus Rex Iudæorũ, Marci 15.c
Titulum & insignem lapidem non erigetis in terra uestra, ut adoretis eum, Leuit. 26.a
Titulos confringi iubet Moyses in terra possidenda, Num. 33.g
Titulus domini erit iuxta terminum Aegypti, erit in signum domino exercituum, Isa. 19.c
Titulus scriptus erat Hebraice, Græce, & Latine, Ioan.19.d
¶Tob terra in qua habitauit Iephte, Iud. 11.a
Tob Adonias Leuites & legis doctor sub Iosaphat, 2.Par.17.b

¶*Tobias.*

Tobias Leuites & doctor legis sub Iosaphat, 2.Para
Tobia familia, Zach.6.c (ral.17.b
Tobias seruus Ammanites hostis Iudæi, Nee.2.b
Tobias Ammonites irridet opus ædificãtium Hierosolymam, Nee. 4.a
Tobias gener erat Secheniæ, filij Area, Neemiæ 6.d
Tobias captus in diebus Salmanasar regis Assy-

riorum, concaptiuus fratribus qui erant ex eius genere benefaciebat, Tob.1.a
Tobias omnibus iunior nihil puerile gessit in opere, Tob. 1.a
Tobias non aureos uitulos sed templum Hierosolymis accedebat, primitiua offerēs et decimas, tertio anno proselytis ministrando, Tob.1.a
Tobias ex tribu & ciuitate Nephthali, Tob.1.a
Tobias non contaminatur escis gentilium, Tobiæ 1.b
Tobiam filium docet pater timere deum, & abstinere ab omni peccato, Tob. 1.b
Tobias monita salutis dabat amicis secundum carnem, Tob. 1.c
Tobias iubetur occidi à rege sublata omni substantia, Tob.1.d
Tobias fugiēs elabitur cum filio & uxore nudus & latens apud fautores, Tob. 1. d
Tobias cognatos uisitans iuuabat, consolabatur, alebat, uestiebat, sepeliebat, Tob. 1.d
Tobias reuertitur in suam domum, restituitur facultatibus suis, Tob. 1.d
Tobias arguitur ab amicis suis pro sepultura periculosa, Tob. 2.b
Tobias plus timens deum quàm regem, rapiebat occisos, domi occultabat, noctu sepeliebat, Tobiæ 2. b
Tobias fatigatus sepultura, obdormiens oculos patitur calidis stercoribus hirundinum excæcari, Tob.2.b
Tobias cæcitate percussus immobilis in dei timore permansit, semper deo gratias agens, Tobiæ 2. c
Tobiæ insultabant cognati, dicentes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tob. 2.c
Tobiæ innocentia cauens de furto, ne fiat, Tobiæ 2. d
Tobias exprobratur ab Anna uxore, Tob.2.d
Tobias ingemiscens orat cum lachrymis, Tobiæ 3.a
Tobiam moriturus filium uocat, et exhortatur ad ueras uirtutes, Tob. 4.a
Tobiæ fiducia in dominum pro suo filio, To.5.d
Tobias ualefecit patri & matri, Tob.5.d
Tobias petit Saram filiam Raguelis uxorem, Tobiæ 7.b
Tobiæ & Sarç coniugium initur & confirmatur, Tob.7.c
Tobias & Sara sani pariter dormientes, Tob.8.c
Tobiæ dimidiam partem dedit Raguel omnium suorum bonorum, Tob.8.d
Tobias gratias agit Azariæ fratri dignas, seruum sese offerens, Tob. 9.a
Tobiæ patris solicitudo pro filio tardāte reditum, Tob.10.a
Tobias relicta familia cum uxore in medio itinere præcedit ad patrem cum angelo, Tob. 11.a

Tobias admonetur ab angelo de felle quo ungat oculos cæcos patris, ut uisum recipiat, Tob.11.b
Tobias senior filium iuniorem cum osculo suscipit cum gaudio, Tob. 11.c
Tobias filius linit oculos patris cæci, & uisum recipit, cum gaudio domino gratias agens, Tobiæ 11. c
Tobias quinquaginta & sex annorū lumen oculorū amisit, sexagenarius recepit, reliquum uitæ suæ in gaudio finit, & cum bono profectu timoris dei perrexit in pace, Tob. 14. a
Tobias uidit quintam generationem, & nonagesimonono anno ætatis suæ moritur, Tob.14.d
Tobias postquam illuminatus est uixit annis 42. & uidit filios nepotum suorum, Tob. 14.a
Tobias completis annis 102. sepultus est honorifice in Niniue, Tob.14.a
Tobias iunior post obitum parentum reuertitur ad soceros suos incolumes, quorum curam gessit, & possessiones hæreditauit, Tob. 14.d
Tobiæ filij redeuntes ignota prosapia, Esd. 2.d. Nee.7. f
¶Tobi filij ostiarij, 3. Esd.5. c
¶Tobloch filij, 3. Esd.5. c
¶Tochen ciuitas Simeonis, 1.Par.4. c

¶*Thogorma.*

Thogorma filius Gomer, Gen. 10. a
Thogorma equos equites & mulos adducunt foro Tyri, Eze.27.c
Thogorma domus latera Aquilonis cum Gog, Eze.38.a
Thogorma filius Gomer, filij Iaphet, 1.Par.1.a
¶Thohu filius Suph, filij Elcana, 1.Par.6.c
Thohu pater Eliu, filius Suph, 1. Reg. 1.a

¶*Thola.*

Thola filius Issachar, Gen.46.b. 1.Par.7.a
Thola iudicauit Israel 23. annis, Iud.10.a
Thola dux in Israel, filius Phua, patrui Abimelech, Iud.10. a
Thola cognatio habuit pugnatores 22600. in diebus Dauid, 1.Par.7. a
Thola genuit Ozi, Raphaia, Ieriel, Iemai, Iebsem, Samuel, principes familiarum, 1. Par.7.a
¶Tolbanes ostiarius alienam duxerat, 3. Esdræ 9.c

¶*Tholmai.*

Tholmai filius Enac in Hebron, Num. 13. d
Tholmai de stirpe Enac in Hebron deletus à Caleb, Ios. 15.c
Tholmai rex Gessur, 2.Reg.3.a
Tholmai filius Ammiud, rex Gessur, 2.Reg.13.g
Tholmai rex Gessur pater Maacha, 1. Par.3.a
¶Tholaitarū familia à Thola filio Issachar, Numeri 26.c
¶Tholad habitatio Simeonis, 1. Par.4.c

¶*Tollere.*

Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem

requiem animabus uestris, Mat. 11.d
Tollis quod non posuisti, metis quod non seminasti, Luc. 19.c
Tolle grabatum tuum & ambula, Ioan. 5.b
Tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum, Ioan. 20.c
¶Tolerantiam passionum operatur tribulatio, 2. Cor. 1.b
¶Tonabit de cœlo dominus excelsus dat uocem suam, 2. Reg. 22.b
Tonabit deus in uoce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia, Iob 37.a

¶*Tonitruum.*

Tonitruum dicebat factum esse turba, Ioan. 12.d
Tonitrua audiuntur tertia die, fulgura micant, nubes densa montem operit, Exo. 19.c
Tonitrua, uoces, & fulgura, terræmotus magnus ex igne altaris, Ap. 8.b
Tonitrua septẽ locuta sunt uoces suas, & ego postea scripturus eram, Apo. 10.a.b
Tonitrua dedit dominus, grandinem, fulgura discurrentia super terram, Exo. 9.e
Tonitrui uox dei uerberat terram, tempestas Aquilonis & congregatio spiritus, Eccli 43.b

¶*Thomas.*

Thomas & Matthæus publicanus, Mat. 10.a
Thomas & Iacobus Alphæi, Mar. 3.c
Thomas qui dicitur Didymus, Eamus & nos, & moriamur cum eo, Ioan. 11.b
Thomas dicit, Domine nescimus quò uadis, & quomodo possumus uiam scire? Ioan. 14.a
Thomas post octo dies erat cum discipulis, Ioannis 20.f
Thomas ait, Nisi uidero in manibus eius fixurã clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam, Ioan. 20.f
Thomas unº ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, Ioan. 20.f
Thoma quia uidisti me credidisti, beati qui non uiderunt & crediderunt, Ioan. 20.g
Thomæ dicit, Infer digitum tuum huc, et uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, Ioan. 20.g
Thoma noli esse incredulus, sed fidelis, Ioannis 20.g
Thomas respondit, Dominus meº & deus meus, Ioan. 20.g
Thomas qui dicitur Didymus cum Petro & Nathanael & filijs Zebedæi, Ioan. 21.a
¶Topa filij redeuntes ostiarij, 3. Esd. 5.c
¶Topazius de Aethiopia non adæquabitur, &c̃. Iob 28.c
Topazius fundamentum 9. Ierusalem, Apo. 21.f
¶Thopo munitur contra Machabæos, 1. Ma. 9.e
¶Tophel locus ubi alloquutus est Moyses uerba dei populo, Deut. 1.a

¶*Thophet.*

Thophet in conualle filij Ennom, ubi consecrarunt filios suos & filias per ignem Moloch, 4. Reg. 23.c
Thophet præparata est ab heri, à rege præparata, profunda & dilatata, cuius nutrimenta ignis & ligna multa, Isa. 30.g
Thophet excelsa ædificauerunt in ualle filij Ennom, ut incenderẽt filios suos & filias igni, quę non præcepi nec cogitaui in corde meo, Ieremiæ 7.g
Thophet non dicetur amplius, & uallis filij Ennom, sed uallis intersectionis, & sepelient in Thophet, eo quod non sit locus, Ier. 7.g
In Thophet sepelientur occisi ciues Ierusalem, eo quod non sit locus alius ad sepeliẽdum, Ier. 19.c
Sicut Thophet sic ponam Ierusalem, in qua domus oms etiã regum Iuda immundæ erunt, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cœli, & libauerunt libamina dijs alienis, Ieremiæ 19.d
De Thophet redit Ieremias ad atrium domus domini, & prædicit mala urbi superuentura, quia ceruicem suam indurauerint, ut non audierint sermones dei, Ier. 19.d
Thophet locus repletus sanguine innocẽtum, ubi ædificata sunt excelsa Baal ad comburendos filios igni in holocaustum Baal, &c̃. Ier. 19.b
¶Thosaites Ioha & Samri, 1. Par. 11.g

¶*Thou.*

Thou rex Emath hostis Adarezer misit filium ad Dauid, gratias agens quia uicisset illum, 2. Regum 8.c
Thou misit Dauidi uasa aurea, argẽtea, ærea, quæ uniuersa sanctificauit, 2. Reg. 8.c
Thou hostis erat regi Adarezer, 1. Par. 18.c
Thou rex Emath petit pacẽ à Dauide, 1. Par. 18.c

¶*Torcular.*

Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum, calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, &c̃. Isa. 63.a
Torcular calcauit dominº uirgini filię Iuda, Threno. 1.e
Torcular fodit in uinea, Mat. 21.d
Torcular calcat uerbum dei, uini furoris, iræ dei omnipotentis, Apo. 19.c

¶*Torrens.*

Torrens botri locus est ubi abscinderunt palmitem cum uua duo uiri portantes uecte, Numeri 13.d
Torrens botri dicitur Hebraice Nehel eschol, Numeri 13.d
Torrens Aegypti limes Israel ad meridiem, Numeri 34.a
Torrentes Belial terrent pium, 2. Reg. 22.a
Torrens diuidet à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios, Iob 28.a
Torrentes Edom conuertentur in picem, & hu-

mus eius in sulphur, & terra eius erit in picē ardentem, nocte & die non extinguetur, Isa. 34.b
Torrentis in partibus pars tua, hæc est sors tua, ipsis effudisti libamen, sacrificium obtulisti, &c. Isa. 57.a
Torrens prope murum Ierusalem, Nee. 2.c
¶Tormenta passi sunt iusti coram hominibus, spes autem illorū immortalitate plena est, Sa. 3.a
Tormenta patiet id quod factum est idolum cum illo qui fecit, Sap. 14.b
¶Torques aureæ camelorum regibus Madian, Iud. 8.f
¶Torsiones & dolores tenebunt Babylonios & omnes impios, Isa. 13.b
¶Thorus imaculatus & honorabile connubium in omnibus, Heb. 13.a
¶Trabem eijce primum de tuo oculo, & tunc uidebis eijcere festucā de oculo fratris tui, Mat. 7.a
Trabem primum eijce de oculo tuo, & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui, Luc. 6.f

¶*Tradere.*

Tradendum Christum timent in die festo, ne tumultus fieret in populo, Mat. 26.a
Tradent uos in concilijs, Mat. 10.b
Tradendus est Christus in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget, Mat. 17.c
Tradetur instante hora filius hominis in manus peccatorum, Mat. 26. d
Tradent uos in concilijs, & in synagogis uapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me in testimonium illis, Mar. 13.b
Tradentes cum uos duxerint nolite præcogitare quid loquamini, sed quod datum uobis fuerit in illa hora id loquamini: non enim estis uos loquentes, sed spiritus sanctus, Mar. 13.b
Traditor dederat eis signum, Mar. 14.e
Tradere illum opportune quærebat, Mar. 14.b
Tradēdum à te alijs numera, & appēde, datum uero & acceptum omne describe, Eccl'ci 42.b
Trademini à parentibus & fratribus, cognatis & amicis, & morte afficient ex uobis, Luc. 21.d
Tradentis me manus mecum est in mensa, Lucæ 22. c
Traditurus quis se esset sciebat Iesus, Ioan. 6.g
Tradit Paulus ecclesiæ quod à domino accepit, 1. Cor. 11.e

¶*Traditiones.*

Traditionum paternarum æmulator Paulus, Galat. 1.c
Traditiones seniorum transgrediuntur Christi discipuli, non lauando manus cum panem manducant, Mat. 15.a
Traditiones seniorum quare discipuli tui non seruant, sed communibus manibus manducant panem? Mar. 7.a
Traditiones & doctrinas hominum docentes, inuanum me colunt, Mar. 7.a
Traditiones hominum tenetis, baptismata urceorum & calicum, & similia, relinquentes mandatum dei, Mar. 7. b
Traditionem uestram ut seruetis irritum fecistis dei præceptum, Mar. 7. b
Traditionibus hominum & per philosophiā inanē & fallaciā uidete ne quis uos seducat, Col. 2. b
¶Tragelaphus animal mundum, Deut. 14. a
¶Trahe me post te curremus, Can. 1. a

¶*Transfiguratio.*

Transfigurati Christi facies ut sol resplenduit, & uestimenta eius alba ut nix facta sunt, Mat. 17. a
Transfiguraturus Christus sese in monte excelso, assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannē, Marci 9. a
Transfigurationem narrare uetuit Christus discipulos, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexit, Mar. 9. b
Transfiguratio Christi in monte assumptis discipulis, Luc. 9. d
Transfigurat Paulus sermonem in se & Apollo, ut discant Corinthij concordiam doctrinæ, 1. Cor. 4. b
Transfigurant se pseudapostoli in Christi apostolos, 2. Cor. 11. c
Transfigurat se satanas in angelum lucis, 2. Corin. 11. c
Transfigurant se ministri satanæ in ministros iustitiæ, 2. Cor. 11. d

¶*Transire.*

Transire per frusta animalium in fœderis pactione, Gen. 15. c
Transitum petunt Israelitæ per terram Seon regis, qualem habuerant à Moabitis & in Seir, Deut. 2. f
Transitum negauit Seon rex Hesebon, Deutero. 2. f
¶Transtra nauium Tyrij faciunt ex ebore Indico, Eze. 27. a
¶Transformamur à claritate in claritatē ad imaginem gloriæ domini, reuelata facie eam contemplantes, 2. Cor. 3. d
Transformamur tanquam à domini spiritu à claritate in claritatem, 2. Cor. 3. d
¶Transmigrabis per diem coram eis de loco ad locum alterum, in conspectu eorum si forte aspiciant, Eze. 12. a
Transmigrationem & captiuitatem inibunt Iudæi, & dux qui est inter eos in humeris portabitur, in caligine egredietur, parietem perfodient ut educant eum, Eze. 12. c

¶*Tres.*

Tres alloquitur Abraham, dicens eis, Domine, Gene. 18. a
Tres filios Lea se peperisse gaudet, Genesis 29. d
Tres tabernas usq; è Roma fratres Paulo occurrerunt, Act. 28. d

Tres teſtimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt, 1. Ioannis 5.b

Tres dies & dimidium occiſi teſtes, non ſepulti iacebunt in platea, Apo. 11.b

Tres uias miſius ſum oſtendere tibi, & tres ſimilitudines proponere, &c̃. 4. Eſd. 4.a

Tria ſata ſimilę commiſcentur à Sara, Gen. 18.a

Trium dierum ſpatium inter greges Laban & Iacob conſtituitur, Gen. 30.d

Tribus menſibus filius abſconditur Moyſes, Exodi 2.a

Tribus annis pluuia non fuit, & ſex menſibus, & data eſt poſtea orationibus Eliæ, Iac. 5.d

Triennis uacca, trima capra, & aries, Gen. 15.c

Tribus diebus ſine aqua ambulãt per ſolitudinẽ, Exo. 15. f

Tripliciter tibi eam deſcripſi in cogitationibus & ſcientia, ut oſtenderẽ tibi firmitatem & eloquia ueritatis reſpondere ex his illis qui miſerunt me, Pro. 22. c

Triplex funiculus difficile rumpitur, Eccl'es 4. c

Tribus uicibus per annum apparebit omne maſculinum in conſpectu domini in feſto azymorum, hebdomadarum & tabernaculorum, Deutero. 16. c

Tredecim annorum Iſmael circunciſus, Gen. 17. d

Triginta cubitorum altitudo arcæ, Gen. 6. c

Triginta ob iuſtos deus parcet Sodomæ, Geneſis 18. d

Triginta camelos cum pullis mittit Iacob fratri Eſau, Gen. 32. c

Triginta annorum Ioſeph ſtat coram Pharaone, Gen. 41. f

Triginta octo annos in eremo Iſrael fuit, donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de caſtris, Deut. 2. c

Triginta ſex homines percuſſi ab Haitis, Ioſ. 7. a

Triginta argenteos tuli, & proieci illos in domo domini ad ſtatuarium, Zach. 11. c

Triginta argenteos conſtituerunt Iudæ traditori, Mat. 26. b

Triginta annorum Ieſus incipiens putabatur filius Ioſeph, Luc. 3. e

Triginta octo annorum infirmus iacebat iuxta piſcinam probaticam, Ioan. 5. a

Trecentis ſexaginta quinq; annis uixit Henoch, Gen. 5. d

Trecentorum cubitorum arcæ longitudo, Gene. 6. c

Trecentis quinquaginta annis uixit Noẽ poſt diluuium, Gen. 9. d

Trecenti decem & octo uernaculi armati Abrahę, Gen. 14. c

Tria millia hominum occiſi die una à leuitis, Exodi 32. f

Tria millia animarum appoſitæ ſunt in die illa, Acto. 2. f

Tres uiri ſtantes coram Abraham, Gen. 18. a

Tertio die nunciatur fuga Iacob ipſi Laban, Gene. 31. e

Tertio die à circunciſione Sichimitæ occiduntur, Gen. 34. c

Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram domino deo, Exo. 23. d

Tertio audiens Petrus, Amas me, contriſtatus eſt, Ioan. 21. c

Tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt, Lucæ 24. c

Tertia diei hora cum ſit, non ſunt hi ebrij, Actorum 2. c

Tertia die deus Chriſtum ſuſcitauit à mortuis, Acto. 13. e

Tertius ego qui ſcripſi epiſtolam in domino, Roma. 16. d

Ter uirgis cæſus Paulus, & ter naufragium pertulit, 2. Cor. 11. f

Tertium cœlum Pauli quò raptus eſt, 2. Cor. 12. æ

Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt, 1. Ioã. 5. b

Tertiæ diei creaturæ germina terræ, Gen. 1. b

Ter dominum rogat Paulus, ut ſtimulus diſcedat, & audit ſufficere illi gratiam dei, 2. Cor. 12. c

Tertio die Abraham locum uidet filij immolandi, Gen. 22. a

Tertium in diem parati ſint qua deſcendet deus ſur per montem Sinai, Exo. 19. b

Tertiodecimo anno deficiunt Sodomitæ, Gene. 14. a

Ter factum eſt ut Petrus linteum uideret, & audiret de cibis communibus purificatis à deo, Acto. 10. c. 11. a

¶Tribuens tribuat in ſimplicitate, Rom. 12. b

Tribue omni petenti te, Luc. 6. d

¶*Tribulatio.*

Tribulantes me quid tam ſunt multiplicati? & q̃ multi reſurgunt aduerſum me, Pſa. 3. 1.

Tribulatores mei exultabunt ſi motus fuero, Pſal mo. 13. 4.

In tribulatione dominus inuocandus eſt, clamandum ad deum, qui clamor in conſpectu eius introibit in aures eius, Pſal. 18. 6.

Tribulationes mihi oſtendiſti multas & malas, & conuerſus uiuificaſti me, de abyſſis terræ iterum reduxiſti me, Pſal. 71. 20.

In tribulationis meæ die deum exquiſiui, manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus, Pſa. 77. 2.

Tribulationis meæ die clamaui ad te, quia exaudiſti me, Pſa. 86. 7.

In tribulatione cum ipſo ſum, & eripiam eum, & eripiam eum & glorificabo eum, Pſa. 91. 15.

Tribulationem & dolorem inueni, nomen domini inuocaui, Pſa. 116. 4.

De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus, Pſa. 118. 5.

In tribulationis medio si ambulauero, uiuificabis me, Psa. 138. 7.

In tribulatione sua mane consurgent ad me, Osee 6.a

Tribulationis tempore peccata dimittit dominus his qui inuocant ipsum, Tob. 3.c

Tribulationi tradent, & occident uos, & odio eritis omnibus gentibus propter nomen meum, Mat. 24.a

Tribulatio magna erit qualis non fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet, Mat. 24.b

Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes autem nõ confundit, Rom. 5.a

Tribulationes tales erunt quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit deus, usq; nunc, nec fient, Mar. 13.c

Tribulamur pro uestra exhortatione et salute, quę operatur tolerantiam, 2. Cor. 1.b

Tribulatio operatur tolerãtiam passionum, quas & nos patimur, 2. Cor. 1.b

Tribulationis nostræ momentaneum & leue malum in præsenti operat in nobis supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus, 2. Corin. 4.d

Tribulationem in omnibus patimur, sed non angustiamur, 2. Cor. 4. b

In tribulatione nostra repletus sum consolatione, superabundo gaudio de uobis, 2. Cor. 7.a

Tribulatio mea est gloria uestra, ut in eis non deficiatis, Eph. 3.c

Tribulationibus istis fidelium nemo moueatur: scitis enim quod in hoc positi sumus, 1. Thess. 3.a

Tribulationes passuros uos prædixi præsens, sicut & factum est, & scitis, 1. Thess. 3.a

¶Tribulus pro frumento oriatur iniquo agricolæ, & spina pro hordeo, Iob 31.d

¶*Tribunal.*

Tribunali ligneo stans Esdras legit legem domini dantibus sensum ad legem, 3. Esd. 9.f

Tribunali Christi omnes astabimus, ut referat unusquisq; ppria corporis, prout gessit, bonum siue malum, 2. Cor. 5.b

Tribunali Christi omnes adstabimus, Ro. 14. b

¶Tribunus cohortis liberauit Paulum à manib⁹ Iudæorum, Act. 21.f

Tribuno detegitur conspiratio Iudæorum cõtra Paulum per filium sororis Pauli & centurionẽ, Act. 23.d

¶Tributum reddite cui tributum, Rom. 13.b

Tributa ideo præstatis potestati, ministri dei sunt, Rom. 13.b

¶*Tribus.*

Tribus & possessiones non commiscentur, Numeri 36. c

Tribuum principes sint uiri sapiẽtes, gnari, & conuersationis probatæ, Deut. 1.c

Tribus diuidit in familias, familia in domos, domus in uiros singulos, Ios. 7.c

Tribus septem nondum acceperant possessiones, Iosue 18.a

Tribus septem sortes suas describant inter Iudam & Ioseph, Ios. 18.a

Tribuum Israeliticæ præfecti & duces ordinantur, 1. Par. 27.c

Tribus ascenderunt Ierusalem, tribus domini, testimonium Israel ad confitendum nomini domini, Psa. 122. 4.

¶Tryphenam & Triphosam salutat Paulus, Roma. 16.b

¶*Tryphon.*

Tryphon cõtra Demetrium solicitat Antiochum Alexandri filium, nutritum ab Emalchuele Arabe, 1. Mach. 11.d

Tryphon cogitat de regno Asiæ rapiendo sibi, 1. Mach. 12.e

Tryphon cupit occidere Ionathan impedientem se à regno assequendo, 1. Mach. 12.f

Tryphõi occurrit Ionathas ĩ Bethsan cum 40000. uiris, & terruit, 1. Mach. 12.f

Tryphon inuitat Ionathan ad Ptolemaidam cum paucis militibus, 1. Mach. 12. f

Tryphon Ionathan secum habet in custodia, 1. Mach. 13.b

Tryphon in dolo occidit Antiochum, 1. Macha. 13. e

Tryphon imponit sibi diadema regni Asiæ, 1. Macha. 13.e

Tryphon fuga lapsus uenit Doram, 1. Ma. 15.b

Tryphon fugit naui in Orthosiada, 1. Ma. 15. g

¶Tripolitanus portus, 2. Mach. 14.a

¶*Triticum.*

Tritici abundantia comparatur arenæ maris, & copia mensuram excedit, Gen. 41.f

Triticum audio uendi in Aegypto, Gen. 42.a

Tritici medullam comedit Israel cum hircis et arietibus filiorum Basan, Deut. 32.c

Triticum congregate in horreum meum, Matthæi 13.d

Triticum tuum ô Ierusalem nõ dabo ultra cibum inimicis tuis, Isa. 62.c

Triticum tuum qui congregabunt comedent illud, & laudabunt deum, Isa. 62.c

Triticum messuerunt, spinas messuerunt, hæreditatem acceperunt, & non eis proderit, Ier. 12.c

Triticum cõgregabit Christus in horreum suum, paleas autẽ comburet igni inextinguibili, Matthæi 3.c

Triticum congregabit in horreum suum, Luc. 3.d

Tritici centum choros obligatus iubetur scribere 80. Luc. 16. b

¶Tritura mea & filius areæ meæ, quæ audiui à domino exercituum deo Israel, annunciaui uobis, Isa. 21.c

Triturans debet laborare in spe fructus percipiendi,

endi, 1.Corinth.9.b
Triumphat deus ſemper nos in Chriſto, cui gratias ago, 2.Cor.2.d

¶*Triſtitia.*

Triſtior cur eſt hodie ſolito facies ueſtra? Geneſis 40.a
Triſtitia uiri nocet cordi, ſicut tinea ueſtimento, & uermis ligno, Prou.25.c
Triſtia tria, Vir bellator deficiens per inopiam, Vir ſenſatus contemptus, & qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatum, deus parauit eum ad romphæam, Eccl'ci 26.d
Triſtitiam longe expelle à te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilias in illa, Eccl'ci 30.d
Triſtitiam non des animæ tuę, nec affligas temetipſum in conſilio tuo, Eccl'ci 30.d
Triſtitia nonne ineſt uſq; ad mortē? Eccl'ci 37.a
In triſtitiam ne dederis cor tuum, ſed repelle eam à te, Eccl'ci 38.b
Triſtitia cordis flectit ceruicem, permanet in abductione, Eccl'ci 38.b
Triſtitia uultus mali aliquid portendit, Nee.2.a
Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, ſuſtinete hic, & uigilate mecum, Matt.26.d Marc.14.d
Triſtitia impleuit cor ueſtrum, Ioan.16.a
Triſtitia ueſtra uertetur in gaudium, Ioan.16.c
Triſtitiam habet mulier cum parit, cum uero peperit iam nō meminit preſſuræ, ppter gaudium, Ioan.16.c
Triſtitiam uos nunc quidem habetis, iterum autē uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrum, &c. Ioan.16.c
Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo, Rom.9.a
In triſtitia non uult Paulus uenire ad Corinthios, 2.Cor.2.a
Triſtitiam ne habeat ſuper triſtitiam, Paulus ſcripſit Corinthijs, 2.Cor.2.a
Triſtitia non abſorbeatur maiori pœnitens, ſed conſolamini eum, & econtrario donetis, 2.Corinth.2.b
Triſtitia ſecundum deum, pœnitentiam operatur in ſalutem ſtabilem, 2.Cor.7.c
Triſtitia ſæculi mortem operatur, 2.Cor.7.c
Triſtitia ſecundum deum operatur in Corinthijs ſolicitudinem, defenſionem, indignationem, timorem, deſiderium, æmulationem, uindictam, 2.Cor.7.c
Triſtatur aliquis ueſtrum, oret æquo animo & pſallat, Iaco.5.c
Triſtitias ſi quis ſuſtinet propter dei conſcientiā, gratia eſt, ſi ſit patiens iniuſte, 1.Pet.2.d

¶*Troadis.*

Verbo & opere quæcunq; facitis, oĩa in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, Col.3.c

Verbum dei non est alligatum, 2.Tim.2.a
Verbis noli contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium, 2.Tim.2.b
Verbum excepistis in multa tribulatiõe, cum gaudio spiritus sancti, 1.Thes.1.c
Verbum auditus dei accepistis à nobis, non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei, 1.Thes.2.c
Verbum suum manifestauit temporibus suis, in prædicatiõe deus, quæ credita est Paulo, Tit.1.a
Verbum dei non blasphemetur, Tit.2.a
Verbum sanum irreprehensibile loquere, Tit.2.b
Verbum dei bonum gustantes, uirtutesq; sæculi uenturi, & prolapsi nihilominus, impossibile est renouari ad pœnitentiam, Hebr.6.a
Verbo uirtutis suæ portat omnia Christus, Hebræorum 1.a
Verbum dei uobis locuti sunt præpositi uestri, Hebr.13.b
Verbum insitum suscipite in mansuetudine, quod potest saluare animas uestras, Iaco.1.c
Verbi auditor & non factor, comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo, Iaco.1.d
Verbi factores estote, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos, Iaco.1.d
Verbo si quis non offendat hic perfectus est uir, Iaco.3.a
Verbum domini manet in æternum, 1.Pet.1.d
Verbum hoc est euangelizatum in uobis, Ibidẽ.
Verborum memores sitis à sanctis prophetis & apostolorum uestrorum, præceptorum domini & saluatoris (dictorum) 2.Pet.3.a
Verbum uitæ quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, 1.Ioan.1.a
Verbum dei seruans, uere in eo charitas dei est perfecta, in hoc scimus quoniam in ipso sumus, 1.Ioan.2.a
Verbum dei uocatur nomen eius, qui albo insidet equo, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse, Apoc.19.c
Verba hæc fidelissima sunt & uera, Apoc.21.b
Verba hæc fidelissima sunt & uera, Apoc.22.b
Verba prophetiæ huius ne signaueris, tẽpus enim prope est, Apoc.22.b.c

¶ *Veritas.*

Veritas & bonitas uel misericordia dei allegatur in oratione, Gen.32.b
Veritas iram parit regum, & prophetas honore priuat & gratia, Num.24.b
Veritatem Balaam pro domo plena auri deferere non potest uel non uult, Num.24.c
Veritatem tuam pater notam faciet filijs, Isa.38.d
Veritatem tuam non expectabunt qui descẽdunt in lacum, Isa.38.d
Veritas facta est in obliuionẽ, & qui recessit à malo prædæ patuit, Isa.59.c
Veritatem non loquentur, uir fratrem suum deridebit, Ierem.9.b
Veritas, misericordia, scientia dei non est in terra Israel, Osee 4.a
Veritatem eme, & noli uendere sapientiam, doctrinam, & intelligentiam, Prou.23.c
Veritas non est in ore impiorum, cor eorum uanum est, Psal.5.9.
In ueritate tua dirige me, doce me, quia tu es deus saluator meus, Psal.25.5.
Veritatem tuam non annunciabit & confitebitur puluis, Psal.30.9.
Veritatem dilexisti, incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi, Psal.51.6.
Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit, Psal.85.11.
Veritas dei scuto circundabit te, non timebis à timore nocturno, à sagitta uolante in tenebris, Psal.91.5.
Veritas domini manet in æternum, Psal.117.2.
Veritatis uiam elegi, iudicia tua non sum oblitus, Psal.119.30.
Veritas tua permanet in generatione & generatione, Psal.119.90.
Veritas omnia mandata tua, Psal.119.86.
Veritas omnes uiæ tuæ, Psal.119.151.
Verum ne confundaris dicere pro anima tua, est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam, Eccli 4.c
Veritas manet & inualescit in æternum, uiuit & obtinet in sæcula sæculorum, 3.Esd.4.d
Veritas non accipit personas, nec differentias, sed quæ iusta sunt facit omnibus, 3.Esd.4.e
In ueritatis iudicio non est iniquum, sed fortitudo, regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum, 3.Esd.4.e
Veritas autem super omnia uincit, 3.Esd.3.c
Veritatem inuocat omnis terra, cœlum ipsam benedicit, tremunt eam omnia, non est in ea iniquum, 3.Esd.4.d
Veritatis uia absconderetur, sterilis erit à fide regio, iniustitia multiplicabitur magis quàm nunc & hactenus, sequetur igitur solitudo, 4.Esd.5.a
Veritatem quisquis facit, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta, Ioannis 3.c
Verus est qui me misit, quẽ uos nescitis, Ioan.7.d
Veritatem cognoscetis, & ueritas liberabit uos, Ioan.8.d
Veritatem quam audiui à deo uobis locutus sum, ideo me quæritis interficere, Ioan.8.e
Veritatem si dico, quare non creditis mihi? Ioannis 8.f
Veritatem ego dico uobis, Ioan.16.a
Veritas est sermo tuus, Ioan.17.c
In ueritate sanctifica eos, Ioan.17.c
Qui est ex ueritate audit uocem meam, Ioan.18.g
Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos,

ad Iudæos, Ioan. 18.g
Veritatem dei qui detinent in iniuſtitia dei, ira reuelabitur in eos, Rom.1.c
Veritati qui non acquieſcunt, credunt autem iniquitati, ijs quoq; qui ex contentione ſunt repen detur ira & indignatio dei, Rom.2.b
Veritas dei in mendacio meo abundat in gloriam ipſius, Rom.3.a
Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia, Rom.9.a
Veritatem manifeſtando cõmendat ſeipſum Paulus ad omnem conſcientiam hominum coram deo, 2.Cor.4.a
Verum dicens uobis, factus ſum uobis inimicus, Gal.4.b
Veritati non obedire quis uos impediuit? Gal.5.a
Veritatem facientes in charitate, in charitate creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, Ephe.4.c
Veritas eſt in Chriſto Ieſu, Eph.4.e
In ueritate ſtate, ſuccincti lumbos ueſtros, & induti loricam fidei, & calceati pedes, &c̃. Ephe.6.c
Veritati reſiſtentes modeſte corripiendi, ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcẽdum ueritatem, 2.Tim.2.d. &c̃.
Veritati reſiſtunt homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed ultra non proficient, 2.Timo.3.b
Veritati reſiſtentes non proficient: inſipientia eñ eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit, 2.Tim.3.b
A ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, 2.Tim.4.a
In ueritate ambulare mandatum accepimus à patre, 2.Ioan.a
Veritas permanet in uobis, & uobiſcum erit in æternum, 2.Ioan.a
Veritas in nobis non eſt, ſi dixerimus, Quoniam peccatum non habemus, & ipſi nos ſeducimus, 1.Ioan.1.d
Veritatem non ignorantibus ſed ſcientibus ſcripſi, 1.Ioan.2.c
Ex ueritate nos eſſe in hoc cognoſcimus, ſi opere & ueritate fratres diligamus, 1.Ioan.3.c
Veritas eſt Chriſtus, hoc teſtificatur ſpiritus, 1.Ioan.5.b
Veritatis uerbo uoluntarie nos genuit, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius, Iac.1.c
Aduerſus ueritatem mendacem eſſe non facit deſurſum deſcendens ſapientia, Iac.3.d

¶*Verax.*

Verax es magiſter, & uiam dei in ueritate doces, Mat.22.b. Mar.12.b
Verax eſt qui me miſit, & quæ audio ab eo hæc loquor in mundo, Ioan.8.c
Verax eſt deus, homo autem omnis mendax, Roma.3.a

¶*Vereri.*

Verenda patris nudata Cham nunciat, Gen.9.d
Verecundiora tua reuelata ſunt, propter multitudinem iniquitatis tuæ pollutæ ſunt plantæ tuæ, Ieremiæ 13.d
Verebar omnia opera, ſciens quod non parceres delinquenti, Iob 9.d
Verecundiam præibit gratia ſicut coruſcatio ante tonitruum, Eccl'ci 32.b
Verecundandum de quibus ſit & coram quibus, Eccl'ci 41.d

¶*Vermis.*

Vermis Iacob noli timere, qui mortui eſtis ex Iſrael, ego auxiliatus ſum tibi redemptor tuus, Iſaiæ 41.d
Vermis comedet blaſphemos ſicut ueſtimentum, & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea, Iſa.51.c
Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt uſq; ad ſatietatem uiſionis omni carni, Iſa.66.g
Vermem præparat deus, qui hederam percuſſit & exaruit, Ion.4.c
Vermis ego ſum, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, Pſa.22.6.
¶Vernaculus domus Abrę hæres timetur, Gene.15.a
Vernaculus in domo Abrahæ circuncidẽdus, Gene.17.b
¶Vepres & ſpinæ erunt in uniuerſa terra, Iſa.7.d
¶Verſatilis gladius prohibet à uia ad paradiſum, Gen.3.d
¶Verſutus homo odioſus eſt, Pro.14.c
¶Verticem fœminarum luxurioſarum dominus decaluabit, Iſa.3.c

¶*Veſpere.*

Veſpere & mane dicuntur dies, Gen.1.a
Veſperi columba redit cum oliuæ folio, Gen.8.b
Veſpere ſcietis quod dominus eduxerit uos de Aegypto, Exo.16.a
Veſpere mane & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet uocem meam, Pſa.55.17.
Ad ueſperam conuertentur, famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem, Pſa.59.6.
Veſperum nunquid conſurgere facis ſuper filios hominum, Iob 38.d
Veſpere rubicundum cœlum indicat ſerenitatem, Mat.16.a
Veſpere Chriſtus egrediebatur de ciuitate Ieruſalem, Mar.11.c
Veſperi uenit cum duodecim, Mar.14.b
¶Veſpertilionem non edetis, Leuit.11.c
Veſpertilio auis immunda, Deut.14.b

¶*Veſtigia.*

Veſtigia noſtra lubricauerunt in itinere plateæ noſtrarum, Thr.4.c
Veſtigia deprehenduntur in pauimento ex cinere uirorum, mulierum, infantium, Dan.14.d
Veſtigia dei forſitan comprehendes, et uſq; ad perfectum omnipotentem reperies, Iob 11.b

Veſtigia dei ſecutus eſt pes meus, uiam eius cuſtodiui, non declinaui ex ea, Iob 23. c

¶ *Veſtes.*

Veſtes filiorum Rebecca ſecum habet, Gen. 27. b
Veſtimentum ſi pignus acceperis, reddes ante occaſum ſolis: ipſum enim eſt ſolum quo operiri, &c̄. Exo. 22. d
Veſtes ſacerdotales ſunt raitonale, ſuperhumerale, tunica linea ſtricta, cidaris, & balteum, Exodi 28. a
Veſtes Aaron conſecrantur, Exo. 29. d
Veſtes ſacerdotales quomodo facte ſint, Exo. 39. a
Veſtis aſperſa ſanguine hoſtiæ pro peccato lauabitur in loco ſancto, Leuit. 6. d
Veſtium lepra quomodo diſcernenda, Leu. 13. f
Veſtimentum pollutum lepra comburetur, Leuit. 13. g
Veſte ex duobus contexta non indueris, Leuitici 19. e
Veſtimentum tuum quo operiebaris nequaquam uetuſtate defecit, Deut. 8. b
Veſtimento nō indueris quod ex lana linoq; contextum eſt, Deut. 22. b
Veſtimenta ueſtra non ſunt attrita 40. annis, Deutero. 29. a
Veſtes ablatas Aſcalonitis occiſis Samſon dedit iis qui ſoluerant problema, Iud. 14. d
Veſtimentum tibi eſt, princeps noſter eſto, ruina autem hæc ſub manu tua, Iſa. 3. a
Vt ueſtimentum omnes conterentur, tinea comederet eos, Iſa. 50. d
Veſtimentis ſalutis induit me, & indumento iuſtitiæ circundedit me, Iſa. 61. d
Veſtiui Ieruſalem diſcoloribus, calceaui hyacintho, cinxi biſſo, indui ſubtilibus, Eze. 16. b
Veſtimento nudum operire iuſtus debet, Eze. 18. b
Super ueſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare, Am. 2. b
Veſte peregrina indutos, & arroganter incedentes dominus uiſitabit, Soph. 1. b
Veſtibus culcioribus uti & ungi non dedecet, ambientes caſta matrimonia, Ruth 3. a
Veſtimēta tua ſint omni tempore candida, oleum de capite tuo non deficiat, Eccl'es 9. b
In ueſtitu non glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris, Eccl'ci 11. a
Veſtimenta eorum non inueterauerunt, pedes eorum non ſunt attriti, Nee. 9. d
Veſtē ſtragulatam fecit ſibi mulier fortis, Pro. 31. c
De ueſtimento quid ſoliciti eſtis? conſyderate lilia agri, &c̄. Mat. 6. d
Veſtimento ueteri nemo aſſuit aſſumentum panni rudis, alioquin aufert ſupplemētum nouum à ueteri, & maior ſciſſura fit, Mar. 2. c
Veſtimenta mea quis tetigit? Mar. 5. c
De ueſtimento & cibo nolite ſoliciti eſſe, Mat. 6. d
Veſtimenta ſplendentia & candida uelut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere, Marci 9. a
Veſtimenta ſua ſtrauerunt in uia multi, alij frondes cædebant de arboribus, & ſternebant, Marci 11. b
Veſtimenta ſcindens ſummus ſacerdos, ait, Quid adhuc deſyderamus teſtes? Mar. 14. g
Veſtimenta diuidentes mittunt ſortem ſuper eis quid quis tolleret, Mar. 15. c
Veſtimentum auferenti tunicam noli prohibere, Luc. 6. d
Veſtimentis mollibus hominē indutum? Luc. 7. d
Veſte pretioſa induti & in delitijs in domibus regum ſunt, Luc. 7. d
Veſtimenta ſua iniecerunt pullo, & ſubſternebant in uia, Luc. 19. f
Veſtimenta diuidentes miſerunt ſortes, Luc. 23. e
Veſte purpurea circundederunt Ieſum, Ioan. 19. a
Veſtimenta mea partiti ſunt ſibi, & in ueſtē meam miſerunt ſortem, Ioan. 19. e

¶ *Vetus.*

Veteris teſtamenti promiſſio, Gen. 12. b
Vetera edetis donec noua naſcantur, Leuit. 25. c
Vetera de ore ueſtro recedant, 1. Reg. 2. a
Veteranis quàm eſt ſperioſa ſapientia, glorioſus intellectus & conſilium, Eccl'ci 25. a
Veterani canos multi temporis non reuereamur, aiunt impij, Sap. 2. c
Vetus nemo bibens ſtatim uult nouum: dicit em̄, Vetus melius eſt, Luc. 5. g
Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non uiuamus peccato, Rom. 6. a
Veterem hominem expoliātes cum actibus ſuis, & nouum induentes eum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius qui creauit illum, Col. 3. b
¶ Vexatio ſola tantummodo intellectum dabit auditui, Iſa. 28. e
Vexati in paucis in multis bene diſponent, Sa. 3. a

¶ *Via.*

Via ligni uitę prohibetur per Cherubim, Gen. 3. d
Via domini iudicium eſt & iuſtitia, Gen. 18. c
Viam trium dierum ibimus in ſolitudinem, ut immolemus domino deo noſtro. Exo. 3. g
Viam deſerti duxit deus Iſrael em, quę eſt iuxta mare rubrum, & armati aſcenderunt de Aegypto, Exo. 13. d
Viam quam præcepit dominus deus ueſter ambulabitis, ut uiuatis, & bene ſit uobis, & protelētur dies ueſtri in terra poſſeſſionis ueſtræ, Deu. 5. d
Vias domini cuſtodiunt pij, & impie non agunt, 2. Reg. 22. b
Viam meam perfectam complanauit dominus, 2. Reg. 22. c
Via dei immaculata eſt, 2. Reg. 22. c
Via hæc eſt, ambulate in ea, non declinetis ad dextram neq; ſiniſtram, Iſa. 30. e
In uia populi ne ire dominus erudiuit me in ma-

nu forti, Isaiæ 8.c
Viæ dissipatæ sunt, cessauit transiens per semitam, Isa.33.b
Via & semita in deserta gentilitate erit, & uia sancta uocabitur, non transibit per eam pollutus, Isa.35.c
Via directa hæc uobis erit, ita ut stulti non errent per eam, Isa.35.c
In uia illa non erit leo & mala bestia, non ascẽdet per eam nec inuenietur ibi, & ambulabunt qui liberati fuerint, Isa.35.d
Via mea nõ est abscõdita à domino, & à deo meo iudicium meum non transiuit, Isa.40.g
Viam ponam in deserto, & in inuio flumina, Isa.43.c
Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de uia populi mei, Isa.57.c
Vias eius uidi, sanaui eum, reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi & lugentibus eius, Isa.57.d
Viam tuam bonam ostendere quid niteris ad quę rendam dilectionem, quę insuper & malitias tuas docuisti uias tuas, &c. Ier.2.g
Super uias state, uidete, interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris, Ier. 6.d
Viatorum diuersorium quis me dabit in solitudine, & derelinquam populum meum, recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, & cœtus pręuaricatorum, Ier.9.a
Per uiam omnes qui transitis attendite, & uidete si est dolor sicut dolor meus, Thr.1.d
Vias nostras scrutemur, & quæramus, & reuertamur ad dominum, Thr.3.e
Via mea nunquid non est æqua, & nõ magis uiæ uestræ prauæ sunt? Eze.18.f
Viæ domini uię rectæ, & iusti ambulabunt in eis, impij corruent in eis, Osee 14.d
Vias meas arguã in conspectu dei, & ipse erit saluator meus, Iob 13.c
Viam dei quis arguet coram eo, & quæ fecit, quis reddet illi? Iob 21.d
De uia non declinauit gressus meus, non est secutus oculus meus cor meum, manibus meis non inhæsit macula, Iob 31.a
Vias meas nónne deus cõsyderat, et cunctos gressus meos dinumerat? Iob 31.a
Vias dei scrutari quis poterit? aut quis ei dicere audet, Operatus es iniquitatem? Iob 36.c
Viam bonam ambules, iustorum calles custodias, Pro.2.d
Vias quæ à dextris sunt nouit dominus, peruersæ uero sunt quæ à finistris sunt, Pro.4.d
Via est quæ uidetur homini iusta, nouissima autem eius ducunt ad mortem, Pro.14.b
Via iustorum absq; offendiculo, Pro.15.c
Viæ omnes hominis patent oculis eius, spirituum ponderator est dominus, Pro.16.a
Via est quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem, Pro.16.d
Viam suam quis hominum intelligere potest? Pro uerb.20.d
Via omnis uiri sibi recta uidetur, appendit autem corda dominus, Pro.21.a
Via uiri peruersa aliena est, Pro.21.b
Vias uitæ notas fecisti mihi, Psa.16.11.
Vias tuas domine demonstra mihi, semitas tuas edoce me, Psa.25.4.
Viæ domini uniuersæ misericordia & ueritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius, Psa.25.10.
Viæ impiorum fiant tenebræ & lubricum, Psalmo.35.6.
In uia tua deduc me domine, ingrediar in ueritate tua, Psa.85.11.
In uia immaculata intelligam, quando uenies ad me, Psa.101.2.
In uia immaculata ambulans hic mihi ministrabat, Psa.101.6.
In uia de torrente bibet, propterea exaltabit caput, Psa.110.7.
Viam ruinæ non pergas, & non offendes ad lapides, Eccl'ci 32.d
Viæ laboriosæ non te credas, nec animæ tuæ ponas scandalum, Eccl'ci 32.d
Viam dedisti in mari, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiãsi sine rate aliquis adeat mare, Sap.14.a
Viæ tuæ, ô deus, misericordia & ueritas & iudicium, Tob.3.a
Viam domini parate, rectas facite semitas eius, Mat.3.a
Viam in qua ambulẽ notam fac mihi, Psa.143.8.
Via ducens ad perditionem lata est & spatiosa, Mat.7.b
Via spatiosa ad perditionem multi intrãt, Mat.7.b
Via quæ ducit ad uitam arcta est, & porta angusta, pauci inueniunt eam, Mat.7.b
Viam dei in ueritate doces, Mat.22.b
In uia prohibuit ne tollerent nisi uirgam tantum, non peram, non panem, neq; in zona æs, sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis, Mar.6.b
In uia nihil tuleritis neq; uirgam, nec peram, panẽ, pecuniã, neq; duas tunicas habeatis, Luc.9.a
Viam dei in ueritate doces, nec uides in faciem hominum, Mar.12.b
Via ego sum, ueritas & uita, dicit Iesus, Ioan.14.a
Viam scitis, & quò ego uado scitis, Ioan.14.a
Viam nostrã ad uos dirigat deus, & pater noster & dominus Iesus Christus, 1.Thess.3.d
Vias uitæ notas fecisti mihi, replebis me iucunditate cum facie tua, Act.2.d
¶Viuamus in hoc sæculo sobrie, & iuste, & pie, Tit.2.c
Ad uitam de morte translati sumus, quoniam di-

ligimus fratres, 1. Ioan. 3.c
¶Vicinus iuxta melior est quàm frater procul, Pro. 27.b
¶In uicum rectum uade, Acto. 9.b
Vicum si introieris, nemini dixeris de illuminatis oculis post cæcitatem, Mar. 8.c

¶ *Victus.*

Victum deus homini assignauit, Gen. 1.d
Victum suauem dominus homini prouidit, Gene. 2. b
Victum & uestitum sancti petunt, Gen. 28.d

¶ *Victima.*

Victimam sibi holocausti deus prouidit, Ge. 22.b
Victimæ immolantur dum fœdera ineuntur, Gene. 31.g
Victimarum uestrarum multitudo ad quid mihi? Isa. 1.c
Victimæ uestræ non placuerunt mihi, holocausto mata non sunt accepta, Ier. 6.e
Ad uictimam quasi gregem congrega eos, & sanctifica eos in die occisionis, Ier. 12.a
Victimas suas immolauerunt super omnem collem excelsum, & sub omni ligno frondoso, ubi dederunt irritationem oblationis suæ, Eze. 20.d
Victimas declinastis in profundum, & ego erudi tor omnium eorum, Osee 5.a
Victimæ impiorum abominabiles domino, Prouer. 15.b
Victimæ minus deo placẽt quàm facere iustitiam & iudicium, Pro. 21.a
Victima omnis sale salietur, Mar. 9. g

¶ *Victoria.*

Victoria exercituum domino adscribenda, de ea tamen pijs gaudendum, Iud. 5.b
Victoriã deus sibi uult soli asscribi, ideo pugnantium Israelitarum numerum uult minui, Iu. 7.a
Victoria dei est non hominum, 1. Reg. 14.a
Victoria non est in multitudine curruum, 4. Regum 19.d
Victoriã populo deus dedit per Eleazar, 1. Pa. 11.c
Victoria non hominum est sed dei, 2. Par. 20.d
Victoriam putans consistere in robore exercitus eum superari facit deus ab hostibus, 2. Par. 25.b
Victor deducet me super excelsa in psalmis canentem, Aba. 3. d
Victoria, sapientia, & claritas à domino est, 3. Esdræ 4. g
Vince in bono malum, noli uinci à malo, Ro. 12.d
Victoriam dedit nobis deus per dominum nostrum Iesum Christum, 1. Cor. 15. g
Victoria quæ uincit mundum est fides nostra, 1. Ioan. 5. a
Vincit is mundum qui credit, quoniam Iesus est filius dei, 1. Ioan. 5. a

¶ *Videre.*

Visus pulchri fructus prima tentatio, Gen. 3. a
Videt deus iustum Noë in sua generatione, Gene. 7. a

Visus occasio tentationis, Gen. 13. c
Visione loquitur dominus Abrahæ, Gen. 15. a
Videre etiam est cogitare & intendere, Gen. 20. c
Visionis terra locus immolationis Isaac, Gen. 22. a
Videt deus & punit iniurias humanas suorum, Gen. 31. b
Vidit dominus afflictam Leam, ut pariat Ruben, Gen. 29. d
Vidit Iacob deum facie ad faciem, & saluata est eius anima, Gen. 32. g
Visionem hanc magnam uidebo, quare non comburatur rubus, Exo. 3. a
Videntem et cæcum, surdum & mutum dominus facit, Exo. 4. c
Videntes dominum deum Israel non sunt manu dei percussi: comederunt enim & biberunt, Exodi 24. c
Viderunt deum Israel Moyses, Aaron, Nadab, Abiu, & 70. seniores Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cœlum cum serenum est, Exo. 24. c
Videns olim dictus qui nunc est propheta, 1. Regum 9. b
Visio Isaiæ filij Amos, Isa. 1. a
Visionẽ requiret populus à domino deo suo, pro uiuis non à mortuis, &c. Isa. 8. d
Visio dura nunciata est mihi, Isa. 21. a
Videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt, Isa. 33. b
Videns multa nónne custodies, qui apertas habet aures nónne audies? Isa. 42. d
Visiones dei uidi apertis cœlis iuxta fluuium Chobar, Eze. 1. a
Visionem quærent à propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus, Eze. 7. g
Visio omnis peribit, dies differentur in longum, prouerbium exponitur, Eze. 12. f
Visionis omnis sermo & dies appropinquauerunt, non erit ultra omnis uisio cassa, neq; diuinatio ambigua in medio filiorum Israel, Ezechiel. 12. f
Visio quam hic uidet, in dies multos & in tempora longa iste prophetat, Eze. 12. g
Visio complebitur in tempore finis, Dan. 8. e
Visio & prophetia implebitur, Dan. 9. f
Visionis inutilis uerba loquemini, Osee 10. a
Visus adhuc procul apparebit in finem, non mentietur, si moram fecerit, expecta illum, quia ueniens ueniet, & non tardabit, Aba. 2. a
Visio quam locutus est uir, cum quo est deus, &c. Pro. 30. a
Visus hominis non me aspiciet, oculi tui in me & non subsistam, Iob 7. b
Videntes per foramina tenebrescent, Eccles 12. a
Videre quod cupias melius est quàm desyderare quod nescias, Eccles 6. d
In uisione locutus es sanctis tuis, &c. Psa. 89. 19.
Visu cognoscitur uir, & ab occursu facie cognoscitur

ſcitur ſenſatus, Eccl'ci 19. d
Videns ad concupiſcendum mulierem iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, Mat. 5. d
Videre quid exiſtis in deſertŏ? Mat. 11. a
Videntes non uident, & audientes non audiunt neq; intelligunt, Mat. 13. b
Videre cupierunt multi prophetæ & iuſti quæ uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis & non audierunt, Mat. 13. b. c
Viſionem nemini dixeritis donec filius hominis à mortuis reſurgat, Mat. 17. b
Videbitis me non antea quàm dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini, Mat. 23. d
Videntes uideant & non uideant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata, Mar. 4. b
Videte quid audiatis, Mar. 4. c
Videte, uigilate, & orate: neſcitis enim quãdo tempus ſit, Mar. 13. d
Videre quæ uos uidetis uoluerunt multi reges & prophetę, & nõ uiderunt, & audire, & c̃. Lu. 10. d
Non uidebitis me donec ueniat, cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini, Lu. 13. g
Quod uidit & audiuit hoc teſtaĩ, & teſtimonium eius nemo accipit, Ioan. 3. d
Vidiſtis me ut dixi, & non creditis, Ioan. 6. d
Qui uidet me uidet eum qui miſit me, Ioan. 12. g
Videtis uos me, quia ego uiuo, & uos uiuetis, Ioan. 14. c
Videbitis me modicum, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem, Ioan. 16. b
Videbunt in quem transfixerunt, Ioan. 19. g
Vidẽs uidi afflictioñem populi mei, qui eſt in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & deſcẽdi liberare eos, Act. 7. d
Viſum ſe uidere Petrus exiſtimabat, Act. 12. b
Videre Romanos deſydero, ut aliquid impartiar uobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos uos, Rom. 1. b
Videbunt quibus non eſt annunciatum de eo, Roma. 15. e
Viſibilia quæ ſunt temporalia ſunt, quæ autẽ non uidentur ſunt æterna, 2. Cor. 4. d
Videmus quæ ſecundum faciem ſunt, 2. Corin. 10. b
Videte qualibus literis ſcripſi uobis manu mea, Gal. 6. c
Videre deſydero te die & nocte, memoriã tui habens in orationibus meis, 2. Tim. 1. a

¶ *Vidua.*

Vidua Thamar iubetur ſedere in domo patris, Gene. 38. b
Viduitatis ueſtes mutat Thamar, ut appareat Iudę ſcortum eſſe ob prolem habendum, Gen. 38. c
Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, uociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; uos gladio, & erunt uxores ueſtrę uiduę, & filij ueſtri pupilli, Exo. 22. d
Viduæ Sarepthanæ penuria in pane & oleo, quæ paſcere iubetur Eliam, 3. Reg. 17. b
Vidua ligna colligens in Sareptha Eliam paſcit, 3. Reg. 17. b
Viduæ filius languet, moritur, plangitur, qui ab Elia interpellato ab ea orationibus reſuſcitatur, 3. Reg. 17. d
Viduam apud quam utcunq; ſuſtentor, quare afflixiſti, ut filium eius interficeres? 3. Reg. 17. d
Viduę ex uxoribus prophetarum creditor uult tollere ipſius duos filios in ſeruos, quia non eſſet ſoluendo debita demortui uiri, 4. Reg. 4. a
Vidua clauſo oſtio uaſa oblata à filijs omnia implet, donec deficientibus uaſis oleum ſtetit, 4. Reg. 4. a
Vidua oleum uendit, & creditori ſatisfacit, de reliquo uiuere cum filijs iubetur, 4. Reg. 4. b
Viduæ cauſa non ingreditur ad infideles principes, Iſa. 1. f
Viduæ ſunt præda iudicum iniquorum, qui et pupillos diripiunt, Iſa. 10. a
Viduæ mihi multiplicatæ ſunt ſuper arenam maris, Ier. 15. b
Viduam, pupillum, aduenam, & pauperem nolite calumniari, Zach. 7. c
Viduæ non ſunt uacuæ dimittendæ, lacerti pupillorum fouendi, Iob 22. b
Viduæ bouem abſtulerunt pro pignore, Iob 24. a
Viduæ oculos expectare non feci, Iob 31. b
Viduæ terminos firmos faciet dominus, Prouer. 15. c
Viduarum iudex dominus eſt, & pater orphanorum, Pſa. 68. 5.
Viduæ eorum non plorabantur, Pſa. 78. 64.
Viduã & pupillum ſuſcipiet dominus, Pſa. 146. 9.
Viduæ preces non deſpiciet dominus, ſi effundat loquelam gemitus, Eccl'ci 35. c
Viduæ lachrymæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas, Eccleſiaſtici 35. c
Viduæ comparatur ſynagoga Iſraelitarum derelinquentium deum, & prophetas audire nolentium, 4. Eſd. 2. a
Viduam iuſtifica, pupillo iudica, da egenti, tuere orphanum, nudum ueſti, 4. Eſd. 2. b
Viduam & aduenam interfecerunt, pupillos occiderunt, dicẽtes, Non uidebit dominus, & c̃. Pſalmo. 94. 6.
Viduarum domos comeditis oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium, Mat. 23. b
Vidua una pauper duo minuta miſit in gazophylatium, quod eſt quadrans, Mar. 12. d
Vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylatium, quia de penuria ſua omnia quæ habuit miſit totum uictum ſuum, Mar. 12. d

Viduæ multæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, &c̃. & ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi ad Sarepta Sidonis, Luc.4.e

Viduarum domos deuorant ſcribæ, Luc. 20.g

Vidua paupercula duo minuta æra miſit in gazophylatium, Luc. 21. a

Vidua hæc pauper plus quàm omnes miſit, omnem nempe uictum ſuum quẽ habuit, Lu.21.a

Viduæ & innuptæ ſi non ſe continent, nubant, 1.Cor.7.b

Vidua Anna uſq; ad annos octogintaquatuor, Luc.2.e

Viduas honora quæ uere ſunt uiduæ, 1.Tim.5.a

Vidua ſi qua filios aut nepotes habet, diſcant primum domum ſuam regere, & mutuam uicem reddere parentibus: hoc eſt enim acceptum coram deo, 1.Tim.5.a

Vidua quæ uere eſt & deſolata ſperat in deo, & in ſtat obſecrationibus & orationib⁹ nocte & die, 1.Tim.5.a

Vidua quæ in delitijs eſt uiuens mortua eſt, 1.Timo.5.a

Viduis præcipe ut irreprehenſibiles ſint, 1. Timo.5.a

Viduas adoleſcentiores deuita: cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, 1.Tim.5.c

Viduæ iuniores otioſæ diſcunt circuire domos, non ſolum otioſe, ſed & uerboſe & curioſe loquentes quæ non oportet, 1. Tim.5.b

Vidua deligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationẽ patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt, 1.Tim.5. b

Viduas iuniores uolo nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia, 1. Tim. 5. c

Viduæ quædam iam conuerſæ ſunt retro poſt ſatanam, 1. Tim.5.c

Viduas ſi quis habet fidelis ſubminiſtret illis, ut non grauetur eccleſia, ut ijs quæ uere uiduæ ſunt ſufficiat, 1.Tim.5.c

Viduas uiſitare in tribulatione religio eſt, Iacobi 1. d

Viduarum & pupillorum uictualia depoſita in ærario templi, 2. Mach.3.b

¶*Vigilia.*

Vigilia matutina dominus reſpexit ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis, & interfecit exercitum, & ſubuertit rotas curruum, &c̃. Exo.14.f

Vigilantem uirgam Ieremias uidet, Ier.1.c

Vigilabo ergo ſuper uerbo meo, ut faciam illud, Ier. 1.c

Vigiles inuenerunt me qui cuſtodiunt ciuitatem, Canticorum 3. a

Vigilia honeſtatis tabefacit carnes, & cogitatus illius aufert ſomnum, Eccl'ci 31. a

Vigilia & cholera & tortura uiro infrunito, Eccleſiaſtici 31.c

Vigilias plenas inſanie celebrant idololatræ, Sapien. 14.d

Vigilate, neſcitis qua hora dominus ueſter uenturus ſit, Mat.24.d

Vigilaret paterfamilias, ſi ſciret qua hora fur eſſet uenturus, ſic uos uigilate dominum expectantes, Mat. 24.d

Vigilate, quia neſcitis diem neque horam, Matthæi 25.a

Vigilare nõ potuiſtis mecum una horã? Mat.26.d Mar.13.d

Vigilate & orate ut non intretis in tentationem, Mar.26.d

Vigilias noctis cuſtodiebant paſtores ſuper gregem, Luc.2.a

Vigilate, omnibus dico quod uobis dico, Marci 13.d

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem, Mar.14. d

Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis, Luc.21.g

Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite, & confortamĩ ni, 1.Cor.16.c

Vigilate in oratione, in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis & pro me, Ephe.6.d

Vigilemus & ſobrij ſimus, 1. Theſſ.5.a

Vigilate in orationibus, 1.Pet.4.b

Vigila, & confirma cætera quæ moritura erant, Apo.3.a

Vigilans & cuſtodiens ueſtimenta ſua beatus, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius, Apo.16.c

¶*Viginti.*

Viceſimoſeptimo die menſis arca requieſcit, Gene.8. a

Viceſimoſeptimo die menſis terra arefacta, Gene. 8.c

Viginti ob iuſtos Sodomæ parcetur, Gen.18.d

Viginti annis ſeruit Iacob ipſi Laban, Geneſis 31.e

Viginti aſinas cum pullis decem mittit Iacob fratri, Gen. 32.c

Viginti argenteis uenditur Ioſeph, Gen. 37. f

Vigintitria millia ceciderunt una die, 1. Corinthio.10. b

Vigintiquatuor ſeniores pro 24. ſedilibus, Apocal.4.b

¶Vilis facta es nimis, iterans uias tuas, & ab Aegypto confunderis, ſicut confuſa es ab Aſſur, Ieremiæ 2. g

¶*Villicus.*

Villicationis noſtræ aliquando reddenda ratio, Luc. 16.a
Villicationis functio propediem auferenda, Lucæ 16.a
Villicus, fodere, ait, non ualeo, mendicare erubeſco, Luc. 16.a
Villicus de reddenda ratione uillicationis ſuæ ſolicitatur, Luc. 16.a
Villicus iniquitatis laudatur prudentiæ ut filius ſęculi, Luc. 16.b

¶ *Vincere.*

Vincenti dabo edere de ligno uitæ quod eſt in paradiſo dei mei, Apo. 2.b
Vincens non lædetur à morte ſecunda, Ap. 2.c
Vincentem faciam columnam in templo dei mei, Apo. 3.c
Vincenti dabo poteſtatem ſuper gentes, Ap. 2.g
Vincens ueſtietur ueſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ, Apo. 3.a
Vincenti dabo ſedere mecum in throno meo, Apo. 3.d
Vici & conſedi cum patre meo in throno eius, Apo. 3.d
Vincens poſſidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit mihi filius, Apo. 21.b

¶ *Vinctus.*

Vincti in carcere erãt ſub poteſtate uincti Ioſeph, Gen. 39.d
Vinctis compaſſæ eſtis, Heb. 10. f
Vinctus ſum propter myſterium Chriſti, quod prædico, Col. 4.a
Vinctorũ mementote tanq̃ ſimul uincti, Heb. 13.a

¶ *Vincula.*

Vinculi colligati faciem præcipitabit dominus in monte ſuper omnes populos, Iſa. 25.c
Vincula & catenas iubetur facere Ieremias, & collo imponere, & mittere regibus Edom, Moab, Ammon, Tyri, Sidoniſ, &c. Ier. 27.a
Vincula eorum dirumpamus, iugum eorum proiiciamus à nobis, Pſa. 2.3.
Vincula Pauli manifeſtata ſunt in omni prætorio & in cæteris omnibus, Phil. 1. b
Vinculis meis fiducia acceſſit fratribus, ut auderẽt abundantius ſine timore uerbum dei loqui, Philip. 1. b
Vinculis meis prædicando quidam cupiunt preſſuram ſuſcitare, Phil. 1.c
Vinculorum meorum memores eſtote, Col. 4.d

¶ *Vindicta.*

Vindicta dei in Iſrael differetur propter iram inimicorum, ne ſuperbiant hoſtes, & iactent ſuam manum, & dominum non agnoſcãt, Deu. 32.d
Vindictam et retributionem hoſtibus reddet, & uiciſſitudinẽ inimicis ſuis, inſulis uicem reddet, Iſaiæ 59.d
Vindictam deus ſumet de inimicis ſuis, deuorabit gladius, et ſaturabitur, inebriabitur ſanguine eorum: uindicta enim domini dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratẽ, Ie. 46.c
Vindicta faciẽda in nationibus, increpationes in populis, Pſa. 149. 7.
Vindictam ne ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris delicta mea uel parentum, Tob. 3.a
Vindictam inueniet à domino qui uult uindicari, & peccata illius ſeruans ſeruabit, Eccl'ci 28.a
Vindicãs uindicabit deus, ſi quis dixerit, Quis me ſubijciet propter facta mea? Eccl'ci 5.a
Ad uindictam creata ſunt ignis, grando, fames, mors, beſtiarum dentes, ſcorpij, ſerpentes, gladius, Eccl'ci 39. d
Vindictam electorum certiſſime deus faciet clamantium ad ſe die & nocte, & patientiam habebit in illis, Luc. 18.b
Vindictam cito faciet in electos, Luc. 18.b
Vindictã dabit deus ijs qui non nouerunt deum, & qui non obediunt Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti, 2. Theſſ. 1.c
Vindictæ dei parent creaturæ, & in tẽporibus ſuis non præterierit uerbum, Eccl'ci 39.d
Vindictæ iniquorum multæ ſuper homines creatæ ſunt, & enumerantur, &c. Eccl'ci 40. b

¶ *Vinum.*

Vinum bibit Noë quod plantarat, & inebriatus eſt ut nudaretur, Gen. 9.d
Euino euigilat Noë, Gen. 9. d
Vino inebriatur Lot à filiabus, ut dormiens concumbant cum ipſis, Gen. 19.g
Vinum Iacob obtulit poſt cibum, Gen. 27.d
Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis Aaron & filij, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, Leuit. 10. b
Vinum impiorum fel draconum eſt, & uenenum aſpidum inſanabile, Deut. 32.e
Vini quarta pars hin ad liba fundenda offeretur in holocauſtum ſiue in uictimam, Num. 15. a
Vinum & ſiceram non bibiſtis 40. annis, Deutero. 29.a
Vinum lætificat deum & homines, Iud. 9. b
Vinum tuum mixtum eſt aqua, Iſa. 1. f
Vinum in conuiuijs ueſtris cum cithara, lyra, tympano, & tibia, & opus domini non reſpicitis, &c. Iſa. 5.c
Vinum in torculari non calcabit calcator, uocem calcantium abſtuli, Iſa. 16.c
Super uino clamor erit in plateis, deſerta eſt omnis lætitia, translatum eſt gaudium terræ, Iſaiæ 24. b
Vinum non bibent cum cantico, amara erit potio bibentium, Iſa. 24. b
Vinum & lac uenientes emite abſq; argento, & abſq; ulla commutatione, Iſa. 55.a
Vinum uenite ſumamus, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius, Iſa. 56. d
Vinum tuum Ieruſalem filij alieni non bibent in quo laboraſti, Iſa. 62.c

Vi

Vinum tuum qui comportant, bibent in atrijs ſanctis meis, Iſa. 62.d
Vinum non bibunt Rechabitæ, Ier. 35.b
Vinum Sabama de torcularibus ſuſtuli, nequaquam calcator uuæ ſolitum celeuſma cantabit, Ier. 48.c
Vinitores dabo uineæ Iſraeli ex eodem loco uallem Achor ad aperiendam ſpem, Oſee 2.c
Vinum, fornicatio, & ebrietas auferunt cor, Oſee 4.c
Vinum domino non libabunt, non placebunt ei, &c. Oſee 9.a
Vinum damnatorum bibebant in domo dei ſui, Am. 2.b
Vinum bibentes in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph, Am. 6.b
Vinum quomodo potentem decipit, ſic erit uir ſuperbus, & non decorabitur, Aba. 2.a
Vino torcularia redundabunt tua, ſi de primitijs omnium frugum tuarum dederis pauperibus, Prouer. 3. b
Vinum luxurioſa res eſt & tumultuoſa ebrietas, qui his delectatur non erit ſapiens, Pro. 20.a
Vinum & pinguia amans non ditabitur, Pro. 21.c
Vino qui commorantur, & qui ſtudent calicibus epotãdis, ipſis nimirum uæ, miſeria, rixæ, foueæ, ſine cauſa uulnera, & ſuffuſio oculorum, Pro. 23.d
Vinum ne intuearis quando flaueſcit, cum ſplenduerit in uitro color eius, ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus uenena infundet, Pro. 23.d
Vinum ſi biberis oculi tui uidebunt extraneas, cor tuum loquet peuerſa, eris ſicut dormiens in medio maris, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, &c. Pro. 23.d
Vinum noli dare regibus ô Lamuel, Pro. 31.a
Vinum date his qui amaro ſunt animo, bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius, Pro. 31.a
Vinum bibentes in me pſallebant, Pſa. 69.12.
Vinum de terra producit, ut lætificet cor hominis, Pſa. 104.15.
Vino meliora ſunt ubera tua, fragrantia unguentis optimis, Can. 1.a
Vinariam in cellam introduxit me, Can. 2.a
Vinum meum bibi cum lacte meo, Can. 5.a
Auino cogitaui abſtrahere carnem meam, ut animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremq; ſtultitiam, Eccl'es 2.a
Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, Eccl'ci 19.a
Vinum exiguum quàm ſufficiens eſt homini erudito, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem, Eccl'ci 31.c
In uino diligentes noli prouocare: multos enim exterminauit uinum, Eccl'ci 31.c
Vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate probatum, ſicut ignis probat ferrum durum, Eccleſiaſtici 31.c
Vinum in ſobrietate æqua uita hominis, ſi bibas illud moderate, eris ſobrius, Eccl'ci 31.c
Vino qui minuitur quæ uita eſt eius Eccl'ci 31.c
Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio, Eccl'ci 31.d
Vinum moderate potatum exultatio eſt animæ et cordis, Eccl'ci 31.d
Vinum in ſobrio potu ſanitas eſt animæ & corporis, Eccl'ci 31.d
Virum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit, Eccl'ci 31.d
Vinum multum potatum amaritudo eſt animæ, Eccl'ci 31.d
Vinum multum ebrietatis eſt animoſitas, imprudentis offenſio, minorans uirtutem, faciens uulnera, Eccl'ci 31.d
In uini conuiuio non arguas proximum, non deſpicias eum in iucunditate illius, uerba improperij non dicas illi, & non premas eum in repetendo, Eccl'ci 31.d
Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper utraq; dilectio ſapientiæ, Eccl'ci 40.c
Vino pretioſo & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, dicunt impij, Sap. 2.b
Vini batos centum dandos Eſdræ, Eſd. 7.d
Vinum omnem mentem ſerui & liberi, pauperis & diuitis conuertit in ſecuritatem & iucunditatem, & non meminit omnem triſtitiam & debitum, &c. 3.Eſd. 3.d
Vinum omnia per talenta loqui facit, 3. Eſd. 3.d
Vinum bibentes non meminerunt amicitiam nec fraternitatem, ſed ſumunt gladios, &c. 3.Eſdræ 3.d
Vinum forte eſt, ait primus, 3.Eſd. 3.c
Vinum prævalere omnibus hominibus probatur, 3.Eſd. 3.d
Vinum ſeducit mentem, 3.Eſd. 3.d
Vinum facit uanam mentem regis & orphani, 3. Eſd. 3.d
Vinum & pocula Aſſueri, Eſth. 1.b
Vinum nimis potum Holoferni fit exitium, fortiſſimo duci & inſuperabili per fœminam, Iudith 12.d. & 13.a
Vinum nouum nõ mittitur in ueteres utres, Matthæi 9.c. Mar. 2.c
Vinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conſeruantur, Mat. 9.c
Vinum felle mixtum bibere Chriſto dederunt, cum autem guſtaſſet, noluit bibere, Matthæi 27. d
Vinum myrrhatum dabant ei bibere, & non accepit, Mar. 15.c
Vinum nouum nemo mittit in utres nouos, alioquin rumpet uinum nouum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt, Luc. 5.g

Vinum nouum in utres nouos mittendum est, & utraq; conseruantur, Luc. 5. g. Mar. 2. c
Vinum bonum ponit omnis homo primum, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, oan. 2. b
Vinum bonum tu seruasti usq; adhuc, Ioan. 2. b
Vino modico utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates, 1. Tim. 5. d
Vino iræ fornicationis Babylon potauit omnes gentes, qui & de uino iræ dei bibent, Ap. 14. b
Vinum iræ dei bibens cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum & ante conspectum agni, & fumus tormentorum ascendet semper, Apo. 14. b. c
De uino fornicationis Babylon biberunt omnes gentes & reges terræ, cum illa fornicati sunt, & mercatores ditati, Apo. 18. a
Vino inebriari nolite, in quo est luxuria, Ephesio. 5. d
Vinum non habent, mater Iesu loquitur filio, Ioan. 2. a

¶ *Vinea.*

Vineam plantauit Noë, Gen. 9. d
Vineam aut agrum lædens per se uel iumentum suum, optimum in agro uel uinea pro damni æstimatione restituet, Exo. 22. a
Vineæ tuæ racemos & grana decidentia non congregabis, pauperibus & peregrinis carpenda dimittes, Leuit. 19. b
Vineam tuam putabis sex annis, septimo anno uineam non putabis, Leuit. 25. a
Vineam qui plantauit, necdum eam communem fecit, de qua uesci omnibus liceat, bello abstineant, Deut. 20. b
Vineam non seres altero semine, ne & sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex uinea pariter sanctificentur, Deu. 22. b
Vineam proximi ingressus comede uuas quantum placuerit, foras ne efferas tecum, Deutero. 23. d
Vineæ remanentes racemos permittas aduenæ, uiduæ, pupillis, Deut. 24. d
Vinea Naboth Iezrahelitæ per uiolentiam obtinetur à rege Achab, 3. Reg. 21. a
Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, Isaiæ 5. a
Vineam sepiuit, lapides selegit, electam plantauit, Isa. 5. a
Vineæ in medio ædificauit turrim, & torcular extruxit in ea, Isa. 5. a
Vineam expectauit ut faceret uuas, & fecit labruscas, Isa. 5. a
Inter uineam meam & me iudicate nunc habitatores Ierusalem & uiri Iuda, Isa. 5. a
Vineæ meæ quid est quod debui ultra facere, & non feci ei? Isa. 5. a
Vineæ meæ quid ego faciam nunc ostendam uobis, Isa. 5. a
Vineæ meæ auferã sepem, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationẽ, Isa. 5. b
Vineam meam ponam desertam, non putabitur, non fodietur, super eam uepres & spinæ ascendent, nubibus mandabo ne pluant super eã imbrem, Isa. 5. b
Vinea domini exercituum domus Israel est, & uir Iuda germen eius delectabile, Isa. 5. b
Vinea Israel expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor, Isa. 5. b
Vinearum decem iugera facient lagunculam unam, Isa. 5. c
Vinea impiorum de uinea Sodomorum, & de suburbanis Gomorrhæ, Deut. 32. e
Vineam Sabama domini gentium exciderunt flagella eius, Isa. 16. c
Vinea Meri in die illa cantabit ei, Isa. 27. a
Vineam meam ego mihi seruabo nocte & die, ne fortè uisitetur contra eam, Isa. 27. a
Vineæ meæ nulla indignatio est in me, Isa. 27. a
Vineam meam super eam gradiar, succendã eam pariter, Isa. 27. a
Vineam suam unusquisq; comedat, & ficum suã, &c̃. Isa. 36. d
Vineam electam ego te Israelem plantaui, omne semen uerum, quomodo ergo conuersa es mihi in prauum uinea aliena? Ier. 2. e
Vineas non plantant Rechabitæ nec habent, Ieremiæ 35. b
Vinea in sanguine super aquam plantata mater tua est Ierusalem, fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis, factæ sunt ei uirgę solidæ in sceptra dominantium, Eze. 19. c
Vineę Ierusalem statura exaltata est inter frondes, & uidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum, Eze. 19. c
Vinea domini Ierusalem euulsa est in ira dei, in terram proiecta, uentus urens siccauit fructum eius, marcuerunt & arefactæ sunt uirgæ roboris eius, ignis comedit eam, Eze. 19. d
Vinea domini Ierusalem nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti, Ezechiel. 19. d
Vineam Israelis fornicariæ ponam in saltum, comedet eam bestia, Osee 2. c
Vineam Israel fodi mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, Osee 3. a
In uineis omnibus erit planctus, quia pertransibo in medio tui, Am. 5. e
Vineas plantabitis amantissimas, & non biberis uinum earum, Am. 5. c
Vineam meam posuit in desertum, ficum decorticauit, nudans spoliauit eam, proiecit, & albi facti sunt rami eius, Ioel. 1. b
Vinea confusa est, ficus elanguit, malogranatum,

palma & malus, oñia ligna agri aruerunt, quia cõfuſum eſt gaudium à filijs hominum, Ioel. 1.c
Sub uinea ſua ſedebit uir, et ſubtus ficum ſuã non erit qui deterreat, quia os domini exercituum locutum eſt, Mich. 4.b
Subter uineã & ficum uocabit uir amicum ſuum, Zach. 3.d
Vineam eius quem ui oppreſſerunt uindemiant, Iob 24.a
In uineis cuſtodem poſuerunt me, uineam meam non cuſtodiui, Can. 1.b
Vineæ florentes dederunt odorem ſuum, Can. 2.c
Vineas demoliuntur paruulæ uulpes, uinea noſtra floruit, Can. 2.d
Ad uineas mane ſurgamus, uideamus ſi floruerit uinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica, Can. 7.d
Vinea mea coram me eſt, Can. 8.d
Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet, populus tradidit eam cuſtodibus, uir affert pro fructu eius mille argenteos, Can. 8.d
Vineas eorum occidit in grandine, moros eorum in pruina, Pſa. 78.47.
Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam, Pſa. 80.8.
Vineæ Iſrael umbra montes operuit, arbuſta eius cedros dei, Pſa. 80.10.
Vineæ Iſrael palmites extenti ad mare, & uſq; ad flumen propagines eius, Pſa. 80.11.
Vineam Iſrael aper de ſylua exterminauit, ſingularis ferus depaſtus eſt eam, Pſa. 80.13.
Vineæ Iſrael maceriã deſtruxiſti, uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam, Pſa. 80.12.
Vineam iſtam uiſita deus uirtutum & conuertere, reſpice de cœlo eam, & perfice quam plantauit dextera tua, Pſa. 80.15.
Vinea incenſa igni et ſuffoſſa, ab increpatione uultus tui peribunt, Pſa. 80.16.
Vineas & ficulneas percuſſit Aegyptios, & contriuit lignum finium eorum, Pſa. 105.33.
Vineam unicam Iſraeliticam elegiſti ex omni ſylua terræ & omnibus arboribus, 4. Eſd. 5.b
Vinea locata agricolis, Mat. 21.d
Vineam plantauit paterfamilias, ſepem circundedit ei, torcular fodit, turrim ædificauit, &c. Mat. 21.d
Vineæ operarios conducit paterfamilias denario diurno, Mat. 20.a
Vineæ dominus agricolas malos male perdet, & uineam locabit alijs agricolis, qui reddent fructum ſuis temporibus, Mat. 21.d
Vineæ colonis quid faciet dominus uineæ? Marci 12.a
Vineam paſtinauit homo, & circundedit ſepe, fodit lacum, ædificauit turrim, locauit agricolis, ut acciperet de fructu uineæ, Mar. 12.a
Vineæ agricolis ſeruum mittit accipere de fructu uineæ, Mar. 12.a

Vineam homo locauit colonis, mittit in tempore ſeruos exigere fructus uineæ, quem cæſum dimiſerunt inanem, Luc. 20.b
Vineæ dominus poſt tres ſeruos filium mittit uinitoribus, ut uereantur: quem coloni occidere moliuntur, ut illorum hæreditas fiat, Luc. 20.c
Vinea eiectum filium coloni occidunt, Luc. 20.c
Vineæ dominus colonos iſtos perdet, & dabit uineam alijs, Luc. 20.c

¶ *Vindemia.*

